Codex denuo vestitus 1819. Mense Decembri.

C. li. primus

De Novo Codice faciendo
Novo Codice Justiniano confirmando
Justiniani Codicis emendatione
De Summa trinitate et fide catholica
Sacrosanctis ecclesiis
Episcopis et clericis, orphanotrophis etc.
Episcopali audientia
Hereticis et Manicheis
Ne sanctum baptisma iteretur
Apostatis
Nemini licere signum salvatoris
Judeis et celicolis
Ne mancipium christianum hereticus
Paganis et templis et sacrificiis
His qui ad ecclesias confugiunt
His qui in ecclesiis manumittuntur
Legibus et constitutionibus principum
Mandatis principum et edictis
Senatusconsulto
Veteri iure enucleando
Iuris et facti ignorantia
Precibus imperatori offerendis
Quando libellus principi datus litis contestationem
Ut lite pendente vel post provocationem
Si contra ius vel utilitatem publicam
Diversis rescriptis et pragmaticis sanctionibus
Statuis et imaginibus
His qui ad statuas confugiunt
Officio prefecti pretorio orientis
Officio prefecti pretorio Affrice
Officio prefecti urbis
Officio magistri militum
Officio questoris
Officio magistri officiorum
Officio comitis sacrarum largitionum
Officio comitis rerum privatarum
Officio proconsulis et legati
Officio comitis sacri patrimonii
Officio comitis orientis
Officio comitis Augustalis
Officio vicarii
Officio pretorum
Officio rectoris provincie
Ut nulli patrie administratio
Officio prefecti vigilum
xlvi Officio civilium iudicum

Officio iudicum militarium
Ut comitibus et tribunis laterculum prebeant
Officio diversorum iudicum
Ut omnes iudices tam civiles quam militares post administrationem
Officio eius qui vicem alicuius iudicis obtinet
Assessoribus et domesticis
Annonis et capitu administrantium
Contractibus iudicum
Modo mulctarum que a iudicibus
Defensoribus civitatum
Magistratibus municipalibus
Officio iudicis Alexandrie

C. li. secundus

De Edendo
In ius vocando
Pactis
Transactionibus
Errore calculi
Postulando
Advocatis diversorum iudiciorum
Advocatis diversorum iudicum
Advocatis fisci
Errore advocatorum
Ut que desunt advocatis
Ex quibus causis infamia irrogatur
Procuratoribus
Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus
His qui potentiorum nomine titulos prediis
Ut nemo privatus titulos prediis suis
Ut nemini liceat sine iudicis auctoritate signa imprimere rebus
Ne fiscus vel respublica procurationem
Negotiis gestis
His que vi metusve causa fiunt
Dolo malo
In integrum restitutione minorum xxv
Filiofamilias minore
Fideiussoribus minorum
Si tutor vel curator non fuerit
Si in communi eademque causa in integrum restitutio postuletur
Si adversus rem iudicatam
Si adversus venditionem
Si adversus venditionem pignorum
Si adversus donationem
Si adversus libertatem
Si adversus transactionem vel divisionem minor

Si adversus solutionem a creditore
Si adversus dotem
Si adversus delictum
Si adversus usucapionem
Si adversus fiscum
Si adversus creditores
Ut qui se hereditate abstineat
Si ut omissam hereditatem adipiscatur vel
In quibus causis in integrum restitutio necessaria non est
Qui et adversus quos in integrum restitui non possunt
Si minor se maiorem dixerit vel probatus fuerit
Si saepius in integrum restitutio postuletur
His qui veniam aetatis impetraverunt
Si maior post factus ratum habuerit
Ubi et apud quem cognitio in integrum restitutionis agitanda sit
De reputationibus que fiunt in iudicio
Etiam per procuratorem in integrum restitutionem agi posse
In integrum restitutione postulata ne quid novi fiat
De restitutionibus in integrum et eorum qui rei publicae causa absunt
De uxoribus militum et eorum qui rei publicae causa absunt
De temporibus in integrum restitutionis tam
In quibus causis maiores in integrum restitutionem
De alienatione mutandi iudicii causa facta
De receptis et arbitris
De satisdando
De formulis et impetrationibus actionum sublatis
De iuramento calumniae

C. Li. Tertius

De iudiciis
De sportulis et sumptibus in diversis
De pedaneis iudicibus
Rem propria iurisdictione iudicaris
Qui legitimam personam standi in iudicio
Ne quis in sua causa iudicet vel ius sibi dicat
Ut nemo agere vel accusare cogatur invitus
De ordine iudiciorum
De litis contestatione
De plus petitionibus
De dilationibus
De feriis
De iurisdictione omnium iudicum
Quando imperator inter pupillos
Ubi de crimine agi oportet
Ubi de possessione agi oportet
Ubi de fideicommisso agi oportet
Ubi conveniatur qui certo loco promittit
Ubi in rem actio exerceri debeat
Ubi de hereditate agatur
Rationum tam publicarum quam privatarum
Ubi causa status agitur
Ubi quis de curiali vel cohortali conveniatur
Ubi senatores vel clarissimi criminaliter
In quibus causis militantes conveniuntur
Ubi causae fiscales et divinae domus
Ubi et quando liceat unicuique sine iudice
De inofficioso testamento
De inofficiosis donationibus
De inofficiosis dotibus
De petitione hereditatis
De rei vindicatione
De usufructu et habitatione et ministerio servorum
De servitutibus et aqua
De lege Aquilia
Familiae herciscundae
Communi dividundo
Communia utriusque iudicii
Finium regundorum
De consortibus eiusdem litis
De noxalibus actionibus
Ad exhibendum
De religiosis et sumptibus funerum

C. Li. Quartus

De rebus creditis et iureiurando
Si certum petatur
De suffragio
De prohibita sequestratione pecuniae
De condictione indebiti
De condictione ob causam datorum
De condictione ob turpem causam
De condictione furtiva
De condictione ex lege et sine causa
De actionibus et obligationibus
Ut actiones ab herede et contra heredes incipiant
Ne uxor pro marito
Ne filius pro patre
An servus pro suo facto
Quando fiscus vel privatus debitoris
De obligationibus hereditariis
In quantum heredes conveniantur
De constituta pecunia

[illegible]

[illegible]

Codex Justiniani Imperatoris

[illegible]

In nomine domini nostri Ihesu Christi incipit liber primus Codicis domini Iustiniani sacratissimi principis semper augusti repetite prelectionis. De novo codice faciendo. R.



Haec quae necessario corrigenda esse multis retro principibus visa sunt, interea tamen nullus eorum hoc ad effectum ducere ausus est, in presenti rebus donare communibus auxilio dei omnipotentis censuimus et prolixitatem litium amputare multitudine quidem constitutionum que tribus codicibus gregoriano et hermogeniano et theodosiano continebantur, illarum etiam que post eosdem codices a theodosio divine recordationis aliisque post eum retro principibus a nostra etiam clementia posite sunt resecanda, uno autem codice sub felici nostri nominis vocabulo componendo, in quem colligi tam memoratorum trium codicum quam novellas post eos positas constitutiones oportet. Quapropter ad hoc maximum et ad ipsius rei publice sustentationem respicientes opus efficiendum elegimus nos tanto fastigio laborum tantique sollicitudinis sufficientes: Iohannem virum excellentissimum et exquestorem sacri palatii nostri consularem atque patritium, Basilidem virum excellentissimum expraefecto pretorio orientis et patritium, Leontium virum eminentissimum consularem atque patritium, Phocam virum eminentissimum magistrum militum consularem atque patritium, Thomam virum gloriosissimum questorem sacri nostri palatii et exconsulem, Tribonianum virum magnificum magisteria dignitate inter agentes decoratum, Constantinum virum illustrissimum comitem largitionum inter agentes et magistrum scrinii libellorum sacrarumque cognitionum, et Theophilum virum clarissimum comitem nostri sacri consistorii et iuris in hac alma urbe doctorem, Dioscorum et Praesentinum disertissimos togatos fori amplissimi pretoriani. Quibus specialiter commisimus resecatis tam supervacuis quantum ad legum soliditatem pertinet prefationibus

dicat sacco. no. ff. omnem rei pu. sanctionem. clariorem .i. clarum vel clariorem quam olim inde esse tam pro rerum le-
gibus quod claritas ut magis tenea(tur). infra. e. .i. coll. nunc. ac ex adiectis. .s. si scripti erant dies et consules ac in primo loco .i. ut prima lex sit unius imperatoris et sequens eidem .t. sit sequentis imperatoris postilla et sic deinceps. non autem intelligas quo ad totum volumen. nam invenies postea in alius ti. leges ar(?) imperatorem teidem ti. iusti. l. i. invenies post eam postea positam et postea factam pre positam. ut pre .l. de mo. l. pretiam. ti. ut in fra. cum tempus. l. si .i. et no. hic de ordine ut no. in aute(ntica) de hered. et fal. .s. in ordinatim his ponendis .s. sine die et consule et naleant ut subic. s. cont. .i. de olim re. si qua. so. hic de his que iuris corpore cl(ausa) audiuntur vel no. ac prescriptio hic e cod. .i. de leg. et cons. l. ii. iusti. de iure. na. .s. sed go prin cipi iusti. so. hic de his que cum corpore sit. prima ut hic qui scripsit dicens quod iure certi ulla quere tendenda quod sit iure. sed ubi primi legum item intelligere hoc q. sed dicitur dicatur in lege expressum ceterum ut pre. ff. de cessi. l. ii. et. de certi. l. in toto cheir. et .i. de his qui ad cert. consu. l. fi. in princ. pragmatica. que

.i. iustiniani .i. certa pri. volumine s. tantum invenies

no. de pragmatica sanctione

quam simul vobiscum et ceteris prae(dictis) quaesituris aliqua divisione adinveniuntur: illas scilicet quae in desuetudinem abierunt constitutiones et brevi sermone conscriptas ex hisdem tribus codicibus novellisque constitutionibus leges componere et congruis subdere titulis et adicientes quidem et detrahentes, immo et mutantes verba earum ubi rei commoditas exigebat, colligentes vero in unam sanctionem quae variis constitutionibus dispersa sunt et sensum earum clariorem efficientes, ita tamen ut temporum ordo earundem constitutionum non solum ex adiectis diebus et consulibus, sed et ex ipsa compositione earum clarescat, primis quidem in primo loco, posterioribus vero in secundo loco ponendis; et si quae earum sine die et consule in veteribus codicibus vel in his in quibus novelle constitutiones receptae sunt inveniantur, ita his ponendis, ut nulla quaestio dubietate super generali earum robore ex hoc orienda, sicut et illas vim generalis constitutionis optinere palam est, quae ad certas personas rescriptae vel per pragmaticam sanctionem ab initio datae eidem novo codici propter utilitatem sanctionis indultae fuerint.

Hoc igitur ad vestram notitiam referre properavimus, ut sciatis quanta nos diuturna super rerum communium utilitate cura sollicitat, studentes certas et indubitatas in unum codicem collectas esse decreto constitutiones, ut ex eo tantummodo felici nostro nomine nuncupando codice recitatio constitutionum in omnibus ad certiores litium decisio

amputate pluralitate ... ad publicas utilitates

sit consilio procerum impune. ca. innovi .i. iuste et alias innovate fuerunt futuri temporis nec ei est fas sufficienti mandatum. per hanc constitutionem. Hoc igitur noticia ad senatores. la ... tando. et pa. ad ... prima intentio iustiniani hic pot(est)

sed non ... sed et bis non liceat acquisitiones .i. tractationes.

De iustiniano. C. confirmando. superior constitutio

De novo codice componendo.

Imperator. Ex praecepto dicti iustiniani confirmando.

nes fiat induitis.

Summa rei publicae tuitio de stirpe duarum rerum armorum atque legum veniens vimque suam exinde muniens felix Romanorum genus omnibus anteposuit nationibus omnibusque dominari tam praeteritis effecit temporibus quam deo propitio in aeternum efficiet. istorum etenim alterum alterius auxilio semper eguit, et tam militaris res in tuto legibus collocata est, quam ipsae leges armorum praesidio servatae sunt. merito igitur ad primam communium rerum sustentationem semet nostram et intentes nostros curasque labores referentes militaria quidem agmina multiplicibus omnem prudentiam continentibus modis correximus, tam veteribus ad meliorem statum brevi tempore reductis quam novis a nobis non solum exquisitis sed et recta dispositione numeris sui nominis novis expensis publicis constitutis, legum vero praesidia primo servando posita, deinde de nova ponendo firmissima subiectis effecimus.

Sed cum sit necessarium multitudinem constitutionum tam in tribus veteribus codicibus relatarum quam post eorum confectionem posterioribus temporibus adiectarum ad brevitatem reducendo caliginem earum rectis iudicum diffinitionibus insidiantem penitus extirpare, ad hoc commune bonum perficiendum deo propitio prono animo nos erigimus et electis viris gloriosissimis

sunt facta non dum fuit codice fco. hoc autem cum erat completus. ut .i. c. e. .s. eiusdem pertinentibus. Imperator. invictis .i. bene auguratis tecta ex pone ut ipro ... inpri. Ex praecepto. urbis. sb. conditoris et patet sic quod loquitur de nova roma cum eam fecit constantinus non de veteri cum eam condidit romulus et dicitur quod constantinus precepit ut hec duo .s. ut arma et leges cent ad tuicionem rei pu. et hoc si hec constantinus. sed aliud est constantinopolitanus ordinat dic ex precepto. s. omnino sui ma ... ne mens e stan tino et sic fuit datum causis. Imperator incipit constitutionem sumi a te et facit mystice. in prohemio impera. et sic dic quod an ti ... ius ti. summa. al. summa tui co et al. summe rei publice tuitio. et nota quod pr. h. summa te. in pluribus. sed alii dic ex precepto h. alme urbis constantini.

et no. quod prius hic incipit lex. pretorio. et submittit constitutionem hanc ex precepto h. alme urbis constantini quem pater ca. felix. accusativus casus et regitur a verbo effecit. rei ... dico. quia arma et leges simul fecerunt supradicta. non

ant. illi quod hoc per se facere potuisset. cum rursus sine alio. esse possit. et hoc probat auxilio. nam leges egent armis. ut ff. de rei. ueri.

silitudines ex qua. s. constitutiones. insuper aliis tollendis et cetera que que olim erant scri... pta ut ius repetatur a capite.

tam doctrina legum quam experientia rerum studiosorum rei p. indefessa et laudabili proposito pollentibus sub certis finibus magnum laborem commisimus per quos tam Gregorianum et hermogenianum et theodosianum codicem constitutiones quae alias plures per eosdem codices a theodosio diuine memorie ceteris que post eum retro principibus a nostra clementia dispositas in unum codicem felici nostro nomine nuncupandum colligi praecepimus tollendis tam praefationibus nullum suffragium sanctionum conferentibus quam et contrariis constitutionibus quae posteriorem promulgationem uacuate sunt similibus et praeter eas que eadem pene sciendo diuisionem iuris aliquid facere noscuntur ex qua diuidendo uetera nouum aliquid nasci uidetur multis aliis insuper ad rectam codicis expositionem pertinentibus hisdem prudentissimis uiris a nostro numine mandatis studiosorum nostro rei p. institutis suum presidium deus omnipotens annuit. Ad istum uero laborem et tanti operis consummationem electus uir excellentissimus ex questore nostri palatii consularis ac patricius leoncius uir eminentissimus magister militum consularis atque patricius phocas uir excellentissimus ex praefecto praetorio orientis et patricius et nunc prefectus pretorio pilliciani basilides et uir gloriosissimus questor nostri sacri palatii exconsularis thomas nunc et uir magnificus magistra dignitate inter agentes decoratus et tribunianus uirque illustris comes largitionum inter agentes decoratus et magister census libellorum et sacrarum cognitionum constantinus et uir illustris ex magistro et uiris doctor in hac alma urbe theofilus uiri disertissimi togati amplissimi fori tue sublimitatis dioscorus atque presentinus cum sedula omnia que eis mandauimus et peruigili industria moderata quod digestione cum dei auxilio ad perfectum tulerunt tenorem et eundem nouum codicem iustinianum nobis optulerunt ita compositum ut rebus profuturum esse communibus et nostro conueniens imperio.

Hunc igitur in medium ualiturum in iudicio tui culminis intimare prospeximus ut sciant omnes tam litigatores quam disertissimi aduocati nullatenus eis licere de cetero constitutiones ex ueteribus codicibus quorum iam emendatio facta est uel ex his que nouelle constitutiones ad presens tempus uocabantur in cognitionalibus recitare certaminibus sed solis eidem nostro codici insertis constitutionibus necesse uti esse falsi crimine subdendis his qui contra haec ausi facere fuerint cum sufficiat earundem constitutionum nostri codicis recitatio adiectis et ueteris iuris interpretatorum laboribus ad omnes dirimendas lites nulla quod dubitatione emergendi ut ex eo quod sine die et consule quedam composite sunt uel que ad certas personas rescripte sunt cum omnes generalium constitutionum uim optineant procul dubio est sique earundem constitutionum

com. pollentibus. i. pollentibus sententibus constringentibus. quam est consequens. ut patet. in ... de cadu. toll. in prin. et de rei. ux. ac. l. i. in prin. et ... isto ii constitutiones que constitutiones. ... tollendis eas. et

dis p... hanc legem ... infra ... digestorum que ad hunc non erant copulata ... ex super hoc et super ... dicere contraria que dicantur ... ad commendare. i. non allegare.

detractis vel adiectis vel permutatis certis verbis que et ipsum professis excellentissimis viris specialiter permisimus composite sunt nullis concedendis ex libris veterum iuris interpretatorum aliter eas habentibus recitare sed solam iuris interpretatorum sententiam commendare ut tunc teneat cum minime adversetur eiusdem nostri codicis constitutionibus. Si que vero non pragmatice sanctiones que minime in eodem nostro codice recepte sunt civitatibus forte vel corporibus vel scolis vel scriniis vel officiis vel alicui persone impertite sunt eas siquidem aliquod privilegium specialiter his indulgent omnimodo eas ratas manere sancimus. Sed si pro communi causa capitula fecte sunt tunc tenere cum nullis nostri codicis adversantur constitutionibus precipimus. Sed et si qua res gesta in tuo culminis iudicio vel in aliis civilibus vel militaribus vel a principibus numerorum pro publicis expensis vel quibusdam titulis ad publicum pertinentibus posita sunt ea prout communis rei commoditas exigit firma censemus etc.

Illustris igitur et magnifica auctoritas tua pro innata sibi circa rem publicam nostram dispositionis studio ad omnium populorum notitiam eundem codicem edictis ex more positis pervenire faciat ipso prae textu codicis in singulas provincias nostro subiectas imperio cum nostra divina subnotatione mittendo ut eodem modo ad omnium notitiam eiusdem nostri codicis constitutiones valeant pervenire et ut extantibus festis diebus idest ex sexto decimo kalendas maias presentis septime indictionis consulatu Decii viri clarissimi recitationes constitutionum ex eodem nostro codice solo fiant.

De iustiniani codicis emendatione.

Imperator. Cordi nobis est patres conscripti semper nostri animi curas rebus communibus avidissime impendere ut nichil a nobis ceptum imperfectum relinquatur. Igitur in primordio nostri imperii sacras constitutiones que in diversa volumina fluant posite et quam plurima similitudine nec non diversitate vacillabant in unum corpus colligere omnique vitio purgare proposuimus. Et hoc per viros excelsos et facundissimos perfectum est et a nobis prius confirmatum quod gemine constitutiones nostre que ei posite sunt ostendunt. Postea vero cum vetus ius considerandum recepimus tam L decisiones fecimus quam alias ad commodum propositi operis pertinentes plurimas constitutiones promulgavimus in quibus maximus antiquarum rerum articulus emendatus et coartatus est omneque ius antiquum supervacua prolixitate liberum atque enucleatum in nostris institutionibus et digestis reddidimus. Sed cum novelle nostre tam decisiones quam constitutiones que post nostri codicis confectionem late sunt extra corpus eiusdem codicis divagabantur et nostram providentiam nostrumque compositum exigere videbantur quippe cum earum quedam ex emersis postea factis aliquam meliorem consilio permutationem vel emendationem desiderabant necessarium nobis visum est per Tribonianum virum magnificum magistrum et exquestorem

et exconsulem legitimi operis nostri min
istrum nec non virum magnificum
questorem veritensium doctorem
et Dorotheum Menam insuper et Con
stantinum et Iohannem viros eloque
tissimos togatos fori amplissime
sedis easdem constitutiones nostras decerpere
et in singula divisas capitula ad per
fectarum constitutionum soliditatem
competentibus supponere titulis et prio
ribus constitutionibus eas aggregare. Su
pradictis itaque magnificis et prud
entissimis viris permisimus hec
omnia facere. Si qua emendatione opus
fuerit hanc facere non turbante a
nimo sed nostra auctoritate freti constitutiones
vel supervacuas vel expositionibus deci
sionibus nostris iam vacuatas vel si
que similes vel contrarie invenientur
circumducere et a priori codicis con
gregatione separare et tam imperfecta
replere quam noctis obscuritate
obductas nova elimationis luce
retegere ut undique non solum in
stitutionum et digestorum via dilu
cida et aperta pateat sed etiam constitutionum
nostri codicis iubar plenum omnibus
clareat nulla penitus nec simi
li nec diversa vel inusitata relicta cum
nemini venit in dubium quod re
petita lectio probabit hoc satis val
idum satisque esse formosum in an
tiquis etenim libris non solum pri
mas editiones sed etiam eas quas repe
tite prelectionis veteres nominab
ant subsecutas esse invenimus
et ex libris Ulpiani prudentissimi
ad Sabinum scriptis promptum e
rat querentibus reprehendere quibus igitur omni
bus ex nostra sententia confectis commemora
tus Iustinianus codex a predictis
gloriosissimis et facundissimis vi
ris purgatus et candidus factus
omnibus ex nostra iussione circum
ductis et additis et impletis nec
non transformatis nobis oblatus est.
Iussimus in secundo eum ex integro
conscribi non ex priori compositione vel e
ditione sed ex repetita prelectione
et eum nostri nominis auctoritate mit
tentem in omnibus iudiciis solum
quantum ad divales constitutiones perti
net frequentari ex die quarto kalendarum
ianuarum anni quarti nostri feli
cissimi consulatus et Paulini viri
clarissimi nulla alia extra corpus
eiusdem codicis constitutione legenda
nisi procedente rerum natura
aliquod novum emerserit quod nostra sanctio
ne indigeat. Hoc etenim nemini in
dubium est quod si quid in posterum melius
inveniatur et ad constitutionem necessario
sit redigendum hoc a nobis constitu
tuatur et in aliam aggregationem re
feratur que novellarum constitutionum
nomine significetur. Repetita itaque
iussione nemini in posterum conce
dimus vel ex decisionibus nostris vel
aliis constitutionibus quas antea fecimus vel
ex prima Iustiniani codicis editio
ne aliquid recitare sed quod in pre
senti purgato et renovato codi
ce nostro scriptum invenitur hoc tantum
in omnibus rebus et iudiciis opti
neat et recitetur. Cuius scripturam
ad similitudinem nostrarum in
stitutionum et digestorum sine ulla
signorum dubietate conscribi iussi
mus ut omne quod a nobis com
positum est hoc in scriptura et in
ipsa sanctione purum atque dilu
cidum clareat licet ex hac causa in
ampliorem numerum summa
huius codicis redacta est ut ig'

In nomine do
mine ...

Cunctos p[opulos]. prima pars precepit suam fidem quam sancti pa[tres] tradiderunt. secundo afficit premio servantes. tertio afficit pena triplici non servantes. quos. argu...

sanctissimi et florentissimi. C. procerum labores vobis manifesti fiant et per omne tempus optineant hanc presentem legem ad felicissimum ordinem vestrum direximus destinandam.

De summa trinitate et fide catholica et ut nemo audeat de ea publice contendere. Rubrica. IIII.



Cunctos populos quos clementie nostre regit imperium in tali volumus religione versari quam divinum Petrum apostolum tradidisse romanis religio usque adhuc ab ipso insinuata declarat quamque pontificem Damasum sequi claret et Petrum Alexandrie episcopum virum apostolice sanctitatis. Hoc est ut secundum apostolicam disciplinam evangelicamque doctrinam patris et filii et spiritus sancti unam deitatem sub pari maiestate et sub pia trinitate credamus. Hanc legem sequentes christianorum catholicorum nomen iubemus amplecti. Reliquos vero dementes vesanosque iudicantes heretici dogmatis infamiam sustinere divina primum vindicta post et motus nostri quem ex celesti arbitrio sumpserimus ultione plectendos.

Idem. Nullus hereticis misteriorum locus nulla ad exercendam animi obstinationis dementiam pateat occasio. Sciant omnes et si quid speciali quolibet rescripto per fraudem elicito ab huiusmodi hominum genere impetratum sit non valere. Arceantur cunctorum hereticorum ab illicitis congregationibus turbe. Unius et summi dei nomen ubique celebretur. Nicene fidei dudum a maioribus tradite et divine religionis testimonio atque assertione firmate observantia semper mansura teneatur. Is autem Nicene assertor fidei et catholice religionis verus cultor accipiendus est qui omnipotentem deum et Christum filium dei uno nomine confitetur. deum de deo lumen de lumine. qui et spiritum sanctum quem ex summo rerum parente speramus et accipimus negando non violat. apud quem intemerate fidei sensus viget et incorrupte trinitatis indivisa substantia que greco vocabulo usia recte credentibus dicitur. Hec profecto a nobis magis probata hec veneranda sunt. Qui

tio hisdem non infuerint, dedinant, et affectatis dolis alienum vere religionis nomen assumere et suis appellationibus denotentur, atque omnium submoti ecclesiarum liminibus penitus arceantur, cum omnes haereticos illicitas agere intra oppida congregationes vetuerimus. Et si quid eruptione factiosa temptaverint, ab ipsis urbium moenibus exterminato furore repelli iubemus, ut cunctis orthodoxis episcopis qui Nicenam fidem tenent catholicae ecclesiae toto orbe reddantur.

Imperator. Nemo clericus vel militans vel alterius cuiuslibet conditionis de christiana fide publice turbis coadunatis et audientibus tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus et perfidiae occasionem requirens. Nam et iniuriam facit iudicio reverentissimae synodi, si quis semel iudicata et recte disposita revolvere et publice disputare contendit, cum ea quae nunc de christiana fide a sacerdotibus qui Calcedone convenerunt per nostra praecepta statuta sunt, iuxta apostolicas expositiones et instituta sanctorum patrum trecentorum decem et octo et centum quinquaginta in hac regia urbe diffinita esse noscuntur. Nam et in contemptores huius legis poena non deerit, quia non solum contra fidem vere expositam veniunt, sed et Iudeis et paganis ex huiusmodi certamine prophanant veneranda mysteria. Igitur si clericus erit qui publice tractare de religione ausus fuerit, a consortio clericorum removebitur. Si vero militia praeditus sit, cingulo spoliabitur. Ceteri vero huiusmodi criminis rei, si quidem liberi sunt, de hac sacratissima urbe pellantur, pro vigore iudiciario competentibus suppliciis subiugandi; si vero servi, severissimis animadversionibus plectentur.

Sublimiori dei sanctissimo filio nostro Iohanni, Iohannis episcopus urbis Romae.

Inter claras sapientiae mansuetudinis vestrae laudes, christianissime principum, puriore luce tamquam aliquod sidus irradiat, quod amore fidei et caritatis studio edocti ecclesiasticis disciplinis Romanae sedis reverentiam conservatis, et ei cuncta subicitis et ad eius deducitis unitatem, ad cuius auctorem, hoc est apostolorum primum, domino loquente praeceptum est: pasce oves meas. Quam esse omnium vere ecclesiarum caput et patrum regulae et principum statuta declarant et pietatis vestrae reverentissimi testantur affatus. Patet igitur in vobis impletum fore quod scripturae loquuntur: per me reges regnant et potentes scribunt iustitiam. Nihil enim est quod clariore praefulgeat luce quam recta fides in principe; nihil est quod ita nequeat occasui subiacere quam vera religio. Nam cum ad auctorem vitae vel luminis utraque respiciant, recte et tenebras respuunt et nesciunt subiacere defectui. Quam obrem, gloriosissime principum, votis omnibus exoratur divina potentia ut pietatem vestram in hoc ardore fidei, in hac devotione intentionis, in hoc integre religionis studio sine defectu suo in tempora longiora custodiat. Hoc etenim et sanctis credimus ecclesiis expedire. Scriptum enim est: labiis regis regitur, et iterum cor

delinquerit. ut ff. de pe[nis]. l. moris. l. moris. g. fi. & ar. c. ff. de statu. li. l. statu. ubi a certis. & ibi ff. minute delinq... ¶ Gloriosissimo et clementissimo quod ipse premittit

...litas ut epistolam confirmaret. hereticis. Victor. Iustinianus. Victor. s. ut expellantur mittit summo nomen imperii. epistole textum sic scribit imperator pape. primo reddens ho...

regis in manu dei est et quo uoluit
inclinabit. Illud enim quod nostrum
firmat imperium. hoc est quod nostra reg-
na fuat. nam pax ecclesie religio-
nis mutas auctorem fidei nisi
hime. preuectum gratia est tranquilli-
tate custodiunt. neque enim p-
ua ei uicissitudo a potentia di-
uina tribuitur per quam nullis fu-
gis ecclesia diuisa secedit nullis in-
certis maculis uariatur. Scriptum
est enim quod cum rex iustus sedit
in sedem non aduersabitur quicquam ma-
lignum. ¶ Dum serenitatis uestre
apices per pacium demetrium sci-
ssimos uiros fratres et coepiscopos meos
reuerentia consueta suscepimus quia
in re loci cognouimus quod fidelibus populis
proposuistis eodem amore fidei pro
submouenda hereticorum inten-
tione secundum apostolicam doctrinam fratrum
et coepiscoporum nostrorum intuentes
te consensu quod quia apostolice doctri-
ne conuenit nostra auctoritate confir-
mamus.

Textus autem epistole talis est.

Victor iustinianus pius felix in-
clitus triumphator semper au-
gustus Iohanni sanctissimo archiepiscopo
urbis rome patriarche. Reddentes
honorem apostolice sedi et uestre sancti-
tati quod semper uobis in uoto fuit et est
ut decet patrem honorantes uestram
beatitudinem omnia que ad ec-
clesiarum statum pertinent festi-
nauimus ad noticiam uestre sancti-
tatis deferre. quoniam semper nobis mag-
num studium fuit unitatem
uestre apostolice sedis et statum sancta-
rum dei ecclesiarum custodire qui hac-
tenus obtinet et incommote
permanet nulla interueniente con-

etate. Ideoque omnes sacerdotes uniuer-
si orientalis tractus et subicere et unire
sedi uestre sanctitatis properauimus. et
in presenti quoque que commota sunt quam-
uis manifesta et indubitata sint
et secundum apostolice uestre sedis doctrinam ab
omnibus semper sacerdotibus firmiter cus-
todita et predicata necessarium duximus
ut ad notitiam uestre sanctitatis per-
ueniant. nec enim patimur quic-
quam quod ad ecclesiarum statum pertin-
et quamuis manifestum et indu-
bitatum sit quod mouetur ut non
innotescat sanctitati uestre que caput est
omnium ecclesiarum sanctarum. per
omnia enim ut dictum est properamus et augere
tem onerem uestre sedis et honorem.

Manifestum igitur facimus uestre sancti-
tati quod pauci quidam infideles et alieni sancte
fidei ecclesie catholice atque apostolice con-
tra iudaice atque apostatice ausi
sunt aduersus ea que ab omnibus
sacerdotibus secundum uestram doctrinam rec-
te tenentur ac glorificantur atque pre-
dicantur. denegantes dominum nostrum
Ihesum Christum unigenitum filium
dei et deum dominum nostrum incarnatum
ex spiritu sancto et sancta atque gloriosa uir-
gine dei genitrice maria hominem
factum atque crucifixum unum esse
sancte consubstantialis que trinitatis coad-
orandum atque glorificandum
patri et spiritui sancto consubstantialem patri secundum
diuinitatem et consubstantialem ipsum nobis
eundem secundum humanitatem pas-
sibilem carne. eundem ipsum im-
passibilem deitate. recusantes enim
dominum nostrum Ihesum Christum unigenitum
filium dei et dominum nostrum fateri un-
um esse sancte et consubstantialis trinitatis ui-
dentur nestorii malam sequi doctri-
nam secundum greciam dicentes unum

mus uirum naturalem. c. p. ac. auctorem uite. l. te nunc uti a q. s. fides et religio. exorabitur. passim e. s. a nob. labys. s. senten-tiis. auctorem. l. principem sui esse faciat. ac. iugis. l. sanitatibus. ac. ¶ Promittimo commendat ambassatores apices. l.

et commendat legatos sibi missos a principe archiepiscopo. i. ipse. ac. ¶ Nos reddentes quia reuocat eos per quosdam malos monachos de quibus dicitur. l. dubitata. de fide. que caput romana ecclesia ait ut huius

ti in sui priori epistola apostatice. apostolica dicitur ratione gradus qui fit eam quam suscepit tertio reliquo. ut i. de apostat. et negantes. etc. illo in quo errabat filium dei etc.

vii. .ac. C. vii. in fin. hic certificat. scilicet in sequi. sequi. in inferiori. ita quod est. ac. int. iohes. epistola archiepiscopi. ac. C. Sequitur igitur. finita in prius quam interposuit recolit ad suam dominus. Ioannes accursius.

filium dei. dicentes et alium deum verbum et alium christum. Omnes vero sacerdotes sancte catholice atque apostolice ecclesie et reverentissimi archimandrite sanctorum monasteriorum sequentes sanctitatem vestram et custodientes statum et unitatem sanctarum dei ecclesiarum quem habent ab apostolica sede vestre sanctitatis in nihil penitus immutantes de ecclesiastico statu qui hactenus obtinuit et adhuc obtinet uno consensu confitentur et glorificant predicantes dominum nostrum ihesum christum unigenitum filium et verbum dei et dominum nostrum ante secula et sine tempore de patre natum in ultimis diebus descendisse de celis et incarnatum ex spiritu sancto et sancta atque gloriosa virgine et dei genitrice maria natum et hominem factum et crucifixum unum esse sancte et consubstantialis trinitatis coadorandum et glorificandum cum patre et spiritu sancto nec enim alium deum verbum et alium christum cognoscimus sed unum atque eundem ipsum consubstantialem patri secundum divinitatem et consubstantialem nobis eundem ipsum secundum humanitatem passibilem carne impassibilem deitate. ut enim in divinitate perfectus est ita et idem ipse in humanitate perfectus. in una enim substantia unitatem suscipimus et confitemur quod dicitur greca lingua. v.e.pa. et quoniam unigenitus filius dei et verbum dei ante secula et sine tempore de patre natus idem ipse in ultimis diebus descendens de celis ex spiritu sancto et sancta atque gloriosissima virgine semper dei genitrice maria et homo factus dominus noster ihesus christus proprie et vere deus est ideoque sanctam et gloriosam virginem mariam proprie et vere dei matrem dicimus non quia deus verbum principium ex ipsa sumpserit sed quia in ultimis diebus descendit de celis et ex ipsa incarnatus et homo factus et natus est quem confitemur et credimus sicut deum esse consubstantialem esse patri secundum divinitatem et consubstantialem nobis eundem ipsum secundum humanitatem eiusdem miracula et passiones quas sponte in carne sustinuit cognoscentes. Suscepimus autem sancta iiii. concilia id est trecentorum decem et octo sanctorum patrum qui in nicena synodo congregati sunt et centum et quinquaginta qui in hac regia urbe convenerunt et sanctorum patrum qui in epheso primo congregati sunt et sanctorum patrum qui in calcedonia convenerunt sicut vestra apostolica docet sedes atque predicationes. omnes ergo sacerdotes sequentes doctrinam apostolicam vestre sedis ita credunt et confitentur. vestri. properavimus hoc ad notitiam deferre vestre sanctitatis per ypatium et demetrium beatissimos episcopos ut nec vestram sanctitatem lateat que a quibusdam paucis monachis male et iudaice secundum nestorii perfidiam negata sunt. petimus ergo vestrum paternum affectum ut vestris ad nos destinatis litteris et ad sanctissimum episcopum huius alme urbis et patriarcham vestrum fratrem quoniam et ipse per eosdem scripsit ad vestram sanctitatem festinans in omnibus sequi sedem apostolicam beatitudinis vestre manifestum nobis faciatis quod omnes qui predicta recte confitentur suscipit

quia fuerunt duo concilia ubi extremum quorum male creditum et recitum fuit ut nec tenetur. supra primum et non consilia quorum primum et alterum in nicena constantinopoli ephesi et calcedonie.

ut necesse habentibus exhibitam tamquam quibus omnibus in rebus singulis et rerum acquisitione ius inpartitur singulare et terre. dicit. accursius.

pietas vestra sanctitas eorum iudaice qui ausi sunt rectam denegare fidem condempnat perfidiam. Plus enim Italia et ecclesia nos omnium amor vestre serenitatis excitat auctoritas et que ad nos est unitas sanctarum ecclesiarum inturbata sua habere quoniam per vos didicerunt omnes beatissimi episcopi eorum que ad vos relicta sunt sinceram vestre sanctitatis doctrinam. Petimus ergo vestram beatitudinem orare pro nobis et dei nobis acquirere providentiam. Item hec subscriptio talis fuit. Divinitas te servet per multos annos sancte ac religiosissime frater.

Liquet igitur gloriosissime fili pater imperator ut et lectionis tenor et legatorum vestrorum relatio patefecit, vos apostolicis eruditionibus studere cum de religione catholice fidei ea sapientes ea scripsistis, captum bistis ea populis fidelibus publicastis que sicut diximus et sedis apostolice doctrina et patrum veneranda decrevit auctoritas et nos confirmavimus omnibus. Oportunum est igitur voce proclamare prophetica: rendet celum desuper et effundant montes iocunditatem et colles letitiam letabuntur. Hec ergo in tabulis cordis fideles scribere, hec ut pupillam oculorum convenit observari. Nemo enim quisquam est in quo Christi caritas fervet qui tam recte tam vere confessionis vestre fidei refragator existat, cum impietatem eiusdem et Nestorii Euthicii que vel omnium hereticorum dampnantes unam veram catholicam fidem domini et dei nostri salvatoris Ihesu Christi magisterio institutam, propheticis apostolicis que predicationibus ubique diffusam et sanctorum per totum orbem confessionibus roboratam patrum atque doctorum sinceris ad unitatem et vestre doctrine consentaneam inconcussam atque inviolabiliter deo devota et pia mente servatis. Soli enim vestre professioni adversantur, de quibus divina scriptura loquitur dicens: posuerunt mendacium spem suam et in mendacium operis speraverunt. Item qui secundum prophetam dicunt domino: recede a nobis, vias tuas scire nolumus. Propter quod Salomon dicit: semitas proprie culture oraverunt, colligunt autem manibus infructuosa. Hec est igitur vera fides, hec est vera religio, hec beate recordationis ut diximus omnes patres presules et Romane ecclesie quos in omnibus sequimur, hec sedes apostolica predicavit hactenus et inconcusse custodivit. Huic confessioni huic fidei quisquis contradictor extiterit, alienum se a sua communione, alienum se ipse ab ecclesia iudicavit esse catholica. Nos enim in Romana Acemitarum cum sequacibus suis invenimus civitate qui de Acemitensi monasterio sunt, quos apostolicas suasionibus ad rectam fidem velud oves que perierant errantes ad ovile contendimus revocare, deum cum ut agnoscerent secundum prophetam lingue balbutientes loqui que ad pacem sunt domini credentes aiunt. Per vos primus apostolorum Ysaie prophete verba dicit: pergite in lumine ignis vestri et flamme quam accendistis. Sed obduratum est cor eorum ut scriptum est ut non intelligant, et pastoris vocem oves que mee non erant audire minime valuerunt. In quibus observantes ea que ab ipsorum sunt statuta pontifice eos minime in nostra communione recipimus et ab omni catholica ecclesia esse iussimus ali[enos]

eos in errore dampnato doctrinam uestram quam tocius sequitur ita in professione signauerunt. et qui perseuerant que nostris minime obedientiam accommodant, statuimus ab ecclesiis habere extorres. Sed qui a gremium suum numquam redeuntibus claudit ecclesia obsecro clementiam uestram ut si ipso errore deposito et praua intentione depulsa ad unitatem ecclesie uoluerint redire, communione recepti in ecclesiam indignationis uestre remoueatis aculeos, et nobis intercedentibus benigni animi gratiam condonate. Deum autem et saluatorem nostrum Iesum Christum exoramus, quatinus longeuus et pacificus uos dignetur custodire temporibus, imperia serenissime principum in hac uera religione et unitate et ueneratione apostolice sedis cuius principatum ut christianissimus et pius conseruatis in omnibus. Preterea serenissime principum laudamus legatorum uestrorum personas Ypatii et Demetrii fratrum et coepiscoporum nostrorum quos clementie uestre gratos fore ipsa manifestauit electio. Nam tante cause pondus non nisi perfectis in Christo potuissetis iniungere. tante uero pietatis et tante reuerentie plenos affatus nisi peramantes minime dignaremini destinare. Gratia domini nostri Iesu Christi et caritas dei patris et communicatio sit semper uobiscum. Amen. piissime fili. Item subscriptio. Omnipotens deus regnum uestrum et salutem uestram perpetua protectione custodiat gloriosissime et clementissime fili imperator auguste.

De sacrosanctis ecclesiis et de rebus et priuilegiis earum

Imperator. Habeat unusquisque licentiam sanctissimo catholico uenerabilique concilio decedens bonorum quod optauerit relinquere et non sint cassa iudicia mortuorum. Nichil est enim quod magis hominibus debeatur quam ut supreme uoluntatis, post quam aliud iam uelle non possunt, liber sit stilus et licitum quod iterum non redit arbitrium.

Imperator. Nemo apostolorum uel martyrum sedem humanis corporibus existimet esse concessam.

Idem. Nemo martyrem distrahat. nemo mercetur.

Imperator. Non plures quam nongenti i. decani sacrosancte huius amplissime urbis deputentur ecclesie, ut munus his attendendi uel mutandi uel indefinitum locum substituendi pateat copia, et nulli alii corporatorum preter predictum numerum per procinia in ciuitate concessa negata, quo omnino nouationis facultate similia uendicandi his que ad honorem uel necessaria obsequia sacrosancte ecclesie indulta sunt.

Idem. Placet rationabili consilio tenore repenso districta moderatione prescribere a quibus necessitatibus spiritales ecclesie urbium singularum habeantur immunes. Prima quippe illius usurpationis contumelia depellenda est, ne predia usibus celestium secretorum dedicata sordidorum munerum fece uexentur. Nulla extraordinariorum superindictio flagitetur. Nulla translationum sollicitudo gignetur, et postremo nichil preter canonicam illationem et preter quam aduenticie necessitatis sarcina repentina poposcerit eius functionibus ascribatur. Si quis contrauenerit post debite ultionis acrimoniam que erga sacrilegos iure promenda est exilio perpetue deportationis uretur.

Idem. Omni innouatione cessante

Cassa et irrita esse nuntiamus per totam Ytaliam omnia statuta et consuetudines seu libertates contra ecclesiarum personas inductas adversus canonicas vel imperiales constitutiones et eadem capitularis suis penitus aboleri mandat nova constitutio et decreto similia attemptari ipso iure decernit nulla esse et si factum fiat pene que statute sunt innuebunt. Si in per annum huius novelle constitutionis alii qui inventi fuerint contemptores bona eorum per totum nostrum imperium impune aboli...

...vetustatem et canones pristinos ecclesiasticos quos nunc usque tenuerunt in omnes illiricas provincias servari precipimus ut si quid dubietatis emerserit id oporteat non absque scientia viri reverentissimi sacrosancte legis antistitis urbis Constantinopolitane que Rome veteris prerogativa letatur conventui sacerdotali sanctoque iudicio reservari.

Idem. Ad instructionem itinerum pontiumque etiam divinas domos et venerabiles ecclesias tam laudabili titulo libenter adscribimus quia non est inter sordida munera numeratum.

Imperator. Sacrosancte Thessalonicensis ecclesie civitatis aperte sciat excellentia tua intra prefinitum capitationis modum beneficio nostri numinis sublevandum nec extraneorum gravamine tributorum rem publicam ecclesiastici nominis abusione ledendam.

Imperator. Qui sub pretextu decanorum seu collegiatorum cum id munus non impleant aliis se muneribus conantur subtrahere eorum fraudibus censuimus obviandum ne qui sub specie muneris quod minus exequuntur altioribus muneribus omnibus releventur ne argentariorum vel nummulariorum munia declinent ab his qui diserti sunt collegiati vel decani festinanter. Ideoque si quis eorum sub nomine appellationis vel anime collegiatum seu decanum se appellat sciat pro se alium subrogandum qui pro eo munus sufficiens agnoscatur subrogande videlicet facienda in locum memoratorum vel eorum qui moriuntur prelatum eius qui subrogatur admisso iudicio ab his disponere nemine excusante se sacre scrinii ecclesiarum reverentia.

Idem. Iubemus nullam navem ultra duorum milium modiorum quantitatem capacem ante felicem embolam vel publicarum specierum transvectionem aut privilegio dignitatis aut religionis intuitu aut prerogativa persone publicis utilitatibus excusari posse subtractam. Nec si celeste est preferatur oraculum sive adnotatio sit sive divina pragmatica sanctio prudentissime legis regulis excusare debebit quod in omnibus causis cupimus observari ut generaliter si quid huiusmodi vel utilitatem publicam in quolibet negotio preferatur non valeat. Quicquid enim in fraudem legis istius quolibet modo fuerit attemptatum id navigii quod excusatur publice corrigemus.

Imperator. Neminem angariis vel parangariis vel plaustris vel quolibet munere excusari precipimus cum ad felicissimam expeditionem numinis nostri omnium provincialium plaustra quibus utimur debeant solita nobis ministeria exhiberi et ad sacrosanctas ecclesias pertineant possessiones.

Imperator. Privilegia que generalibus constitutionibus universis sacrosanctis ecclesiis orthodoxe religionis retro principes prestiterunt firma et illibata in perpetuum decernimus custodiri.

Omnes sane pragmaticas sanctiones que contra canones ecclesiasticos interventu gratie et ambitionis elicite sunt robore suo et firmitate vacuatas cessare precipimus. Et quia humanitatis nostre est prospicere egenis ac dare operam ut pauperibus alimenta non desint et salaria que sacrosanctis ecclesiis in diversis speciebus de publi...

Nov. Hoc ius porrectum est ad omnem locum venerabilem et omne collegium cui actio pia constituitur, ut nec pignorentur si preciosa fuerint in his immobilibus que ab imperiali domo predictis locis applicantur. Inde excipitur si debitum urget quod ex mobilibus solvi non potest: tunc res immobilis specialiter detur pignori, cuius fructus creditor accipiat pro reputet tamen in sortem quantum in usuras usque ad certam centesime quartam. Si noluerit, tunc ordinator domus apud eum aequo ordinatur hinc gestis absque dispendio iuret maiore parte ibidem fungentium consentiente et debitum existere nec ex mobilibus solvi posse quo subsecuto pro parte dies item et venalem publice sit notum ut plus offerenti detur precio modis omnibus dando pro debito. Salvum enim res est. Non creditur si vilis habeat ut etiam firmum careat ad lesionem divine domus excepto tore si inventore extimata diste... detur creditori in solutum addita in suo decima parte ut usum eius tacens et accedente consensu ordinatoris et maioris partis sibi deinde fungentium. Sicut tum ea res immediate etiam ita etiam ei specta ipsius qualitate et quantitate et honestius creditori colligatur quique debidit, pro bet in utilitatem domus processisse.

Nov. Si qua mulier aut vir monasticam vitam elegerit et intraverit monasterium liberis non extantibus monasterio quod ingreditur res eius competere iubemus. Sed si persona liberos habens ante quam inter eos disponat monasterium intravit licet ei postea inter eos dividere. Ita nulli diminuta quod eis non dederit monasterio competet. Sed si omnino ea sibi inter eos dividere voluit sua persona filiis connumerata partem sibi retineat que competere monasterio debeat. Sed si post ingressum monasterii ante quam inter eos disponat filii legitimam percipiant reliqua substantia monasterio competente.

Nov. Ingressi monasteria ipso ingressu se et sua deo dedicant, nec ergo testantur ut pote nec domini rerum.

Nov. Multo magis prohibetur rerum ipsius monasterii alienatio quam redeat in antiquum et secularem usum statum.

eo hactenus in ministeria sunt. Iubemus nunc quod in concussa talia nulla praesumptione immutata praesenti sanctione hunc per imperpetuissime perpetuae tribuimus facultatem.

I.d. Generali lege sancimus sive vidua sive diaconissa vel virgo deo dedicata vel sanctimonialis mulier sive quocunque alio nomine religiosi honoris vel dignitatis femina nuncupata testamento vel codicillo suo quod tamen aliis omnibus iuris rationibus munitum sit ecclesie vel martyrio vel clerico vel monacho vel pauperibus aliquid vel ex integro vel ex parte in quacunque re vel specie crediderit seu censuerit relinquendum, id modis omnibus ratum firmumque consistat, sive hoc institutione sive substitutione seu legato aut fideicommisso per universitatem seu speciali sive scripta sive non scripta voluntate fuerit derelictum: omni in posterum in his negotiis ambiguitate submota.

Imperator Leo. Iubemus nulli posthac archiepiscopo in hac urbe regia sacrosancte ecclesie presidenti nulli yconomo cui res ecclesiastica gubernanda mandatur esse facultatem fundos vel predia urbana seu rustica postremo immobiles res aut in his prediis colonos vel mancipia constituta aut annonas civiles cuiuscunque super ma vel superstitis voluntate ad religiosam ecclesiam devoluta sub cuiuscunque alienationis specie ad quemcunque transferre personam. Sed ea predia diligenter que colere augere et ampliare, nec ulli hisdem predijs audere cedere. Verum si sive testamento quocunque iure facto seu codicillo vel sola nuncupatione legato seu fideicommisso aut mortis causa donatione vel alio quocunque ultimo arbitrio aut certe inter vivos habita largitate sive contractu venditionis sive donationis vel alio quocunque titulo quisquam ad prefatam venerabilem ecclesiam patrimonium suum partem vel etiam patrimonii in fundis prediis sive domibus et annonis mancipiis colonis quod eorum peculiis noluerit pertinere in concussa ea omnia sine ulla penitus diminutione conservent, scientes nullam se occasione vel pretio ad vicissitudinem beneficii colorati vel gratie referende donandi vel certe volentibus emere alienandi aliquam facultatem permissam, nec si omnes cum religioso episcopo et yconomo clerici in earum possessionum alienatione consentiant. Ea enim que ad beatissime ecclesie iura pertinent vel posthac forte pervenerint tanquam ipsam sacrosanctam religiosam ecclesiam intacta convenit venerabiliter custodiri, ut sicut ipsa religionis fideique mater perpetua est ita eius patrimonium iugiter servetur illesum. Sane si lex et prohibitionis nostre statuta audaci spiritu et mente sacrilega quisquam yconomorum vel hominum temerandum crediderit, ipse qui pretio ausu ecclesiastica predia donationis vel emptionis seu commutationis aut cuiuscunque contractus alterius nomine in eo quod nunc statuimus acquirere temptaverit vel habere omnem his fructum perpetuitatis amittat, et predia quoque et munera que eius rei gratia data fuerint yconomo seu aliis quibuscunque personis ecclesie lucris et commodis acquirantur, predia autem et in his omnibus

Qui res iam dictas non gratuito alienationis titulo contra formam legis accipiat rem quidem cum omni incremento medii temporis restituet. eius autem quod dedit nullam habet actionem contra venerabilem locum sed adversus eum qui alienavit. Donatarius autem rem cum omni causa restituet et aliud tantundem. Creditor autem restituta re pignorata contra eum actionem contra solum pignoris datorem habet. Emphyteosis acceptor et ab ea cadit et quod dedit non repetit. immo statim solvit quicquid soluturus esset in unoquoque anno si iure contraxisset. sed melius dicitur omnino denegandas esse actiones huiusmodi acceptori.

Qui rem huiusmodi conductam vel in emphyteosim olim acceptam fecit deteriorem aut canonem per biennium non solvit repelli potest ut tamen solvat totius temporis pensionem et id in quo rem lesit resarciat. non repetitur si quid impendit nomine meliorationis.

Sicut alienatio rerum ecclesie modo dicto prohibetur nec quod simile detur ei possessio aut alio domino sa velut nomine fiscalium. Item predium per honus fiscalium inutile alienatur gestis ut supra conficiendis et codex iuramento prestito. id est quod alia de causa non alienatur nisi ut immunitas eidem venerande domui fuerit. Quibuscumque modis alius permittitur modo dictis personis rem habere accipere ut yconomo et eius cognatis.

Si quas ruinas habent memorate domus quas reedificare non valeant, in emphyteosim dentur perpetuam emphyteota usuro materia deposite habitationis ut pensio minuatur in tertiam partem ab ea que stantibus adhuc habitationibus colligebatur aut prius eo reedificante ex additis illis pensionibus per estimationem detur medietas religiose domui. nam tempore causa ab initio emphyteosis prestanda est pensio.

omnia constituta ab ipsis clericis temporalibus yconomis cum fructibus seu pensionibus totius medii temporis vendicentur ut tanquam penitus empta vel vendita a nullo teneantur. quia ea que contra leges fiunt pro infectis habenda sunt. Yconomus autem qui hoc fecit immo qui sic passus fuit vel in qua cumque presbyter huiusmodi venditione seu donatione vel commutatione vel ea que presenti lege concedimus in quacumque alienatione consensit commissa sibi yconomatus administratione privetur. deque bonis eius quodcumque exinde incommodum ecclesie contigerit reformetur. heredes quoque eius et successores eius ac possessiones super hoc facto sive consensu competenti ab ecclesiasticis actione pulsentur. His tabellionibus qui huiusmodi contractuum vetitorum ausi fuerint instrumenta conscribere irrevocabili exilii animadversione plectendis. His quoque iudicibus vel viris gestorum habentibus qui huiusmodi donationum seu contractuum vetitorum gesta confecerint dignitatis proprie et bonorum omnium spoliatione condempnandis. Sane neque omnis religiosis yconomis provisionis via et occasio venerandis ecclesiis in profutura videatur exclusa ideo quod utile perinquo iudicatur sub cautele observatione necessario procedere concedimus. Si quando igitur religiosissimus yconomus huiusmodi regie urbis ecclesie prospexerit expedire ut desideranti cuiquam certarum possessionum atque prediorum urbanorum scilicet sive rusticorum ad ius ecclesiasticum pertinentium temporalis ususfructus possessio pro ipsius petitione prestetur: tunc

eius temporis quod inter utrumque convenerit sive in diem vite sive ab eo quem desiderat postulet pacta cum eo quem elegit ineat yconomus atque conscribat. per que et tempus inter quod prestari placuit statuatur. et manifestum fiat quod quisque prestitit ad invicem huius beneficii gratia prestando quod ecclesiastici predii pro tempore ususfructus. post statutum autem tempus et placitum temporum reditum proprietate ad ius et dominium ecclesiasticum recurrente fruitur. ita scilicet ut si completo spatio quod fuerit inter eos constitutum seu mortis sue tempore sub quo convenerint usque in possessionem ecclesiastica et eorum redituum usumfructum hendi gratia pacto intervenientem suscepit non minus quam alterius tante quantitatis quante acceperat redditus cum ipso predictorum dominio et rebus immobilibus eorum quoque colonis et mancipiis ecclesie derelinquat. Nemini hac conditione pacta inita fuerint ea que decernimus non valere sed possessionem ecclesiasticam tam quam nullo iure transcriptam in ipsius iure atque dominio permanere ab ecclesiasticis vel yconomis decernimus vendicari.

Item. Decernimus ut antiquatis ac infirmatis funditus que contra ipsam orthodoxe religionis dominum quodammodo facta sunt in integrum restituantur universa et ad suum ordinem revocentur que ante perfectionem nostre mansuetudinis de orthodoxe religionis fide et sanctissimarum ecclesiarum et martiriorum statuta fuerunt optinebant. His que contra hec tempore tyrannidis innovata sunt tam contra venerabiles ec

Perpetua quoque emphyteosis in his rebus permittitur si res in eorum gratia presentia quibus hoc assignatur lege iuvantibus his quorum interest ex eo contractu nihil ad lesionem divine domus efficiatur. Ita soluto redditu ipsius rei qui fuit cum divino iure dedicaretur non imminuendo nisi in sextam partem. Aut si ob cladem diminuta fuit tunc constante determinetur nunc pensione in emphyteosim. Igitur si res preciosa quidem sit parum tamen aut nihil pensionis prestet res subtilis estimanda

estimatione

ut ex hac iusta pensio constituatur. et tamen sola detur in emphyteosim que ad hoc congrua videntur yconomo et aliis gubernatoribus.

Sed et principe permittente principi possit prestari maiori vel equali si res publica hoc exposcit pragmatica forma super hoc precedente.

Item sibi invicem ecclesie permutant cum utriusque ecclesie competitate eorum scilicet consensu qui super ea fuerunt.

Hec usus prestatio locum habet in omni domo religiosa quo finito res utraque perveniat in domum iam dictam nec tributis quam maioribus gravata sit ea res que datur invicem.

pleno iure

fortis sors est centesima id est principalis quidam vel possessionis quia centesimis est perfecti ut sonat in ipsum substantivum. centesima ergo est qui equiparatur sorti in anno. [illegible]

se redditum [illegible] hoc et aliud quod totiens fructus reddat at quod an yconomus hoc facere possit et dicat quod sic et hoc faciat scribi. pro ipsius petitione exhibito suscipi [illegible] [illegible]

[illegible]

Quis res iam dictas etiam si quas ruinas et perpetua quoque [illegible]

[illegible]

[illegible]

clesias quarum sacerdocium gerit beatissimus ac religiosissimus episcopus patriarcha nostre pietatis prerogatus quamque ecclesie que per diversas provincias collocate sunt necnon et reverentissimos earum antistites seu de iure sacerdotalium canonum seu de expulsione cuiuscumque episcopi a quolibet illis temporibus facta seu de prerogativa in episcoporum concilio vel ecclesiarum consilium ante alios residendi vel de provincialio metropolitano vel patriarchico sub hiisdem imperiis temporibus penitus antiquatis ut cassatis et recissis que pluribus celebratas iussiones aut pragmaticas sanctiones aut constitutiones impias sine forma subsecuta sunt. que autem a divine recordationis retro principibus ante nostrum imperium et deinceps a nostra mansuetudine indulta vel constituta sunt super sacrosanctis ecclesiis et religiosis episcopis clericis aut monachis inviolata fuerint. sacrosanctam quoque huius religiosissime civitatis ecclesiam nostre pietatis et canonum orthodoxe religionis omnium et regie urbis eiusdem sanctissimam sedem privilegia et honores omnes super episcoporum creationibus et iure ante alios residendi et cetera omnia que ante nostrum imperium vel nobis imperantibus huiusmodi sacrosancte ecclesie imperatorum sunt regie urbis intuitu iudicamus et sancimus.

Imperator. Illud quod ex veteribus legibus licet obscure positis a quibusdam attemptabatur ut donationes super piis causis facte licet minime in actis intimate sunt tamen valeant certo et dilucido iure tacemus ut in aliis quam casibus veteri iura super intimandis donationibus intacta maneat. Si quis vero donationes usque ad quingentos aureos in quibuscumque rebus fecerit vel in sanctam ecclesiam vel in xenodochium vel in noscomium vel in orphanotrophium vel in brephotrophium vel in gerontocomium vel in ipsos pauperes vel in quamcumque civitatem iste donationes et citra actorum confectionem convalescant. Si enim vero ampliores quantitatis donatio sit excepta scilicet imperiali donatione non aliter valeat nisi actis intimata fuerit. nullis dandis quecumque alia circa quam pietatis iure subnixa preter eas quas specialiter exposuimus introducenda veterum scita super intimandis donationibus permutare.

Imperator. Sancimus neminem licere sacratissima atque archana vasa vel vestem ceteraque donaria que ad divinam religionem necessaria sunt cum etiam veteres leges ea que iuris divini sunt humanis nexibus non illigari sanxerunt vel ad venditionem vel ad ypothecam vel pignus trahere. Sed ab hiis qui hec suscipere ausi fuerint modis omnibus vendicari et tam per religiosos episcopos quam yconomos necnon et sacrorum custodes vasorum nulla eis actione relinquenda vel super recipiendo pretio vel fenore exigendo ex quo res pignorate sunt sed omnibus huiusmodi actionibus respuendis ad restitutionem earum modis omnibus coartari. Sin autem vel conflata sunt vel fiunt vel alio modo immutata aut dispersa nichilominus vel ad ipsa corpora vel ad ipsa pretia illorum exactionem competere sive per vindicationem sive per condictionem sive per in factum actionem

Quas actiones alias tricennalis, alias decennalis, alias vicennalis praescriptio secludit, si religioso loco competant, XL annorum spatio clauduntur, tenens usucapione quadriennii praescriptione summoventibus, sola Romana ecclesia gaudente spatio C annorum.

Praeterea si habuit superflua vasa cum debitrix sit nec aliunde solvere valeat, neque immobile alienetur vel distrahatur, ea gestis habitis coram eo cuius est loci ordinatio vel aliis locis venerabilibus vel conflati civilibus vendantur, quo magis debitum persolvatur. Qui autem accepit citra hanc observationem hisdem penis subiaceat que in immobilibus rebus sunt prodite.

[illegible]

cuius tenor in multis et in variis articulis sepe est admissus, excepta videlicet causa captivitatis et famis si in locis hiis in quibus hoc abhominamur contigerit. Nam si necessitas fuerit in redemptione captivorum, tunc et venditionem praefatarum rerum divinarum et ypothecam et pignorationem fieri concedimus, cum non absurdum est animas hominum quibuscumque causis et vestimentis preferri. Optinente hoc non solum in futuris negociis sed etiam in iudiciis pendentibus.

Item. Sancimus res ad venerabiles ecclesias vel xenones vel monasteria vel ptochotrophia vel brephotrophia vel gerontocomia vel si quod aliud tale consortium descendentes ex qualicumque curiali liberalitate sive inter vivos sive mortis causa donationes sive in ultimis voluntatibus habita lucrativorum inscriptionibus liberas et immunes esse lege scilicet que super hiis inscriptionibus posita est in aliis quidem personis suum robur optinente. In parte autem ecclesiastica et aliarum domuum que aliis piis consortiis deputate sunt suum vigorem pietatis intuitu mitigante. Cur enim non faciamus discrimen inter rem divinam et humanam, et quare non competens praerogativa celesti favori conservetur? Quod non solum in casibus quos futurum tempus continet, sed etiam in adhuc pendentibus iudiciali termino vel amicabili compositione necdum sopitis optinet.

Item. Ut inter divinum publicumque ius et privata commoda competens discretio fit, sancimus ut

Set nec curialem aut officialem clericum fieri permittimus, ne ex hoc venerabili clero iniuria fiat. Si vero tales persone in clero constituantur, tamquam nec ad ordinationem perducte proprie fortune restituantur, nisi forte monachicam vitam aliquis eorum non minus XV annis impleverit; tales enim ordinari percipimus, quarta proprie substantie parte retenta, reliquis partibus curie et fisco vendicandis. Si in clero constitutus monachicam vitam decentem impleverit. Sed si post dicatus honorem aliquis eorum uxorem aut concubinam habuerit, proprie fortune (i. curie) reddatur, licet tali ecclesiastico gradu tenebatur in quo constitutus uxorem ducere non prohibetur. Idem est et in omnibus aliis monachis licet nulli fortune prius subiecti fuerint. Generaliter qui cumque in ecclesiastico qualibet gradu constitutus ad secularem vitam redierit, honore nudatur, curiali fortune proprie civitatis reddatur alias traditur.

si quis aliquid reliquerit hereditatem vel legatum vel fideicommissum vel donationis titulo aliquid donaverit vel vendiderit vel sacrosanctis ecclesiis sive venerabilibus xenonibus vel ptochiis vel monasteriis masculorum vel virginum vel orphanotrophiis vel gerontocomiis nec non civitatum, relictorum donatorum vel venditorum sit eis longinqua exactio nulla temporis solita praescriptione coartanda. Sed et si in redemptione captivorum quedam pecunie vel res relicte vel alio modo donate sunt, et earum exactionem longissimam esse censemus.

Et nobis quidem cordi erat nullis temporum metis has actiones circumcludi, sed ne videamur in infinitum hanc extendere, longissimum vite hominum tempus elegimus, et non ultra eas actiones finiri concedimus nisi C annorum curricula excesserint. Tunc enim tantummodo hanc exactionem evanescere sinimus. Sive itaque memoratis religiosis locis vel civitatibus hereditas sive legatum sive fideicommissum fuerit derelictum vel donatio processerit vel venditio in quibuscumque rebus mobilibus vel immobilibus vel se moventibus sive pro redemptione captivorum quedam fuerint derelicta vel donata, sit eorum perpetua vendicatio et ad annos C tantum quod diximus extendatur, nulla alia exceptione temporis inhibenda, sive contra primas personas sive contra heredes vel successores eorum moveatur. In hiis autem casibus non solum damus personales actiones sed etiam in rem et ypothecariam secundum tenorem nostre constitutionis que legatariis et fideicommissariis et

Illud fi[illegible] l. dicebatur q. donatio facta in privatum non valeret ultra ducentos so[lidos] [illegible] plus [illegible] l. cum donatio [illegible] ultra ducentos solidos, ut l. de dona. l. sancimus [illegible] mobilibus immobilibus [illegible] xenodochium, locus in quo peregrini [illegible]

[illegible]

Auth. Sed novo iure per tali iniuria verberatur aut exilium mittitur. Sed si sacra ministeria turbaverit vel ministrantem prohibuerit, capite punitur. Idem et in letaniis iniuria verberatus exilio traditur. Si vero [illegible] occiderit, capite plectatur. Laicis interdicimus facere letanias sine clericis, quae sine orationibus et cruce fieri non debent.

Auth. Clericos autem non ordinari permittimus qui litteras nesciunt, sed rectam fidem tenentes et ut nec concubinam nec naturales liberos habuerint, uxorem habeant unam et primam, nec viduam nec a viro separatam nec aliis legibus aut sacris canonibus interdictam. Presbyterum non minorem xxx annis aut subdiaconum minorem xxv annis.

Auth. Diaconissam in sancta ecclesia non ordinari praecipimus quae minor sit xl annis aut ad secundas migraverit nuptias. Item nulla civitas vel persona publica vel privata collectas sive exactiones angarias vel parangarias ecclesiis vel aliis piis locis aut ecclesiasticis personis imponant aut in ea ecclesiastica bona praesumant. Quod si fecerint et requisiti ab ecclesia vel a pio emendare contempserint, triplum refundant et [illegible] banno imperiali subiaceant, quousque satisfactione debita nullatenus remittatur.

[illegible]

...hypothecariam donavit. His eadem omnibus unum tantummodo tironum iure imponimus, id est metatarum. Hanc autem omnia observari scimus in his casibus vel qui prea fuerint nati vel iam in iudicium deducti sunt.

De episcopis et clericis, orphanotrophis et brephotrophis et ptochotrophis et ascetriis eorum et monachis et xenodochiis et castrensi peculio clericorum et nuptiis vetitis.

Idem. Iuxta sanctionem quam dudum meruistis et nos clerici et mancipia vestra nullus novis collationibus nos sordidis et extraordinariis obligabit, sed vacatione gaudebitis. Praeterea neque hospites suscipietis.

Idem. Omnis clericis indebitae conventionis iniuria atque exactionis repellatur improbitas. Nulla conventio sit circa eos munerum sordidorum. Et cum negociatores ad aliquam praestationem competentem vocantur, ab his universis huiusmodi strepitus conquiescat. Si quid enim vel parsimonia vel provisione vel mercatura honestatis tamen conscia congesserunt, id in usum pauperum atque egenorum ministrari oporteat, aut id quod ex eorum ergasteriis vel tabernis conquiri potuit et colligi, collectum id religionis existiment lucrum. Fuerit in hominibus eorundem quo operam in mercimoniis habent divi principis genitoris statuta in ultimum oda observatione caverunt ut idem clerici privilegiis pluribus redundarent. Itaque extraordinariorum munerum a praedictis clericis necessitas atque omnis molestia conquiescat. Ad parangariam quoque praestationem non vocentur nec eorundem facultates atque substantiae omnibus clericis huiusmodi praerogativa succurrat, ut et coniugia clericorum ac liberi eorum quoque et ministeria, id est mares pariter et feminae quoque et filii, immunes semper ab his muneribus perseverent.

Idem. De his clericis qui praedia fiscalia possident, sublimis auctoritas tua non solum eos aliena iuga nequaquam statuat excusare, sed etiam his quae ab his possidentur eosdem ad pensitanda fiscalia perurgeri censemus. Namque clericos possessores dumtaxat provinciales pensitationes fiscalium transactiones agnoscere [illegible] tiendas recognoscere iubemus.

Imperator. Officiales Romanales si exhibitione cursus seu primipili necessitate neglecta [illegible] ratione fiscali ad clericatus honorem putaverint transeundum, ad priorem condicionem retrahantur. Si vero obnoxii ratiociniis vel necessitatibus non sint, sub notione iudicum officiis consentientibus suis, probabilis vitae postulavit studium transferantur, nec cessionem metuant facultatum. Quod si clandestinis artibus putaverint irrepere, duas partes concedant. Verum ubi aut simplices defuerint, prout quis ex propria substantia duas portiones, tertiam sibimet retineat. Si vero propinquorum necessitudo defuerit, geminae portiones officiis in quibus militaverint relinquitur, portione tertia tantummodo sibi retenta.

Idem. Si quis non dicam rapere sed attemptare tantum matrimonii iungendi causa sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali poena feriatur.

Imperator. Presbyteros diaconos subdiaconos ac exorcistas et lectores ho-

[illegible]

Sed videri mutat ad eum quidem ex numeris suis ut propositis sacrosanctis evangeliis sic quod decet sacerdotes, dicat quod novit.

Sacerdotes et diaconi si falsum testimonium perhibuisse convincantur in causa pecuniaria, prohibitis per tres annos a sacro ministerio separentur monasteriis tradendi; sed si criminalis causa fuerit, clericatu spoliati legitimis afficiendi sunt penis. Eiusdem. Quod si omnis est diaconus, ceteri clerici communi officio ecclesiastico depulsi verberibus puniuntur.

Presbiterum minorem .xxxv. annis fieri non permittimus, sed nec diaconum aut subdiaconum minorem .xxv. annis, nec lectorem minorem .xviii. annis, nec episcopum minorem .xxx. annis.

Multo magis cessant eorum coniugia. Solent enim cantores et lectores permitti nuptias contrahere; aliis autem omnibus sunt interdicte, cum tamen si ad secundas nuptias pervenerint, nequaquam ad maiorem sacerdotii culmen ascendant.

Episcopo nullam mulierem secum habere permittitur; sed si habere probetur, ab episcopatu periciatur quo se fecit indignum. Et alias personas que omnem suspicionem effugiunt.

[illegible]

...tianos et personalium munerum expertes esse precipimus.

Imperator. Nec honore nec legibus episcopum ad testimonium flagitari. Item clericum vero episcopum ad testimonium dicendum admitti non decernimus, nam et persona honoratur et dignitas sacerdotis excepta confunditur.

Idem. Presbiteri citra iniuriam questionis testimonium dicant, ita tamen ut falsa non simulent. Ceteri vero clerici qui eorum gradum vel ordinem sequuntur, si ad testimonium dicendum petiti fuerint, prout leges precipiunt audiantur. Salva tamen sic litigatoribus accusatione si forte presbiteri qui suo nomine superioris loci testimonium dicere etiam aliquam corporalem iniuriam sint percepturi ipso quod metuant vim sumpserint, multo magis eternam penam sit dignum quibus cum plurimum honoris per nostram iussionem delatum est.

Idem. ...occulto inveniuntur crimine.

Imperator. Nulla nisi emensis .xl. annis secundum preceptum apostoli ad diaconissarum consortium transferatur.

Imperator. Si quis in hoc genus sacrilegii proruperit ut in ecclesias catholicas irruens sacerdotibus et ministris vel ipso cultui locoque aliquid importet iniurie, quod geritur a provincie rectoribus animadvertatur. Atque ita provincie moderator sacerdotum et catholice ecclesie ministrorum loci quoque ipsius et divini cultus iniuriam capitali in convictos sive confessos reos sententia noverit vindicandam, nec expectet ut episcopus iniurie proprie ultionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit, sitque cunctis laudabile factas atroces sacerdotibus aut ministris iniurias veluti publicum crimen persequi ac de talibus reis ultionem mereri. Et si multitudo violenta a civilis apparitionis executione ad iniuriam ordinum possessorumque defensione non potuit presentari, ut flagitant quod se armis aut locorum difficultate tueantur, presides provinciarum et militari auxilio per publicas litteras appetito perpetrantem vindictam tali excessui imponere non morentur.

Idem. In ecclesiis que in possessionibus ut assolet diversorum vicis vel quibuslibet locis sunt constitute, clerici non ex alia possessione vel vico sed ex eo ubi ecclesiam esse constitit ordinentur, ut proprie capitationis onus ac sarcinam recognoscant, ita ut pro magnitudine vel celebritate uniuscuiusque vici ecclesiis certus iudicio episcopi clericorum numerus ordinetur.

Idem. Si quis curialis clericus fuerit ordinatus nec statim contubernio permissa pristine condicioni reddatur vel vigore et solertia iudicantium ad pristinam sortem veluti mox manu iniecta revocetur. Clericis enim ultius legem prodere non patimur quem cessione patrimonii subsecuta decurionem esse clericos non vetabat.

Idem. Si rectore venerabilis provincie cuiuscumque fuerit temeritate violata vel dissimulatione neglecta, hic commissum .v. librarum auri condempnatione plectetur.

Idem. Quicumque residentibus sacerdotibus fuerit episcopali loco et nomine detrusus, si aliquid est custodia...

[illegible]

Interdicimus sanctissimis episcopis presbyteris diaconibus subdiaconibus et lectoribus et aliis omnibus cuiuslibet loci venerabilis aut scematis ad tabulam ludere aut aliis ludentibus participes aut inspectores fieri aut ad quodlibet spectaculum spectandi gratia venire. Si quis autem ex his deliquerit iubemus hunc tribus annis venerabili ministerio prohiberi et in monasterio redigi. Sed in medio tempore si se penitentem ostenderit liceat sacerdoti sub quo constitutus est tempus minuere et hunc rursus pro ministerio reddere.

Nunc autem cum monachus factus est hoc ipso res suas omnes optulisse videtur, si prius testatus non fit, exinde iudicio eius cessante lege disponente ut si liberos habeat in quo aut mechanicis aut minus legitima portione quoquo donandi titulo contulerit ea tenus substantie monasterio destinate detrahitur, ne quid iniquum contingat circa liberos.

vel qui rem publicam moliri fuerit deprehensus rursus qui sacerdocium petere a quo vi est expulsus procul ab ea urbe quam turbavit centum milibus vitam agat nec ... secta nec impetiere recepta spe et sibi impetiis careat defensoribus in eorum indignationem sublatis.

Idem. Conventiculum illicitam extra ecclesiam in privatis edibus celebrari prohibemus, proscriptionis domus periculo imminente si dominus eius in ea clericos nova ac tumultuosa conventicula extra ecclesiam celebrantes susceperit.

Imp. Quisquis censibus fuerit annotatus invito agri domino omnem temptet clericatum adeo ut etiam in vico eo in quo noscitur mansitare clericus fuerit sub hac lege assumat sacerdocium religiosum ut et capitationis sarcinam per eum domino agnoscere compellatur et ruralibus obsequiis quo maluerit subrogato fungatur, ea scilicet immunitate indulta que capitationis nomine certe venerandis ecclesiis relaxatur, nullo contra hanc legem umquam valituro rescripto.

Imp. Placet nostre clementie ut nihil commune clerici cum publicis actionibus vel ad curiam pertinentibus cuiuscumque corporis non sunt annexi habeant. Preterea eos qui parabolani vocantur neque ad publica spectacula neque ad curie locum neque ad iudicium accedendi licentiam permittimus nisi forte singuli ob causas proprias et necessitates iudicem adierint aliquam litem pulsantes vel ab alio ipsi pulsati vel in commune totius corporis causa syndico ordinato sub ea distinctione ut si quis eorum hoc violaverit et brevibus parabolanorum eximatur et competenti supplicio subiugetur nec umquam ad eandem sollicitudinem revertatur.

Idem. Parabolanos qui ad curanda debilium egra corpora deputantur sexcentos constitui precipimus, ita ut pro arbitrio viri reverentissimi antistitis Alexandrine urbis ex his qui ante fuerant et qui pro consuetudine curandi gerunt experientiam sexcenti parabolani ad huius sollicitudinem eligantur exceptis videlicet honoratis et curialibus. Si quis autem ex his naturali forte fuerit absumptus alter in eius locum pro voluntate eiusdem sacerdotis exceptis honoratis et curialibus subrogetur, ita ut sexcenti viri reverentissimi sacerdotis preceptis ac dispositionibus obsecundent et sub eius cura consistant, reliquis que dudum late legis forma complectitur super his parabolanis vel de spectaculis vel de iudiciis et ceteris sicut iam statutum est custodiendis.

Idem. Eum qui probabilem seculo disciplinam agit decolorari consortio sororis non decet. Quicumque igitur cuiuscumque gradus sacerdocio fulciuntur vel clericatus honore censentur extranearum mulierum interdicta consortia cognoscant, hac eis tantum facultate concessa ut matres filias atque germanas intra domorum suarum septa contineant. In his enim nihil sevi criminis existimari fedus naturale permittit. Eas etiam non relinqui castitatis hortatur affectio que ante sacerdocium maritorum legitimum meruere coniugium.

Nullus episcopus invitus ad civilem vel militarem iudicem, pro qualibet causa, producatur vel exhibeatur, nisi princeps iubeat. Iudex enim qui duci vel exhiberi imperaverit, per cinguli privationem XX lib. auri ecclesie cuius est episcopus persolvat, executore per cinguli privationem verberibus subdendo et in exilium deportando.

Generaliter autem iudex prius audeat libellum pulsato non porrigi, sportulas nec ab eo exigi, nisi prius actor in libello per se vel per tabularios conscribat et in actis fideiussorem periculo competentis officii prestet quod usque ad finem litis permaneat, eamque per se vel per procuratorem exerceat. Et si victus fuerit iniuste movisse litem, expensarum sumptuumque nomine decimam partem quantitatis in libello comprehense pulsato restituet. Aut si fideiussorem dare non valeat, super hijsdem iuratoriam exponat cautionem, pena X lib. auri iudici et eius officio imminente, executore quinquennali exilio dato et bonis eius confiscatis, si aliter versati fuerint, vica moveatur ex utriusque consensu.

... enim clericis incompetenti adunecte sunt que dignos sacerdocio viros sui conversatione fecerunt.

Imperator. Si quis presbyter aut diaconus aut diaconissa aut subdiaconus aut cuiuslibet alterius loci clericus aut monachus aut mulier que solitarie vite dedicata est nullo condito testamento decesserit, nec ei parentes utriusque sexus vel liberi vel si qui agnationis vel cognationis iure iunguntur, vel uxor extiterit, bona que ad eum pertinuerint vel ad ecclesiam sacrosancte ecclesie vel monasterio cui forte destinatus fuerit aut destinata omnifariam socientur, exceptis hijs facultatibus quas forte censibus ascripti vel iuri patronatus subiecti vel curiali conditioni obnoxii clerici vel monachi cuiuscumque sexus relinquunt. Non enim iustum est bona seu peculia que aut patrono legibus debentur aut domino possessionis cui quis eorum fuerat ascriptus aut ad curias, pertinore excludi, iam late constitutionis subiecta forma pertinere noscuntur, ab ecclesiis aut monasteriis detineri, actionibus iudicibus competentibus sacrosanctis ecclesiis vel monasteriis reservatis, si quis forte predictis conditionibus obnoxius aut ex gestis negociis aut ex cuiuslibet aliis ecclesiasticis obligatus actionibus obierit.

Idem. Ad similitudinem tamen episcoporum orthodoxe fidei, quam presbyterorum et diaconorum hij qui honorario titulo illustrem dignitatem consecuti sunt per substitutos periculo suarum facultatum curie muniibus satisfacere non vetentur.

Idem. Si qua per calumpniam positio super criminalibus causis apud competentem iudicem deposi-

Sed hodie nulla persona in ecclesiastico officio constituta in qualibet causa criminali vel pecuniaria cuiuslibet quantitatis, nec diaconissa vel monachus vel ascistria vel monastria amplius quatuor siliquas permittitur dare. Nec cum ex iussione principis ad alias provincias vocantur, ultra non ultra unum solidum executor accipiet. Episcopus vero nomine ecclesie sue nil prestat nomine sportularum; actores ecclesiarum hoc necessitas pro nomine suscipientibus vel illis qui in causa ordinati fuerint, et hoc exegit in duplum quod exactum est reddet, mutatus cingulo si miles est, si dicis a clero removebitur.

ta exhibitionis causa sunt, sacrosancte religionis antistiti XXX pondo auri condempnandi per nomine publici calculis inferenda, ut percellatur per ipius unusquisque omnia privilegia que sacrosanctis ecclesiis confugarum aut clericorum decanorum vel aliorum ecclesiasticorum causa legibus sunt prestita intacta atque inviolata fuari. Preterea iubemus ut omnes clerici atque monachi qui de suis civitatibus ad hanc almam urbem ecclesiastici negocii vel religionis causa proficiscuntur, litteris episcopi sui cum unusquisque eorum iter faciens obsequitur muniti adveniant, scituri quod si citra hanc fiduciam accesserint, sibimet imputabunt quod non clerici vel monachi esse putabuntur.

Imperator. Quoniam venerabilis recordationis Flavianus huius alme urbis episcopus cum venerabili synodo innumerabilium pene sacerdotum qui Calcedone convenerant tanto ac tali decoratus est testimonio, ut Eutichetes qui cum sensaverunt cum scelestis dogmatibus suis ab omnibus uno ore dampnaretur, aboleatur quoque Euthicetis dampnosa memoria. Flaviani autem laudabilis recordatio revelletur.

Idem. Id quod pauperibus testamento vel codicillo relinquitur non ut incertis personis relictum evanescat, sed modis omnibus ratum firmumque consistat.

Imperator. Cum clericis in iudicium vocatis pateat episcopalis audientia, nolentibus tamen auctoribus, si actor discepationi sanctissimi archiepiscopi noluerit experiri, eminentissime tue sedis examen, esse catholicos sub viro reverentissimo archiepiscopo huius urbis clericos constitutos vel esse reveren-

tissimum pro nomine

Si autem his que ad pias causas relicta sunt non impleuerit dentis relictam sed sibi non sufficit ad ista omni cessante falcidia cuncte perficiant cause cui relicte sunt

Et in rebus manibus eorum licet aliquam peruenire ecclesiasticum est a sacerdote. Licet testator uel donator ... ad hoc aliquid principium ... ut in yconomo. Si filii qui facere iussi sunt neglexerint semel uel bis ab episcopo uel yconomo commoniti per publicas personas amittant lucrum quod eis contingebat ex uoluntate defuncti et episcopus habeat potestatem uendicandi lucrum illud et aliud quod distribuit et debeat distribuere quod si non fecerit idem reddet deo uel hominibus

tissimum yconomum tam de suis quam de alienis ecclesiasticis semet nouint negociis expetendos quam in nullo alio foro uel apud quam quam altissimum iudicem eosdem clericos litibus irretire et ciuilibus uel criminalibus negociis temptet inectere. Memorati autem reuerentissimi clerici orthodoxarum ecclesiarum que sub religioso antistite huius incliite urbis sunt in causa in qua ipsi uel procuratores quos preseddint sinarum tuarum auctoritate pulsantur executoribus per quos ceperint conuenini fideiussorem scissime huius urbis ecclesie yconomum uel defensorem prebeant usque ad l. auri libras fideiussor existat ipse uero reuerentissimus yconomus huius alme urbis ecclesie lite pulsatus fideiussorem prestare non prebeat utpote qui et aliorum clericorum fideiussor futurus est sed fidei sue committatur quod si lis diuisorum excepto reuerentissimo yconomo clericorum que agitanda sit memoratam summam uero excedere clericus lite pulsatus det executori pro residua quantitate cautionem suam cum nullum tamen instrumentum est uisurandum quia ecclesiasticis regulis et canone a beatissimis episcopis antiquitus institutis clerici prohibentur iurare. Statuimus et ut executoribus idem reuerentissimus yconomus uel alii diuisi clerici sub beatissimo archiepiscopo huius splendidissime ciuitatis sinarum tuarum auctoritate commoniti duos solidos dent tamen pro commonitione sua et pro insinuatione procuratoris si per eum uoluerint litigare. quod et alios quod diuisos apparitores

eminentie tue in hiis que ex consuetudine prebentur officio obseruari in causis predictorum clericorum iubemus ut litis sumptus uel expense actores pauitores humaniores ue presentantur. *Sed hodie*

Imperator. Decernimus ut posthac neque monachi aut quicumque alterius cuiuslibet status atque fortune in edes publicas uel in quecumque loca publicis uoluptatibus fabricata uenerabilem crucem et sanctorum martirum reliquias illicite inferre conentur uel occupare audeant ea que ad publicas causas uel ad publicas delectationes constructa sunt. Cum enim religiose edes non desunt possunt ibi consultis prius uenerabilibus religiosissimis episcopis reliquias sanctorum martirum non quorundam usurpatione sed arbitrio reuerentissimorum antistitum collocare. Idque paciam et modestiam suam quam leges nostre expetunt et publica disciplina et ipsorum monachorum nomen exposcit studiose unusquisque qui tam monachatus quam cuiuslibet alterius professionis retineat et perpetuo obseruare.

Idem. Quisquis ex numeris militie sue stipendiis expletisque officiis suis ministeriis quacumque condicione uel consuetudine uel lege debebatur ad consortium se contulit clericorum et inter ministros uenerabiles orthodoxe fidei maluit et elegit militare nullus prorsus sine ac dubitatione reuocetur nec a dei templis cui se consecrauit importunis intentionibus abstrahatur sed in hiis sedibus beatissimis ministeriis securus permaneat inquietus ac pro longi laboris lassitudinem ob religiose uite requiem consilio sanctiore preposuit

Cum episcopus est eligendus, clerici et primates civitatis in qua est ordinandus in tribus personis decreta ponentes, propositis sanctis evangeliis, periculo animarum suarum dicant in ipsis decretis, quod neque propter aliquam donationem vel amicitiam vel promissionem vel aliam quamlibet causam eos elegerint, sed quia sciebant eos catholicos, honestos, litteratos esse, nec scientes eos habere vel habuisse uxores vel filios vel concubinam vel liberos naturales, vel si quis eorum uxorem prius habuit, ipsam unam et primam, neque viduam neque a viro disiunctam, neque legibus neque sacris constitutionibus interdictam; nec scientes eos esse officiales vel curiales, vel si sunt, sciunt eos non minus xv annis in monasterio vitam monachicam implesse, et xxxv annorum esse, ut ex tribus personis melior ordinetur electione et periculo ordinantis. Curiali vel officiali xv annis in monasterio conversato et ad episcopatum provecto, et a fortuna propria liberato, ut quartam partem sue retineat, reliquis curie et fisco vendicandis. Sed autem decreta facientibus si quemquam laicorum preter curialem et officialem dignum memorata electione putaverint, hunc cum duobus clericis vel monachis eligent, ut si laicus ad episcopatum diligatur, non statim ordinetur episcopus, sed prius ordinetur clericus tribus mensibus, cum sanctas scripturas et canonum ecclesie ministerium fuerit edoctus, quia cum alios docere debeat, ab aliis post ordinationem non est docendus. Sed si non inveniantur tres persone, ydonee ad talem electionem, saltem in duabus vel una decretum ponere predictas testationes habentibus. Sed si intra sex menses qui debent non elegerint, tunc periculo sue anime cui competit episcopum consecrare ordinet, omnibus aliis que prediximus preservandis. Si aliter episcopus ordinetur, repelletur ab episcopatu, et qui illum ordinare presumpserit uno anno cessabit ab officio, omni eius substantia propter talem culpam dominio eius ecclesie cuius est episcopus vendicanda. Si quis autem electum accuset in his que eius ordinationem possint impedire, differatur ordinatio, et is a quo est ordinandus accusationem examinet, accusatore presente, et accusationem implente vel non implente, sed per tres menses differente. Et si obnoxius inveniatur, non consecretur; sed si accusator non probaverit vel accusationem deseruerit, provincia in qua habitat pellatur. Sed qui ante examinationem consecraverint accusatum, et consecratus sacerdocio repellitur, et qui consecraverint predictis penis subicientur. Si quis pro predicta consecratione dedit vel accepit vel mediavit, sacerdocio vel clericatu removeatur, dato propter hanc causam ecclesie vendicando, in cuius lesione fuit datum. Sic quod laicus vel mediator accepit ecclesia vendicabit in duplum, sed si tantum cautum est, omnem cautionem reddet, et aliud tantum ecclesie quantum cautio continet.

...titus est his actionibus, si quae ecclesiae cuiusque patrimonium sinistra intentione competunt, pro iuris ordine pulsaturus. Exceptis principalibus, quos preceptis tui culminis et publicis utilitatibus in perpetuum esse subiectos sacratissime constitutiones statuta sanxerunt.

Nulli licere decernimus, sive testamento heres sit institutus, seu ab intestato succedat, sive fideicommissarius vel legatarius invenitur, dispositiones pii testatoris infringere vel improba mente violare, asserendo incertum esse legatum vel fideicommissum, quod ad redemptionem relinquitur captivorum, sed modis omnibus exactum pro voluntate testatoris pie rei in negotium proficere. Et siquidem testator significavit, per quem desiderat redemptionem fieri captivorum, is qui specialiter designatus est legati vel fideicommissi habeat exigendi licentiam, et pro sua conscientia votum adimpleat testatoris. Sin autem persona non designata testator absolute tantummodo summam legati vel fideicommissi taxaverit, que debeat memorate cause proficere, vir reverentissimus episcopus illius civitatis, ex qua testator oritur, facultatem habeat exigendi quod pro huiusmodi religiosa fuerit derelictum, propositum defuncti sine ulla cunctatione, ut convenit, impleturus. Cum autem vir religiosissimus episcopus huiusmodi pecunias pio relictas arbitrio fuerit consecutus, statim intervenientibus gestis earum quantitatem et tempus quo eas suscepit apud rectorem provincie publicare debebit, post unius vero anni spatium et numerum captivorum et data pro his precia eius manifestare precipimus, ut per omnia impleantur pie defunctorum voluntates, ita tamen, ut religiosissimi antistites ut gratis et sine ullo dispendio ei predicta gesta conficiantur, ne humanitatis obtentu relicte pecunie iudiciorum dispendiis erogentur. Quod si testator quibus legatum vel fideicommissum non designata persona reliquit barbaris sic nationibus, et de eius patria aliqua emerserit ambiguitas, vir reverentissimus episcopus civitatis eius in qua idem testator defunctus est, eiusdem habeat legati seu fideicommissi petitionem, defuncti propositum modis omnibus impleturus. Quod si in vico vel in territorio testator morte obierit, illius civitatis vir reverentissimus episcopus exactionem habebit, sub quo vicus vel territorium esse dinoscitur. Et ne piorum defunctorum propositum improba fraudatorum calliditate celaretur, quicquid pro his causis a testatore relictum fuerit, in his si quid eorum quocumque modo cognoverint, vel in viri clarissimi rectoris provincie vel in urbe episcopi notitiam deferendi habeant facultatem liberam, nec delatoris nominis suspitionem ne formident, cum fides atque industria eorum tam laude quam honestate non careat, ac pariter pietatem cum veritate in publicas aures in lucemque deduxerint.

Si quemquam vel in hac urbe regia vel in ceteris provinciis, que in toto orbe terrarum diffuse sunt, ad episcopatus gradum provehi Deo auctore contigerit, puris hominum mentibus et nuda electionis conscientia sincero hominum iudicio, pretium nemo gradum sacerdocii percipere venalem...

Qua nunc: Episcopi non pro omnibus causis apud suum metropolitanum vel patriarcham vel apud alios quoscumque iudices conveniantur, nullam cautionem vel fideiussionem pro lite exigant, ut tamen studeant illatis causis sibimet absolvere.

Qua nunc: Nisi litis contestatio prius negotio sit facta; tunc enim in provincia lis debet compleri. Si vero iudicium inchoatum est apud gloriosissimum praefectum praetorio vel apud eos qui a nobis fuerint deputati iudices, eos [illegible] praecipimus.

...litate inventur, immo ut tum quisque invitatur necessitatem dare sufficiat et timet. Profecto enim quis locus tutus et quae causa esse poterit excusata, si veneranda dei templa pecuniis expugnentur? Quem murum integritatis aut vallum fidei providebimus, si auri sacra fames penetralia veneranda perrepit? Quid denique cautum esse poterit aut securum, si sanctitas incorrupta corrumpitur? Cesset ab altaribus imminere profanus ardor et avaritiae ab sacris abditis repellatur piaculare flagitium. Ita castus et humilis nostris temporibus eligatur episcopus, ut locorum quocumque pervenerit omnia vitae propriae integritate purificet. Non pretio, sed precibus ordinetur antistes. Intantum ab ambitu debet esse sepositus, ut quaeratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat, sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profecto enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus invitus. Cum sane quisquis hanc sacram et venerandam antistitis sedem pecuniae interventu subisse aut si quis ut alterum ordinaret vel eligeret aliquid accepisse detegitur, ad instar publici criminis et laesae maiestatis accusatione proposita a gradu sacerdotii retrahatur. Nec hoc solum deinceps honore privari, sed perpetuae quoque infamiae damnari decernimus, ut eos quos par facinus coinquinat et aequat, utrosque simul pena committetur.

Idem. Orphanotrophos huius inclitae urbis, nulla subtilitate iuris obsistente, eorum quidem qui pupillorum sunt quasi tutores, adolescentium vero quasi curatores, sine ullo fideiussionis gravamine in ingentibus causis tam in iudicio quam extra iudicium utpote exegit ad similitudinem tutoris vel curatoris personarum negotia eorum si qua possunt habere defendere et vindicare iubemus, ita videlicet ut praesentibus publicis personis, id est tabularius, aut intervenientibus gestis, in hac quidem inclita urbe apud virum perfectissimum magistrum census, in provinciis vero apud moderatores earum vel defensores locorum, res eorum eis tradantur a quibus sunt custodiendae, ut si quas earundem rerum propter fenus forsitan vel aliam urgentem causam vel eo quod servari non possint alienare perspexerint, prius habita aestimatione liceat eis alienationis inire contractum, ut pretia eorum quae exinde colliguntur ab hisdem personis custodiantur. Hunc autem pium atque religiosum officium pro tempore orphanotrophos ita peragere convenit, ut minime rationibus tutelaribus seu curationibus obnoxii sint. Grave enim atque iniquum est calliditatis quorundam, si ita contigerit, machinationibus eos vexari, qui propter timorem dei a parentibus atque rebus destitutos minores sustentare ac velut paterna affectione educare festinant.

Idem. Omnes qui ubicumque sunt vel postea fuerint orthodoxae fidei sacerdotes et clerici cuiuscumque gradus sint, monachi quoque, in causis civilibus ex nullius penitus maioris minorisve sententia iudicis ad extranea iudicia pertrahantur aut provinciam vel locum...

Causa que fit cum monacho vel muliere qualibet in monasterio existente, non apud iudicem eiusdem veniet, sed apud episcopum, qui de persone presentia conveniens statuens, sive per advocatum vel per alios hoc fieri debeat, rem secundum legem disponat et sacras regulas, salva persone debita reverentia. Si vero fiat, pene que statute sunt imminebunt. Iudex enim qui de his sententiam proferre presumpserit, administratione repulsus, tamquam in divinitati contumeliam faciens, pena x librarum auri una cum officio multabitur, sacratissimo nostro erario inferenda; executoribus qui ad monitionem offerre presumpserint ab his sanctissimis episcopis in locis decaneis, id est obscuris, detrudendis, nec de cetero ullam exactionem facere permittendis.

Clericus in lite quo pecuniaria prius apud episcopum proprium conveniatur, per quem sine dampno causa decidatur. Quod si natura cause vel alia ratio facit ut decidi negotium possibile non sit per eundem iudicem, procedat observandis clericorum privilegiis, neque mora ecclesie talia fiat, sed in civili eminentie sit iudex civilis; ut lis duos non egrediatur menses, nec tamen privatus sit inventus prius quam per episcopum spoliatus sacerdotio. Si crimen sit ecclesiasticum, episcopalis erit examinatio et castigatio.

aut regionem quam habitant exire cogantur, nullus eorum ecclesias vel monasteria propria, que religionis intuitu habitant, relinquere nisi aliqua necessitate iubeatur, sed apud suos iudices ordinarios, hoc est provinciarum rectores, locis in quibus degunt ecclesiarum ministeriis obsecundent, omnium quos esse agentium excipiant actiones, ut his bonis saltem atque temporibus quibus religiosos viros a turbulenta observatione preterorum vacare contingit, cum eos ad tempus petitorum intentio calumpniosa laxaverit, ad sua monasteria et venerabiles ecclesias se conferentes sapienti animo, peractione soluta, facultatemque de proximo sacrosanctis altaribus obsecundent in suis laribus et domiciliis constituti. In hac autem regia urbe, si quando cuiuscumque rei causa episcopos vel presbiteros ceteros vel clericos, qui sacrosanctis ecclesiis obsecuntur, sive monachos ex aliis quibuscumque provinciis contigit repperiri, quos tamen in lite quisquis vocare voluerit, in nullo alio sit licitum memoratos cuiquam pulsare iudicio, nisi in tue sublimitatis dumtaxat examine, ut eis et beatitudinis honor debitus reservetur, et oratorum affluens in defensionibus copia larga prestetur. Preterea cum in provinciis ex eius qui regit provinciam fuerit sententia vel interlocutione conventi, sive illi sacerdotes seu cuiuscumque gradus clerici monachi habeantur, dummodo approbantur orthodoxi, qui in propriis causis civilibus vel pulsantur, non alios quam ecclesie proprie defensores seu quos yconomos appellant fideiussores prebeant, nedum executoris pertinax et avara perversitas extraneos et ydoneos fideiussores efflagitat, multiplex innoxie paupertati infligat incommodum. In hac autem urbe inclita inventi ex quacumque provincia venientes, cum sui tue amplitudinis iudicio, quod eis solum delegavimus, lite pulsati fuerint, reverentissimi orthodoxe fidei sacerdotes, yconomi aut ecclesie defensores, seu clerici in causis civilibus suis sive ecclesiasticis, nulla prebendi fideiussoris molestentur iniuria, sed aut iuratoriis fideiussionibus credantur, quas stipulationum sollempnis cautela vallaverit, aut cautioni professioni proprie ac facultatum suarum obligationibus committantur. Hoc inchoaminus observando, ut in causis ecclesiasticis nullum alium conveniri fas sit nisi eum quem pauperum dispensatorem, id est yconomum, ecclesie episcopi tetatus elegit; hunc enim sine dubio a sacerdote convenit ordinari, quem tamen conventum defensoris ecclesie fidei committi precipimus. Executoribus in minoribus quidem litibus omnibus in ipsa conventione sacerdotum seu clericorum non amplius quam unum semissem aut separantibus aut attentibus percipere. Verum si apparitores tue magnitudinis ex sententia tue amplissime sedis in provincia degentes eos monuerint, iubemus non amplius eum quam duos solidos sportularum nomine percipere. In hac vero urbe magnifica idem apparitor tue magnitudinis uno aureo sportularum gratia a provincialibus clericis contentus sit, quamtelibet summe quis conventus

Cum qui desiderium habent ad acquirendam aliquam dignitatem indignum esse iudicamus, quia in ea ambitione turpis et mala temptatio minister; et si semel habent et si sua culpa perdiderit, non amplius audeat repetere; et si sua petitione iterum acquisierit, non valeat. Sed te

Statuimus autem ut nullus ne ac lege Iulia de ambitu.

Ecclesiasticam personam in criminali questione vel civili trahere ad iudicem secularem presumat, contra constitutiones imperiales et canonicas sanctiones. Quod si fecerit, auctor suo cadat actore, iudicatum non teneat, et iudex ex tunc iudicandi potestate expulsus existat. Sancimus ut si quis clericus personis ecclesiasticis iusticiam denegare presumpserit, tertio requisitus suam iurisdictionem amittat.

Et dignitas ep(iscop)al(is) soluit ius p(at)rie potestatis. sic enim (con)sul[at]us dignitas et p(re)fectura p(re)toriana 7 urbicaria 7 magis[terium] militum et omnis dignitas ualens liberare a curia ul' quoscumq(ue) sue potestatis cingulum p(ri)uatum honorati p(re)terita tamen ut filij eorum p(ost) mortem aliorum ul' auorum recidant in potestatem ac si contigisset eos morte parentum 7 non ex p(re)cedente lege sue potestatis fieri.

Prohibitum e(st) omnib(us) ep(iscop)is 7 ceteris ecc(lesi)arum rectoribus alienare ea que ipsi ac quirunt p(ost) ep(iscop)atum ul' administrationem susceptam. s(ed) eccl(esi)e relinque(re) iubent(ur) excepto siquid p(at)ri ex success(i)one p(ro)pinquorum eis obuenerunt ab intestato usq(ue) ad quartum gradum.

Dignitas ep(iscop)alis soluit ius potestatis.

Pat(ri)s ordo liberat a fortuna curiali ul' ascripticia s(ed) non a curiali ul' officiali na(m) post ordinationem durat.

Licenciam h(abe)at ep(iscopu)s quecumq(ue) ante ep(iscop)atum p(ro)batum fuit acquisiuisse 7 quecumq(ue) p(ost) ep(iscop)atum iure cogn ationis usq(ue) ad q(ua)rtum gradum ad eu(m) p(er)uenerint ad quos uoluerit ultima uoluntate transmittat. ceteris reb(us) alio modo quesitis domino eccl(esi)e ...

...sunt exponantur obnoxius. Postea nullus executor uexare con tumelijs cl(er)icos illos/ nullis im pulsionib(us) molestare/ nullis ex p(ro)bare conuitijs conet(ur)/ aut fatigare aut corporalib(us) iniurijs/ hijs q(ui) h(oc) aliquid aggressi fuerint p(er) amis sionem cinguli 7 p(at)rimoniorum ulti ma animaduersione plectendis. Priuilegijs sane singulis qui buscumq(ue) sacrosanctis eccl(es)ijs 7 ortho doxe fidei cl(er)icis senodochijs siue p(tochij)s tam generaliter q(ua)m specialiter attributis p(er)petuo obseruandis. Nullis eas eorumq(ue) sacerdotes aut cl(er)icos cuiuslibet g(ra)dus aut mona chos aut p(tochot)rophos aut senodochi os orthodoxe fidei deputatos ex traordinarijs munerib(us) p(er)pe(ti) p(er)mittimus/ p(ro)grauari. eas enim sarcinas hon(or)is q(ue)s plerisq(ue) p(er)sonis diuisa r(ati)one remittimus impositionem beatissimi imp(er)ij suo seculo inconueniens esse iudicamus. Preterea ne cu(m) temeritas sua luctuna concedatur s(ed) ut impudens calumpniantium refrenetur audatia/ iubem(us) quocienscumq(ue) qui sacerdotes seu cl(er)icos seu monachos ceterosq(ue) sup(er)ius designatos ul' in tue magnitudinis examine/ ul' in p(ro)uinciali iudicio p(ro)posita actione conuenerint si ca(lumniosa) cognita/ conuicti fuerint sine iusta ca(usa) 7 lima eos pulsasse petitione ste(rili) estimas expensas sumptusq(ue) quos ab exordio cepte contro uersie ipsorum uitio tolerasse eos constiterit reddere cogantur. ut hoc saltem censure recti iustissime formidine reuocati in p(er)petuis assidue con fluctuationib(us) acquiescant se iam sopitis clamorib(us) iurgiorum magis deinceps necessitate retinendo. Sacrosancte orthodoxe fidei ep(iscop)i

atq(ue) p(res)b(yte)ri diaconi ... qui semel pro batis morib(us), integritate castissi ma ad hunc gradum uenerunt p(ro) ueniente ea quecumq(ue) in eodem di catus gradu locoq(ue) uiuentes acq(ui) sierunt 7 habere poterunt 7 si imp(er)ij potesta te auiq(ue) 7 parentum constituti sunt 7 adhuc sup(er)stites habeantur tanq(uam) bona p(ro)pria uendicent et de hijs si q(ua)n(do) eis libitum fuerit testandi ut donandi uel quolibet alio titulo al ienandi libera facultate concessa. ut ea bona quoquo t(em)p(o)re eis cl(er)ici p(er)uenerint nunq(ua)m in diuisione ueniant. nunq(ua)m fratrib(us) uel soro rib(us) aut ex eis genitis consanguineis s(ed) ad eorum filios 7 posteros et quoscumq(ue) extraneos heredes p(er)uen(er)int. nec a parentib(us) auis aut patris s(ed) ab ipsorum liberis tanq(ua)m p(re)cipua uendicentur aut certe hijs lucro p(ro)cedant quib(us) ipsi ad pec culium ul' uiui uiuos alienatione habita ul' mortis t(em)p(o)re ultima et iam cognita uoluntate cesserint. Omnia p(ri)uilegia que a retro p(ri)ncipib(us) aut a n(ost)ra serenitate ul' in iudiciarijs dispositionib(us) aut lib eralitatib(us) p(ro) singul(ar)ib(us) quib(us)cumq(ue) t(em)p(o)rib(us) constitutione ul' consuetudine siue ceteris metatorum siue i(n) alijs quib(us)cumq(ue) reb(us) p(re)stita sunt or phanotropho siue assistijs siue eccl(es)ijs siue tochijs seu xenodochijs aut monasterijs atq(ue) ceteris hominib(us) 7 reb(us) iuris eorum ad curam p(ro)conomi uiri religiosissimi p(res)b(yte)ri 7 orphanotrophi uel ad eos q(ui) p(ost) eum loco eius successerint per tinentib(us) ad similitudinem zo tici beatissime memorie qui pri mus h(uius) pietatis officium inuenisse dicitur hanc p(ra)gmaticam sanction em firma illibataq(ue) imp(er)p(etu)u(m)...

Asceptitos in priuatis possessionibus in quibus sunt ascepti clericos preter uoluntatem dominorum fieri prohibemus, ita tamen ut clerici facti impositam sibi agriculturam adimpleant quo maluerint subrogantes fungentes.

Si seruus sciente domino et non contradicente ordinatus fuerit, ex hoc ipso liber et ingenuus erit. Si uero ignorante domino fiat ordinatio, liceat domino intra spacium unius anni et fidem fortunam probare et seruum accipere. Si uero seruus sciente uel nesciente domino sicut diximus eo quod modo constitutus est uel seruus existens ecclesiasticum ministerium reliquerit et ad secularem uitam transierit, suo domino ad seruitium tradatur.

Verum et si libero ex permisso probatus monachus efficiatur, euadit iugum seruitutis. Debent enim per triennium antequam monachi efficiantur in monasterio permanere; postea uero si monachi facti fuerint, liberi efficiuntur.

... custodiam decernimus. Valde enim huiusmodi necessarium, cum exinde sustentatio seu educatio orphanis atque egenis et usibus ecclesiasticis aut ptochiis uel asilis comparetur. Domus etiam alias que superius nominatas ad curam memorati uiri pertinentes uel pertinere quolibet modo ad eius sollicitudinem uel eorum qui post eum ad eiusdem orphanotrophii curam uocati fuerint peruenturas ad instar maioris uenerabilis ecclesie huius inclite urbis omnibus priuilegiis que ad eandem sanctam ecclesiam uel nunc adipiscitur uel postea mereb[i]tur potiri pietatis intuitu decernimus.

Idem. Iubemus adscriptorum canones (?) sine ueterem constitutionem in indominorum possessionum uel orundi sunt eiusdem concurrit consensus nullus esse momenti, sed hiisdem fundorum dominis qui faciende cautionem non sunt decinem (?) eiusdem assensit ius proprium in suos asceptitos ad similitudinem aliorum asceptitorum extendi tamquam si nulla cautio inter eos interessisset tribuimus facultatem. Circa hos super illis quoque agricolis decernimus obseruari qui cum essent asceptitie nexibus conditionis ascepti solitariam uitam uidelicet appetentes quibusdam sese monasteriis contra uoluntatem dominorum fundorum duxerunt offerendos. Cum suos sane clericorum sociari consortiis uolentibus quos et consentientibus dominis modis omnibus prohibemus, cum liceat eorum dominis data suis propriis libertate licitum eis ad suscipiendos honores clericorum iter, si sibi uoluntas aperire.

Omnes presbyteros uirorum clarissimorum prouinciarum moderantium sinus absque ulla priuilegii differentia tamen presidiali iurisdictioni subiecti sint, siue episcopalibus quibus clerici aut monachi aut cuiuslibet sint conditionis, pareant rendere (?) decernimus. Nulla in posterum iuris clarissimis prouinciarum rectoribus ad loca in quibus in causate persone consistunt puniendi necessitate penitus imponenda, cum non solum legibus uerum etiam naturali quod iuris uenia cognitione quos res exegerit iudicialibus ad auditum uocari sinunt, non ipsos iudices quod dici et inuitum eadem subiectos deducis et in prodatos ab hiis iudices cause examinationem in locis ubi incausati degunt procedere.

Idem. Seruus si dominorum suorum uoluntate inuitis solitariam uitam participandi licentiam denegetur, dum tamen eorum domini non ignorent, quod si seruus suis ad monasteriorum cultum ingrandi tribuunt facultatem, eorumdem suorum domino donec hii idem serui in eodem monachorum habitu durauerint esse spoliandos. Alioquin si relicta forte uita solitaria ad aliam sese quamlibet condicionem contulerint, etiam eos ad seruitutis iugum quam monastice professionis cultu euaserint reuersuros.

Imperator. Repetita promulgatione non solum iudices quorumlibet tribunalium, uerum etiam defensores ecclesiarum huius alme urbis, quos turpissimum insinuandi ultimas desitientium uoluntates genus irrepserat promouendos esse censemus, ne

[illegible]

rem attingant, que nemini prorsus omnium fundorum precepta, preterquam in censibus magistro competit. absurdum esse enim clericis existimo immo et obprobrium, si periti se velint disceptatorum esse forensium. ferendis determinatoribus huius sanctionis pena .l. librarum auri.

Si quis ad declinandam legem falcidiam cum desideret totam suam substantiam per redemptionem captivorum relinquere, ipsos captivos scripserit heredes, ne videatur quasi incertis personis heredibus institutis iudicium suum oppugnandum reliquisse, sancimus talem institutionem pietatis intuitu valere et non esse respuendam. Sed si pauperes quis scripserit heredes et non invenitur certum xenodochium vel certa ecclesia pauperes de quibus testator cogitavit, sed sic incerto vocabulo pauperes fuerint heredes instituti, similiter modo et huiusmodi institutionem valere decernimus. Et si quidem captivos scripserit heredes civitatis in qua testator larem fovere et degere noscitur, episcopus et yconomus hereditatem suscipiant et omnino in redemptionem captivorum procedat hereditas, sive per annuos redditus sive per venditionem mobilium rerum seu se moventium, nullo penitus ex hoc lucro vel yconomo vel episcopo vel sacrosancte ecclesie relinquendo. sciendum per hoc aperte specialiter herede recessum esse ut non falcidie ratio inducatur. quod ferendum est hoc quia in sacrum veniunt per falcidiam vel aliam occasionem minui. Ubi autem indiscrete pauperes scripti sunt heredes ibi xenodochium eius civitatis omnimodo hereditatem nanciscatur per xenodochium in egrotantes fiat per primnorum distributionem secundum quod in captivos constituimus vel predictarum annalium erogationem vel per venditionem rerum mobilium seu se moventium, ut ex his res immobiles comparentur et annuus victus egrotantibus accedat. quis enim pauperior est hominibus qui et in opia tenti sunt et in xenodochio repositi et suis corporibus laborantes necessarium victum sibi non possunt afferre. Ea via omnino danda et in potiore et in fas spe et actionem movere et debita exigere ut in captivos vel in egrotantes consumantur. sicut enim heredum eis et nomen et ius dedimus sine falcidie tamen legis emolumento, necesse est eos et debita exigere et creditoribus reddere.

Sin autem amplioris in civitate xenodochia vel ptochia sint ne incerta videantur pecuniarum datio, illi xenodochio vel ptochio quod pauperius esse dinoscitur easdem res vel pecunias assignari, hoc videlicet discutiendo a viro reverentissimo locorum antistite et sub eo constitutis clericis. Si autem nullum xenodochium in civitate invenitur tunc secundum de captivis sanctionem per se ipse yconomus sacrosancte ecclesie vel episcopus hereditatem accipiat et sine falcidie ratione pauperibus qui in civitate sunt vel perinde mendicantes vel alia sustentatione egentes hec eadem pecunie distribuant. Hec tamen omnia locum habere sancimus cum non certi xenodochii vel certi ptochii vel certe ecclesie nominatio a testatore subsecuta est sed incertus est eius sensus. Sin autem in personam certam vel incertam ve

[illegible]

Presbyteros et diaconos et subdiaconos cantores lectores quos omnes clericos appellamus res quolibet modo venientes ad eorum dominium habere sub sua potestate percipimus ad similitudinem castrensium peculiorum et donare secundum leges et in his testari licet sint sub parentum potestate sic tamen ut horum filii aut his non extantibus parentes eorum legitimam partem ferant.

Sed hodie novo iure nisi eorum filiis et parentibus legitimam reliquerint inutiliter testantur.

Presbyteros diaconos et subdiaconos iure cognationis tutelam vel curam suscipere permittimus ita tamen si infra iiii menses ex quo vocati sunt apud competentem iudicem in scriptis declaraverint talem administrationem propria voluntate suscepisse. Si quis hoc fecit nullum ex hac causa aliam tutelam vel curam preiudicium patiatur. Deo autem amabiles episcopi a tutela et cura abstinere debent sicut et monachi.

...venerabilem domum respexerit etiam tantummodo hereditatem competere sancimus nulla Falcidia in hac parte intercedente. Cum omnibus his et a sibi aut celestes iracundias sacrosanctarum rerum administratores exspectent si qualecumque lucrum ex his gubernationibus se acquisierint vel si hoc committi ab alio senserint et non gravissima pena et indignatione qui peccaverint ferire studuerint corrigere.

Idem. Cum lege Leoniana reverentissimis episcopis et presbyteris et diaconibus subdiaconibus peculium habere quasi castrense concessum est eo addito ut in ipso testari possint dubitabatur si hoc testamentum debet de inofficiosi querela impugnari cum de omnibus personis que hoc peculia invenerint eadem fuerat questio exorta. Sancimus itaque viris reverentissimis episcopis et presbyteris et diaconibus qui tale peculium id est quasi castrense possident super huiusmodi rebus que quasi castrensis peculii sunt non solum ultima condere secundum leges tam elogia licere que ex Leoniana constitutione descendunt sed et eorum ultimas voluntates super his tantummodo rebus de inofficiosi querele immunes fieri.

Idem. Si quis in conscribendo decreto initio sese confessus fuerit non usurum fori prescriptione propter sacerdotii prerogativam sancimus non licere ei adversus sua pacta venire et contrahentes decipere. Cum regula est antiqui iuris omnes licentiam habere his que pro se inducta sunt renuntiare quam in generalem legem in omnibus casibus optime sancimus qui necdum per iudicialem sententiam vel amicabilem compositionem ... sopita sunt.

Idem. Generaliter sancimus omnes viros reverentissimos episcopos necnon presbyteros seu diaconos et subdiaconos et precipue monachos licet non sint clerici immunitatem ipso iure omnes habere tutele sive testamentarie sive legitime sive dative et non solum tutele eos esse exceptos sed etiam cure non solum pupillorum et adultorum sed et furiosi et muti et surdi et aliarum personarum quibus tutores vel curatores a veteribus legibus dantur. Eos clericos tamen et monachos hoc habere beneficium sancimus qui ad sacrosanctas ecclesias vel monasteria permanent non devagantes et in ecclesia divina ministeria desiderantes cum propter hoc ipsum beneficium eis indulgemus ut aliis omnibus derelictis dei omnipotentis inhereant ministeriis. Et hoc non solum in veteri Roma vel in hac regia civitate sed in omni terra ubicumque christianorum nomen colitur optime sancimus.

Idem. Raptores virginum vel viduarum seu diaconissarum que deo fuerint dedicate pessima criminum peccantes capitis supplicio plectendos esse decernimus quod non solum ad iniuriam hominum sed ipsius omnipotentis dei reverentiam committitur. Hi itaque qui hoc crimen commiserint et qui eis auxilium tempore invasionis prebuerint ubi inventi fuerint in ipsa rapina et adhuc flagrante crimine comprehensi a parentibus sanctimonialium virginum vel viduarum vel diaconissarum aut earum consanguineis vel tutoribus seu curatoribus convicti interficiantur. Cum autem pro commisso tam detestabili crimine aut pote...

tatu raptor se defendere aut fuga evadere potuerit in hac quidem regia urbe tam viri excelsi praefecti praetorio quam viri gloriosissimi praefecti urbi, in provinciis autem tam viri eminentissimi praefecti praetorio per Illiricum et Affricam quam magistri militum per diversas nostri orbis regiones, nec non vir spectabilis Egypti praefectus et vicarii et proconsules et nichilominus viri spectabiles duces et viri clarissimi rectores provinciarum nec non alii cuiuslibet ordinis iudices qui in illis locis inventi fuerint simile studium cum magna sollicitudine adhibeant ut eos possint comprehendere et comprehensos in talibus criminibus post primas et vim cognitas probationes sine fori praescriptione durissimis poenis affligant et mortis condempnent supplicio. Bona autem eorum si hoc commissum fuerit vel in sanctimonialem virginem in quem assistio vel in monastio degit sive eadem virgo diaconissa constituta sit sive non, eidem monasterio vel assistio ubi consecrate esse dicebantur ut ex his rebus ipsa solatium habeat dum vivit sufficiens et res omnes sacrosancto assistium vel monasterium plenissimo habeat dominio. Si autem diaconissa cuiuscumque ecclesiae sit nullo autem monasterio vel assistio constituta est sed per se degit raptoris eius substantia ecclesiae cuius diaconissa est assignetur ut ex his facultatibus ipsa quoque usumfructum dum superest ab eadem ecclesia consequatur, ecclesia vero omnem proprietatem et plenam possessionem earumdem rerum in suo habeat beneficio, nemine vel iudice vel alia quacumque persona hoc audente contemptore. Poenas autem quas praediximus, id est mortis et bonorum amissionis, constituimus non tantum adversus raptores sed etiam eos qui eos comitati in ipsa invasione et rapina fuerint; ceteros autem omnes qui conscii et ministri huius criminis reperti et convicti fuerint vel eos susceperint vel quamcumque opem eis intulerint sive masculi sive feminae sint cuiuscumque condicionis vel gradus vel dignitatis poenae tantummodo capitali subicimus. Et huic poenae omnes subiaceant sive volentibus sive nolentibus sanctimonialibus virginibus seu aliis supradictis mulieribus tale facinus fuerit perpetratum.

Id. Deo nobis auxilium praebente omnia quae pro honore sanctae ecclesiae catholicae ad dei placitum fieri properamus legibus constituere et operibus adimplere desideramus. Et iam quam multa cum eius auxilio statuimus quae ecclesiasticae doctrinae et statui conveniunt. In praesenti autem et hoc pia deliberatione duximus corrigendum quod hactenus contra dei timorem fiebat. Cognitum enim nobis est quod si quis sponsus vel sponsa pro datas vel acceptas arras voluisset seculum deputare functionem et a seculari conversatione recedere ac sanctimoniali vita vivere atque in dei timore permanere, compellebatur vir quidem ea quae arrarum nomine dederat amittere, sponsa vero duplum id quod acceperat reddere. Nostrae mansuetudinis religioni satis est contrarium visum est. Unde per praesentem legem in perpetuum valituram iubemus ut si quis sponsus vel sponsa desideravit seculi istius vitam contemp

Ponsio nob. uirginitem sci monialem eligens vita. sponsalia .s. seculo renuncians duplum .i. dupplicatum accepisse. item est siqualis alia fuina causa dirimat sponsalia. ut .i. de spon. l. si. c. is qui cum et

Furius ... quod si ante ingressum ingratitudinis causam committit ... qui non possit ... talis ingressus omnem maculam abstergit ... de monachis ... in illo de pacto quo ad ...

neus in scimoniali conuersatione uiuere sponsus quidem omnia que arrarum nomine futuri causa coniugii dedisset sine ulla diminucione recipiat. Sponsa autem non duplum sicut hactenus sed hoc tantum sponso restituat quod arrarum nomine accepit et nichil amplius reddere compellatur nisi que probata fuerit accepisse. Quoniam in maritis et uxoribus qui seculo renunciant iam in anteriori lege a nobis prouisum est ut siue maritus siue uxor religionis causa a coniugio recesserit et solitariam uitam elegit unusquisque eorum res suas recipiat quas uel pro dote uel ante nupcias donacione prestiterit. et hoc tantummodo lucri nomine consequatur ab eo qui solitariam uitam elegit quod debuit similiter ex pacto per casum mortis exigere.

Hoc etiam nobis cognitum correctione nostra dignum esse iudicamus ut siquis uel siqua in parentum potestate constitutus uel constituta uel forsitan huiusmodi iure absolutus uel absoluta elegit uelle se monasterio uel clero sociare et per reliquum sue uite tempus scimonialiter degere uoluerit non liceat parentibus uel eas personas uel quocumque modo abstrahere uel propter hanc tantummodo causam quasi ingratum uel ingratam a sua hereditate uel successione repellere. sed necesse sit eis omnimodo cum ultimam uoluntatem suam siue per scriptum uel alio legitimo modo conficiant quartam quidem portionem secundum leges nostras eis relinquere. Sin autem et amplius uoluerit eis largiri hoc eius uoluntati concedimus. Sin uero ultimam uoluntatem parentes intestato

in alio ultimo elogio declarasse monstrati fuerint omnem parentum substanciam heredes quibus ab intestato competit secundum leges nostras sibi defendant nullo eis impedimento ex scimoniali conuersacione generando siue soli siue cum aliis ad successionem uocantur. Huius autem presentis nostre legis beneficia eos uolumus optinere qui in monasterio uel clericatu perseuerauerint. nam siqui eorum de quibus presentem legem posuimus scimonialem uitam elegerint ad secularem autem uitam remeauerint iubemus omnes eorum res ad iura ecclesie a qua recesserint pertinere. Hiis ita dispositis repetita lege iubemus ut nullus iudeus uel paganus uel hereticus christianos seruos habeat. Qui si inuenti fuerint in tali reatu sancimus omnes seruos liberos esse secundum anteriorem nostrarum legum tenorem. In presenti autem hoc amplius decernimus ut siquis de predictis iudeis uel paganis uel hereticis habuerit seruos non de catholice fidei sanctissimis ministeriis imbutos et predicti serui desiderauerint ad orthodoxam fidem uenire postquam catholice fidei sociati fuerint in libertatem modis omnibus ex presenti lege eripiantur. et eos tam iudices prouinciarum quam sacrosancte ecclesie defensores nec non beatissimi episcopi defendant nichil pro precio eorum ac penitus accipientibus dominis. Quod si forte post hac et ipsi domini eorum ad orthodoxam fidem conuersi fuerint non liceat eis ad seruitutem reducere illos qui eos ad orthodoxam fidem precesserint. Sed siquis talia usurpauerit penis

... de conditione ... item quid si ante ... ingredi ... uenit lucratur ut .i. auth. c. eodem. ... constante ... quid si uoluerint ex consensu ... non possunt ... castitatis concupiscentia ... ut maritus ... uel ... quia non ex consensu ... ante seculo ... ut maritus ... item non ... [illegible] ... non est possunt si uoluit ... ex consensu ... castitatis ... absolutus per emancipacionem ... ingressum ... quo ... monasterium ... non ... ut hic in auth. ...

ut ff. ... lib. ... Nam et siqui ... monachis ... non ualet ... Hiis ita ... de ... legum ... in presenti ... intelligendum est ... seruos ... non ... Quid ... ut ... [illegible] ... audiencia ... de ... episcopi ...

Negociatores … sub s. principis solebant ei negotia … quidam christianos captos ab hostibus redimere … [illegible]

giustinus subiacebit. Hec gloria eius pietatis intuitu nostra serenitas etiam cunctas omnes iudices et religiosissimi antistites sive affricane diocesos inquam maxime huiusmodi uitia frequentari cognouimus sive aliarum prouinciarum uanitatem et studiosissime obseruare perurgent. nam contemptores non solum pecuniaria multa sed et capitis supplicio feriantur. *De episcopali audientia et de diuersis capitulis que ad ius curamque et reuerentiam pontificalem pertinet.*

Imperator. Negociatores si qui ad domum nostram pertinent, nec in commodum mercandi uideantur excedentes, quos quibus uerus cultus est adiuuare pauperes et positos in necessitate prouideant episcopi.

Idem. Si clericus ante diffinitiuam sententiam frustratorie dilationis causa ad appellationis auxilium conuolauerit, multam .l. librarum argenti quam ecclesiarum appellatore sacerdotio generaliter imponit cogatur expendere. hanc autem non fisco nostro uolumus accedere sed pauperibus fideliter erogari.

Imperator. Nemo deinceps tardiores fortassis affatus nostre perhennitatis exspectet. exequantur iudices quod indulgere consueuimus ut ubi primum dies paschalis extiterit nullum teneat carcer inclusum omnium uincula dissoluantur. Sed ab hiis decernimus eos a quibus contaminari potius gaudia letitiamque communem si dimittantur animaduertimus. quis enim sacrilego diebus sanctis indulgeat. quis adultero uel stupri uel incesti eo tempore castitatis reo ignoscat. quis non raptorem uirginis in summa quiete et gaudio communi persequatur instantius. nullam accipiat requiem uinculorum qui quiescere sepultos quondam sceleris immanitate non sinit. patiatur tormenta ueneficii maleficii adulterii uiolator quoque monete homicida et parricida quod fecit semper exspectet. reus etiam maiestatis de domino aliusius quem talia molitus est ueniam sperare non debet. hiis quoque sub tali quoque astrictione damnationis indultum nostre serenitatis eo precepti fine concludimus ut remissionem ueniam crimina nisi semel commissa non habeant. nec in eis auguste liberalitatis referatur humanitas qui impunitatem ueteris admissi nec emendationi potius quam consuetudini deputauerunt.

Imperator. Nunc et que ludibrio sui corporis faciunt questum publico habitu earum uirginum que deo dedicate sunt minime utantur.

Imperator. Archiclerontes et diocesi ecclesiastica canonorum non in epistulam derigantur: quorum officium tamen sollicite obseruet excubias.

Imperator. Addictos supplicio pro criminis immanitate dampnatos nulli clericorum uel monachorum eorum et quos sinodicitas uocant per uim atque usurpationem uendicare liceat ac tenere sed reos ad locum penes iudicem persecutores pergentes nullus teneat aut defendat. sed sciat se contemptor .xxx. librarum auri multa et primates officii capitali esse sententia feriendos in usurpatione ista

[illegible]

Si quis litigantium intra .x. dies contradicat hys que iudicata sunt tunc locorum iudex causam examinet. et si invenerit iudicium recte factum et per sententiam propriam hoc confirmet. et executori provincie tradat que iudicata sunt. et non licet secundo in tali causa iniecto appellare. Si vero iudicis sententia contraria fiat tunc licet a sententia iudicis appellare. Sed tamen si ex imperiali iussione aut iudiciali precepto episcopus iudicat intra quascumque personas appellatio aut ad principem aut ad eum qui negocium transmisit transferatur.

Nova constitutio Federici

Statuimus in hoc edicto in perpetuum valituro ut potestates rectores seu consules quibuscumque fungantur officiis pro defensione fidei prestent publice iuramentum quod de terris sue iurisdictioni subiectis universos hereticos ab ecclesia denotatos bona fide pro viribus exterminare studebunt ita quod amodo quandocumque fuerit in potestatem sive perpetuam sive temporalem sumptus hoc teneantur capitulum iuramento firmare.

[gloss illegible]

...ptimus vindicetur aut si tantum clericorum aut monachorum audacia est ut bellum potius quam iudicium futurum esse existimetur ad clementiam nostram commissa referantur ut nostro arbitrio mox severior ultio procedat. et ad episcoporum sane culpam ut certa redundabit siquid forte in ea parte religionis in qua ipsi presules christiane religionis doctrine insinuatione moderantur ex hijs que fieri hac lege prohibuimus a monachis perpetratum esse cognoverint nec vindicaverint quibus in criminalem humanitatis consideratione supra suffragantur imponende provocationis copiam non denegamus.

Idem. Si qui ex consensu apud sacre legis antistitem litigare voluerint non vetabuntur. sed experientur illius in civili dumtaxat negocio arbitri more residentis sponte iudicium. quod obesse hijs non poterit nec debebit quos ad predicti cognitoris examen convento potius abfuisse quam sponte venisse constiterit.

Imperator. Episcopale iudicium sit ratum omnibus qui se audiri a sacerdotibus elegerint eamque illorum iudicationi adhibendam esse reverentiam quam vestris referre necesse est potestatibus a quibus non licet provocare. per iudicum quoque officia ne sit cassa episcopalis cognitio diffinitioni executio tribuatur.

Imperator. Iudices diebus dominicis productos reos de custodia carcerali videant et interrogent ne hijs humanitas clausis per corruptos carcerum custodes negetur. victualem substantiam non habentibus faciant ministrare libellis duo-

bus aut tribus diurnis vel quot existimaverint commentariensis decretis quorum sumptibus proficiant alimonie pauperum quos ad lavacrum sub fida custodia duci oportet multa iudicibus .xx. librarum auri et offitijs eorum eiusdem ponderis constituta ordinibus quoque trium librarum auri multa proposita si saluberrima statuta contempserint. nec deerit antistitis christiane religionis cura laudabilis que ad observationem constituti iudicis ingerat hanc admonitionem.

Idem. Mathematicos si non fuerint parati codicibus erroris proprij sub oculis episcoporum incendio concrematis catholice religionis cultui fidem tradere et numquam ad errorem pristinum redituri non solum urbe romana sed et omnibus civitatibus pelli decernimus. quod siquis hoc non fecerit et contra clementie nostre saluberrime constitutum in civitatibus comprehensi fuerint vel secta erroris sui et professionis insinuaverint deportationis penam excipiant.

Idem. Christianos locorum proximorum volumus sollicitudinem gerere ut romanos captivos qui reversi fuerint nemo teneat nemo dampnis vel iniurijs afficiat.

Imperator. Si lenones patres vel domini suis filiabus vel ancillis peccandi necessitatem imposuerint liceat filiabus vel ancillis episcoporum implorato suffragio omni miseriarum necessitate absolvi.

Imperator. Decernimus ut quarumque catholicarum ecclesiarum que sub viro reverentissimo archiepiscopo

[gloss illegible]

cogitur sententiam dicere licet certi arbitri cognitionem ... in secreto initio quia non cogitur recipere ... si res ad finissem ... tenetur sic

ditos. ut extra. patet in presenti ... subditos et plene dic ut ... non appellatur ab eodem litigare sic ...

huius almae urbis sunt religiosissimum defensorem yconomum sive de ecclesiasticis sive de privatis ad ipsum solum pertinentibus causis vel quemcumque alium earundem ecclesiarum clericum aliquis voluerit lite pulsare apud memoratum beatissimum archiepiscopum causam dicat in negotiis audiendis fidem ac sinceritatem germanam sacerdotis et iudicis volentibus tamen auctoribus pateat episcopale iudicium ac nullus qui huiusmodi tendit in sacrosanctas ecclesias huius vel in praedictos clericos actionem ad religiosissimum antistitem cognitorem ducatur invitus.

Idem. Si praesens quis sit qui pecuniam numerasse vel alias res dedisse scriptus est aliquem non in provinciis administrationem gerat ut difficile esse videatur denuntiationes eidem non numeratae pecuniae mittere licentiam damus ei qui memorata exceptione uti velit alios iudices adire et per eos manifestare qui exceptionem huiusmodi obicit se eam adversus super non numerata pecunia querelam esse. Quod si non sit alius administrator civilis vel militaris vel provinciam causam difficile sit ei qui memoratam querelam opponit adire eum et ea quae dicta sunt facere licentiam ei damus in provinciis reverentissimum episcopum eandem suam exceptionem creditori manifestare et ita tempus statutum interrumpere quod et in exceptione non numeratae dotis locum habere receptum est.

Idem. Iubemus eos tantummodo ad defensorum curam peragendam ordinari qui sacrosanctis ecclesiis orthodoxae religionis imbuti mysteriis hoc in primis sub gestorum testificatione praesente quoque religiosissimo fidei orthodoxae antistite per depositiones per sacramentum religione celebrandas patefecerint. Ita enim eos praecipimus ordinari ut reverentissimorum episcoporum nec non clericorum et honoratorum ac possessorum et curialium decreto constituantur.

Imperator. Nemo vel in foro magnitudinis tuae vel in provinciali iudicio ad quemquam iudicem accedat ad togatorum consortium nisi in sacrosanctis catholicae religionis fuerit imbutus mysteriis. Sin autem aliquid quocumque modo vel quadam machinatione factum vel attemptatum fuerit officium quidem tuae sublimitatis centum librarum auri iacturam pro condemnatione sustineat. Idem vero quicumque ausus fuerit contra prohibitionem nostrae serenitatis decretum officium advocationis per surreptionem arripere et prohibitum patrocinium praestiterit advocationis officio remotus stilum proscriptionis ac perpetui exilii poenam sustinebit. Sciant insuper provinciarum rectores quod si sub eorum administratione aliquid huiusmodi fuerit attemptatum partis bonorum dimidiae proscriptionem et exilii poenam per quinquennium sustinebunt.

Idem. Si vel legibus prohibitae non sunt paratae nuptiae et propter arras sponsalicias sponsa coniugium sponsi propter religionis diversitatem recusaverint si quod probatum fuerit ante datas easdem arras sponsalicias hoc idem mulierem vel parentes eius cognovisse sibi debeant imputare. Si vero horum ignari sponsa

... licet supplicari possit ut ... sententia ... lata a potestate ...

Si quis litigantium ... appellando a sententia episcopali ...

... custodes ut ... ad commentariensem ... assignatis ... alimonia que pauperibus ...

Mathematicos ... mathesis ... subiectus ...

Hodie in qualibet administratione constitutus ita iurat quod communicabor sancte catholice et apostolice ecclesie et nullo modo vel tempore adversabor ei nec alium quemcumque permittam quantum possibile

Quod nunc generale est in omni curatore ut iuret non tamen ita exceptis sunt ascendentes.

Presides gentium per unamquamque civitatem separatim ... habilitatem homines non illustrissimos sed mediocres civitatum quibus aliqua sit bone opinionis constitutos nominati fideiussores periculum ut eo expleto rursus ad eandem sollicitudinem revertantur. decreto facto cum iureiurando omnium possessorum in illa civitate consistentium electione facienda a deo amabili episcopo et venerabili clero et aliis in civitate optimum studentibus. et nulli liceat defensoris ordinationem declinare. alioquin .x. libras auri pena cohercebitur que in opera civitatis impendentur. et post penes solvendam nichilominus defensoris officium suscipere cogetur. ita defensor. Verbi omnia per leges et iura agere et continuabit ex precepto singulorum presidum et in biennio solo administrabit. et videre pocius quam defensor esse iubetur. ut testamenta et donationes apud hunc insinuentur et acta apud hunc componantur. et habeat ex provinciali officio unum exceptorum et gestorum scriptorem et duos officiales. et iudicet in causis pecuniariis usque ad trescentos aureos. preterea habeat defensor publicam habitationem in qua monumenta recondat et unum hominem qui acta conservet.

Ubi furiosi qui curam eius neglegunt et per hoc tamen exheredacione digni sunt quam penis luunt. nam si quis alius attestatione ad eos missa cum adhuc negligant in domo sua eum suscepe-rit et procuraverit ex hoc erit eius successor, luunt licet testatus est in illis bos forsitan manentibus tamen alias testi capitulo ea dem est pena pentum qui liberos negligunt.

licias arras susceperint vel pro arras datas talem causam prius esse mentioni cessit hiisdem tantummodo redituris super altius simplici pena libi custodiantur. quod simili modo et de sponsis super recipiendis nec ne arris prestitis custodiri censemus.

Item. Neminem licere volumus sive ab ingenuis genitoribus puer parvulus procreatur sive alibi tina progenie sive fulli condicione maculatus expositus sit eum pro suo dominium vendicare sive nomine domini sive ascripticie sive colonarie condicionis. sed neque hiis qui eos nutriendos sustulerint licentiam concedimus cum quadam distinctione eos tollere. sed nullo discrimine habito hii qui ab huiusmodi hominibus educati vel nutriti vel aucti sunt liberi et ingenui appareant et sibi acquirant et in posteritatem suam vel ad extraneos heredes omnia que habuerint quo modo voluerint transmittant. hoc observantibus non solum presidentibus sed et viris religiosissimis episcopis.

Item. De creationibus curatorum in quem furiosis utriusque sexus dantur necessarie nobis visum est constitutionem quam ad ineas celebrari oportet. si quando pater curatorem furioso vel furiose in ultimo elogio heredibus institutis vel exheredatis dederit et fideiussionem cessare necesse est pro ipso testatoris sacramento sufficiente ut ipse qui datus est ad curationem pervenerit tamen ut in provinciis apud presides earum presentes cum hiis tamen viro religiosissimo locorum antistite quam tribus primatibus actis intervenientibus tactis sacrosanctis scripturis deponat omnia se recte cum utilitate furiosi gerere neque pretermittere que utilia furioso esse putaverit nec admittere que inutilia esse existimaverit et inventario cum omni subtilitate publice conscripto res suscipiat et eas secundum suam opinionem disponat sub ypotheca rerum ad eum pertinentium ad similitudinem tutorum vel adulti curatoris sine autem testamentum quod parentes non confecit. lex autem curatorem utpote agnatum vocaverit vel eo cessante aut non ydoneo forsitan existente ex iudiciali electione curatorem ei dare necesse fuerit tunc sive in provinciis apud presides cuiuscumque provincie et virum religiosissimum episcopum civitatis nec non tres primates creatio procedat ita ut si quidem curator substantiam ydoneam possidet sufficientem ad fidem gubernationis et sine alia satisdatione nominatio eius procedat. si autem non talis eius census inveniatur tunc et fideicommissio in quantum possibile est ab eo exploratur creatione omnimodo sacrosanctis scripturis propositis iusiurandi causa celebranda ipso autem curatore cuiuscumque sive vel dignitatis est prestandum sacramentum pro utiliter rebus gerendis presentante inventarium publice conscribente et ypotheca rerum curatoris quatenus modis omnibus possint adhibenda undique res furiosi utiliter gubernari.

Item. Tam dementis quam furiosi liberi cuiuscumque sexus possunt legitimas contrahere nuptias tam dote quam ante nuptias donatione a cura

Item privilegium dotis quo mulieres creditoribus tempore prioribus anteponuntur nec non et tacitas hypothecas et alia omnia lege mulieribus data claudunt his qui catholicam non participant communionem. Item si [illegible] requisitus et ab ecclesia admonitus [illegible] tam suam purgare neglexerit ab heretica pravitate per annum a tempore admonitionis ipsius catholicis occupandam. qui eam exterminatis absque ulla condicione possideant et in fidei pietate conservent salvo iure principali domini dummodo super hoc nullum prestet obstaculum nec aliquod impedimentum opponat. Eadem nichilominus lege servata circa eos qui non habent dominos principales.

tore eorum procuranda existimo non tamen in hac quidem regia urbe excellentissimum prefectum urbis, in provinciis autem virorum clarissimorum earum presidum vel locorum antistitum tam opinione persone quam moderatione dotis et ante nuptias donationis statuenda presentibus tamen curatoribus dementis quam furiosi necnon hiis qui ex genere eorum nobiliores sunt. ita tamen ut nulla ex hac causa oriatur vel in hac regia urbe vel in provinciis iactura sed sive furiosi vel dementis vel mente capti sed gratis omnia procedant ne tale hominum infortunium et expensarum detrimento pregravetur.

Idem. Sancimus si quando absit is qui res alienas vel creditori obnoxias detinet et desiderat dominus vel creditor suam intentionem proponere et non ei licentia sit absente autem suo adversario qui detinet rem vel in infantia vel furore laborante et neminem eum tutorem vel curatorem habente vel in summa potestate constituto eandem rem sua auctoritate usurpare sed licentia ei detur adire presidem vel libellum porrigere et hoc inquietationem deducere intra constituta tempora et interruptionem temporis facere et sufficere hoc ad plenissimam interruptionem. Sin autem nullo potente modo presidem adire saltem ad episcopum locorum eat et suam manifestare voluntatem in scriptis depperet.

De hereticis et manicheis et samaritanis.

Imperator Gra[tianus].
Privilegia que contemplatione religionis indulta sunt catholice tantum legis observatoribus prodesse oportet. hereticos non solum his privilegiis alienos esse volumus sed adversis et diversis muneribus constringi ac subici.

Imperator. Omnes vetite legibus et constitutionibus divinis et imperialibus constitutionibus hereses in perpetuum conquiescant. nemo ulterius conetur que reperit prophana precepta vel docere vel discere. nec antistites eorundem audeant fidem insinuare quam non habent et ministros creare qui non sunt. nec per conniventiam iudicantium omniumque quibus per constitutiones priores super hac cura mandata est his audacia negligatur et crescat. Hereticorum autem vocabulo continentur et latis adversus eos sanctionibus debent succumbere qui vel levi argumento a iudicio catholice religionis et tramite detecti fuerint deviare.

Imperator. Cuncti heretici procul dubio noverint omnia sibi loca adimenda esse sive sub ecclesiarum nomine teneantur sive diaconica appellantur vel decanica sive in privatis edibus vel locis huiusmodi cetibus copiam prebere videantur: his edibus vel locis privatis ecclesie catholice vindicandis. Interdicatur his omnibus ad letaniam faciendam noctu vel die prophanis coire conventibus statuta vindicta decem librarum auri condempnatione contra officium sublimitatis tue vel presidale. si quid huius fieri vel in publicis vel in privatis edibus concedatur.

Imperator. Manicheos seu manicheas vel donatistas meritissima severitate persequimur. huic itaque hominum generi nichil ex mori[bus]

Sed decrevit. pot. ergo ex hereditatis part. ... nam et substituere eis potest magis ... non solum testo.

Item non dona... tria ergo facit ... sacramentum ... Tam dementis ...

bus nichil ex legibus sit commune cum ceteris. Ac primum quidem volumus esse publicum crimen, quia quod in religione divina committitur in omnium fertur iniuriam. Quos bonorum etiam publicatione persequimur, ipsos quoque volumus amoveri ab omni liberalitate et successione et quolibet titulo venientem. Preterea non donandi, non emendi, non vendendi, non postremo contrahendi cuiquam convicto relinquimus facultatem. In mortem quoque inquisitio extendatur: nam si in criminibus maiestatis licet memoriam accusare defuncti, non immerito et hic debet subire iudicium. Et suprema illius scriptura irrita sit, sive testamento sive codicillo sive epistola sive quolibet genere reliquerit voluntatem, qui manicheus fuisse convincitur. Nec filios heredes existentes adire permittimus, nisi a paterna pravitate discesserint: delicti enim veniam petentibus damus. Ineos autem avictis nostre aculei dirigantur, qui eos domibus suis dampnanda provisione defendunt. Servos insuper extra noxam esse volumus, si dominum sacrilegum evitantes ad ecclesiam catholicam fideliore servitio transierunt.

Imperator. Arrianam, macedonianam, pneumatici et apollinarianam et novacianam sive sabbatianam, eunomianam, rescinditem sive cesaris sede, canticatarum, valentinianam, papianistam, montanistam seu priscillianistam vel friges vel pepusite vel marcianistam, barbarianam, messaliam sive heuchitiste, donatiste, heutice, andiana, in ydroparastato, tiascodi, odi te bratitagite, hermeticiam et pochuinam, paulinianam, marcellianam, offitice, encratiste, apotactice, saccophore et que ad diversam usque ad scelerum nequitiam pervenerunt. Et manichei nusquam in romano loco conveniendi orandique habeant facultatem. Manicheis etiam de civitatibus expellendis et ultimo supplitio tradendis, quoniam nichil his relinquendum loci est in quo ipsis elementis fiat iniuria. Cunctisque legibus que contra hos ceterosque qui nostre fidei refragantur olim late sunt diversisque prolate sunt temporibus semper vigenti observantia valituris, de donationibus in hereticorum conventicula, que ipsi audacter ecclesias nuncupare conantur, factis sive ex voluntate ultima rebus qualitercumque relictis, seu de privatis edificiis in quo domino permittente vel conivente conveniunt, vel eandem nobis catholice iudicantis ecclesie, sive de procuratore qui hoc nesciente domino fecit, x librarum auri mulctam vel exilium, si fuerit ingenuus, subiturum; metallum vero pro verberibus si servilis conditionis sit; ita ut nec in publico convenire loco nec edificare sibi ecclesias nec ad inventionem legum quicquam meditari valeant, omni civili et militari curiarum et defensorum et iudicum sub xx lib. auri interminatione prohibente auxilio, et illis insinuationibus manentibus in firmitate que de milicia penis quoque variis diversis sunt hereticis promulgata, ita ut nec specialiter quibusdam adversus leges valeat impetrari.

ex. l. ut perfectius. ponit. et si est et inferior versus in / bunt. si non est et non habundat constitutio. repete si a / intentione non ponit et heresi habes .s. et si non habes nihil supple.

hoc quod pro delicto in levi [illegible] magna sequatur pena non / aut dico quod leve sit delictum [illegible] / primo [illegible] .l. xii. l. i. ut dicitur hereticus qui non [illegible]

Imp. Damnato portentuose superstitionis auctore nestorio non cogrui nominis eius inuri tur quibuscumque nec christianorum appellationibus abutantur. sed quemadmodum arrianos ab arrio lege dive memorie constantini ob similitudinem impietatis porfirianos a porfirio nuncupantur, sic ubique nestorianos participes nepharie secte nestorii vocentur, ut cuius delictus sunt in defendendo dominum unitati eius vocabuli munere videantur esse sortiti. nec vero impios libros nephandi et sacrilegi nestorii qui nestorianam vocantur adversus venerabilem orthodoxam sectam que sanctissimi cetus antistitum ephesi habiti scriptos habere aut legere aut describere quisquam audeat, quos diligenti studio requiri aut publice comburi decernimus, ita ut nemo in religionis disputatione alicuius [illegible] nominis faciat mentionem, ut quosdam eorum habendi consilii gratia in edibus aut in villa aut suburbano suo aut quolibet alio conventiculum clam aut aperte prebeat, quo omnino conventus celebrandi licentia privari statuimus, scientibus universis huius legis violatorem publicatione bonorum esse cohercendum.

Imp. Curiales omnium civitatum onerosis quoque et multe seu diversis officiis facultatum aut personalium munerum obligatos suis ordinibus cuiuscumque secte sunt inherere censemus, ne videamur hominibus execrandis contumelioso habitu immunitatis beneficium prestitisse, quos nolumus huius constitutionis auctoritate dampnari.

Imp. Omnis vetite legibus et divinis et imperialibus constitutionibus heresis perpetuo conquiescat. nemo ulterius conetur quod reperit prophana precepta vel docere vel discere, nec eorum audeant antistites fidem insinuare quam non habent.

Imp. Quicumque in hac sacra urbe vel alexandrie civitate vel in omni egyptiaca diocesi diversisque aliis provinciis eutichetis prophanam pravitatem secuntur et ita non credunt ut trecenti decem et octo sancti patres tradiderunt catholicam fidem in nicena civitate fundantes, cum quibus alii venerabiles episcopi qui in hac alma urbe constantinopoli postea convenerunt, et sicut anastasius et theosinus et cyrinus sancte recordationis episcopi alexandrine civitatis credebant, quos et ephesiana synodus cui beate memorie civitatis prefuit [illegible] nestorii error expulsus in universis secuta est, quos et nuper venerabilis calcedonensis synodus secuta prioribus conciliis sacerdotum ex omni parte consentiens, nichilque adimens sacrosancto symbolo nec adiciens, sed eutichetis declinata funesta condempnans sententia, esse omnes hereticos apolinaristas, apolinaris et facinorosissimam sectam eutices et dioscorus mente sacrilega sunt secuti. Ideoque hii homines qui apolinaris vel eutichetis pravitatem secuntur illis penis que duorum retro principum constitutionibus contra apolinaristas vel serenitatis nostre sanctione contra eutichianistas vel hac ipsa augustissima lege contra eosdem decrete sunt noverint se esse plecten

[illegible] l. i. imperium [illegible] .l. denegantur ac / Omnes discretere [illegible] nam culpa filiis est [illegible] / a the. l. culpa. qui non sunt qui non [illegible] / contere non [illegible] ut [illegible] denegatur qui alieni [illegible] / pen convenienda. l. consensum ut negligentiam / negligatur l. neglecta. crescat. et levi argumento / l. levi articulo. quod manifeste [illegible] quia a petitione / ullo asserit non aut si illo dicat causa disputationis ad

sectam noxam. l. liberi erant. aculei l. angoris. ac. Functio. / fructiorem ut [illegible] de episcopis et cl. l. si. e. si. [illegible] / l. sequitur. aut. similiter dominus ac. spiritualis puta aliquis com / Si non dominus temporalis non [illegible] tenet in feudum [illegible] / aliquo dominio tempore [illegible] hereticus quis catholi / [illegible] principalis. sed regis sunt qui tradit comiti in feudum / [illegible] possunt [illegible] / principalis. s. pater [illegible] civitatem acturus

Arriani ... hi diuidunt unitatem trinitatis sub eam partem et filium coeternum non negant. io. et macedoni ... et non hereticum esse qui non credit iiii. consilior. statuta s. niceni. constantinopolitani. ephesini. calcedon. ...

dos. id est apollinariste. hoc est eutichianiste. quibus in se nomen in appellatione diuersitas. una est in heresis prauitate coniunctio et dispar quidem nomen sed idem sacrilegium. siue hac alma urbe diuersisque prouinciis siue in alexandrina ciuitate siue in egiptiacam diocesim sunt. qui uel ita credunt. uel uiro reuerentissimo alexandrie urbis antistiti proterio urbi fidem orthodoxam tenenti conicant. episcopos uel presbyteros diaconos alios que clericos creare heretica prohibemus.

Scientibus tam hiis quam eutichianistis uel apollinaristis qua ausi fuerint contra quam episcopi uel presbyteri uel clerici nomen imponere quam hiis qui positi fuerint impositum sibi nomen sacerdotale retinere per eam exilii cum facultatum suarum amissione se subituros.

Omnis praeterea apolinariste uel euticianiste non ecclesias non monasteria sibi constituant parasinaxis et conuenticula tam nocturna quam diurnam exhibeant. uel ad domum uel ad possessionem cuiusquam nec ad monasterium uel ad quemcumque alium locum oparum secte simillime congregentur. quod si fecerint et hoc sciente fuisse domino uolente constiterit. postremo in examine iudicis approbatam domum uel possessionem in qua conuenerint uel monasterium eius ciuitatis orthodoxe ecclesie in cuius territorio est iubemus adici. Sin uero ignorante domino sciente uero qui pensionem domus exigit uel conductore parasinaxis conuenticula in tedeam co- llegerint conductor uel procurator siue actor uel quicumque eos in domum uel possessionem uel in monasterium receperint ac passi fuerint illicitas parasinaxis conuenticulaque celebrari simul et abiecte condicionis sunt fustibus publice et in penam suam et in aliorum coherceantur exemplum. Sin uero honeste persone sunt x. lib. auri mulcte nomine fisco nostro cogantur inferre.

Nullum praeterea apolinaristam uel eutichionistam ad aliquam iubemus aspirare miliciam. Siqui uero in quacumque milicia inuenti fuerint militari soluti cingulo uel honesto hominum et palatium conuentione prohibeantur. nec in aliqua nec in qua nati sunt ciuitate uel uico aut regione uersentur. sicut uero in hac alma urbe nati sunt tam sacratissimo conuentu quam in prouincias metropolitana ciuitate pellantur. Nulli insuper eutichianiste uel apolinariste publice uel priuatim aduocandi cetus et circulos exhibendi et de heretico errore disputandi ac peruersitatem facinorosi dogmatis asserendi tribuatur facultas. Nulli etiam contra uenerabilem calcedonensem synodum liceat aliquid uel dictare uel scribere uel edere atque emittere aut aliorum scripta super eandem rem proferre. Nec eorum libros et sacrilega scriptorum audeat monumenta seruare. Quod siqui in hiis criminibus fuerint deprehensi perpetua deportatione dampnentur. eos uero qui discendi studio audierint de infami

cetibus. hi. sic. s. ti. mathematicos. pro pena. sic. ... quamquam infi. Scientibus. neglexerunt ...

Quicumque. hi. nota. qui auctor ... legitur ...

que si fecerint et cetera. so. hic loquitur de illis prediis vel domibus in quibus erant constitute orthodoxe fidei ecclesie vel oratoria ... restituit. ut j. de iure. sperando ... et hic sequitur auth. nova. gazaros et cetera.

sta heresi disputantes .x. lib. auri que in fisco nostro sunt inferende iubemus sub one dispendium in ultimo supplitio coherceri qui illicita temptaverint docere. Omnes vero huius carte ac libri qui funeste euticetis heresis et apollinaris sunt doctrina complexi incendio concrementur ac facinorose pravitatis vestigia ita flammis combusta pereant. equum namque est ut iniquissima sacrilegia par pene nece magnitudo. prefectis [illegible] moderatoribus provinciarum earumque apparitoribus et defensoribus civitatum qui si ea que legis huius religiosissima sanctione custodienda decrevimus aut neglexerint aut aliquid per inpunitatem violare permiserint denarium librarum auri mulcta fisco cogantur inferre. insuper existimationis sue periculum sustinebunt.

Idem. Si qui orthodoxe religionis emptione vera vel fictitia vel quocumque alio iure vel predia vel possessiones rerumque inmobiles in quibus orthodoxe fidei ecclesie vel oratoria constituta sunt in hereticae secte et non orthodoxe fidei sentientem quamcumque personam transferre voluerint nullam huius vel venditionis vel in secreto iudicio compositam valere volumus voluntatem et si orthodoxe fidei venditorem vel quocumque modo alienatorem contentia sub qualibet occasione fuit assignata sint ita omnia huius documenta et tamquam penitus nec scripta esse censemus. hec enim predia et possessiones que in hereticas personas quocumque modo translate fuerint fisci nostri iuribus decernimus vindicari. sive enim apud dominos possessores que orthodoxorum ecclesiarum predia maneant seu ad fisci nostri iura pervenerint necesse est in his ecclesias et oratoria constituta diligentius et sollicitius instaurari. nostre enim serenitatis undique ad hunc exitum prudentia deducitur ut omnipotentis templa in quibus nostre fidei instituta perdurant cultu assiduo per omnia secula reverentiam fruentur. nec enim dubitari potest quod si in hereticos tales veniant possessiones in quibus vere fidei ecclesie vel oratoria constituta sunt et integras colitur omni modo vel ab his deseri atque destitui omni cultu vacare omnibus sacris et solitis inclinari indicium ministeriis omni splendore privari nullis apostolorum conventionibus nullis clericorum observationibus celebrari et ex hoc sine dubio easdem ecclesias penitus ruere et complanari. nec enim de earum instauratione heretici potuerunt aliquid cogitare quas penitus esse nolebant. que omnia resecantes ad presentem legem venimus.

Impr. Cognovimus multos esse orthodoxos liberos quibus nec pater nec mater orthodoxe sunt religionis et iubemus ut non tantum in casu vero orthodoxe religionis alter esset alter non sed et in his casibus in quibus uterque parens aliene secte sit, id est patris matrisve tantum liberi ad eorum successionem sive ex testamento sive ab intestato vocentur et donationes seu alias liberalitates ab his accipere possint qui orthodoxorum venerabili nomine sunt decorati. ceteris liberis eorum qui non

Idem est et a contrario ... quinquagesimo ... capitula prelati ... anno sic ergo ... ecclesie per annum. sic ergo in auth. de sanctis episcopis ... terminant. vel inveniuntur ut de confessionibus et testificationibus et inter locutoria aliqua vel diffinitiva ... ita lata ... iudicia alia ... agatur ... testes ... ita tamen huius quidem ... sicut in testibus.

Idem est de nestorianis et acephalis quia si quis ex his liberos habet eosque recte communicantes his solis hereditatem committere potest. Sed si permixti sunt et portio infidelium in eis residet, apud orthodoxos ipsis si commissi fuerint restituenda. Quod si absque ratione ... fructuum et administrationis permanebit autem apud orthodoxos si pubes perseverent in ea ... quia si liberi omnes sunt pupilli vocantur agnati quibus non inventis si dicitur fuerit ecclesia infra annum admittitur quo transacto aut si non fuerit clericus succedit fiscus.

Si hereticus contra hereticum.

Gazaros, patarinos, leonistas, speronistas, arnaldistas, circumcisos et omnes hereticos utriusque sexus quocumque nomine censeantur perpetua dampnamus infamia, diffidimus atque dampnamus, censentes ut bona talium confiscentur nec ad eos ulterius revertantur, ita quod filii ad successionem eorum pervenire non possint, cum longe sit gravius eternam quam temporalem offendere maiestatem. Si autem inventi fuerint sola suspicione notabiles, nisi ad mandatum ecclesie iuxta considerationem suspicionis qualitatemque persone propriam innocentiam purgatione congrua monstraverint, tanquam infames et banniti habeantur ab omnibus, ita quod si per annum permanserint extunc eos sicut hereticos condempnamus.

... Dei omnipotentis amorem sed terrenam vel mundanam vel impiam affectionem secuti sunt ab omni beneficio repellendum. Liberis autem orthodoxis non existentibus ad agnationem vel cognationem eorum orthodoxam tamen easdem res vel successiones pervenire. Quod si agnatio vel cognatio recta non inveniatur, tunc easdem res fisci iuribus vendicari. Sed ne videantur morientibus quidem genitoribus liberis providere, viventibus autem nullam inferre providentiam, quod et sic ex facto nobis cognitum est, necessitatem imponimus talibus genitoribus orthodoxos liberos suos secundum suam patrimonii quantitatem alere et omnia eis prebere que ad cotidianam vite conversationem sufficiant, sed et dotes pro filiabus vel neptibus dare et ante nuptias donationes pro filiis vel nepotibus prestare, secundum modum censuum viresque patrimonii bonis libertatibus estimandis, ne per dividui amoris electionem paterna vel materna fiunt liberi permissione defraudati. Omnibus videlicet que constitutiones nostre de penis paganorum et manicheorum et borboritarum et samaritanorum et ophitarum et montanistarum ceterorumque hereticorum continent constituunt ex hac nostra lege confirmandis et in perpetuum valituris.

Idem. Quoniam multi iudices in dirimendis litigiis nos interpellaverunt indigentes nostro oraculo ut eis reseretur quid de testibus hereticis statuendum sit, utrumne accipiantur testimonia eorum an respuantur, sancimus contra orthodoxos litigantes nemini heretico vel his qui iudaicam colunt superstitionem esse in testimonio communionem, sive utraque pars orthodoxa sit sive altera. Inter se autem hereticis vel iudeis ubi litigandum existimaverint concedimus fedus permixtum et dignos litigatoribus testes introduci, exceptis scilicet his quos vel manicheus furor, cuius partem et borboritas esse manifestissimum est, vel pagana superstitio detinet. Samaritis nichilominus et qui illis non sunt absimiles, id est montanistis et tascodrogis et ophitis, quibus pro reatus similitudine omnis legitimus actus interdictus est. Sed his quidem et manicheis et borboritis et paganis nec non samaritis et montanistis et tascodrogis et ophitis omne testimonium sicut et alias legitimas conversationes sancimus esse interdictum. Aliis vero hereticis tantummodo ad iudicialia testimonia contra orthodoxos, sicut constitutum est, volumus esse inhibita. Certa testamentaria testimonia eorum et que in ultimis elogiis vel contractibus consistunt propter utilitatem necessarii usus eis sine ulla discretione permittimus, ne probationum facultas angustetur.

Idem. Divinam nostram sanctionem per quam iussimus neminem errore constrictum hereticorum hereditatem vel legatum sive fideicommissum accipere in ultimis morientium voluntatibus locum habere precipimus, sive communiter sive militantes testentur.

Imperator. Ne sanctum baptisma iteretur.

... stitutem qui sanctitatem baptismatis illicita usurpatione geminaverit sacerdotio indignum esse censemus. Eorum enim condempnamus

... De apostatis qui ...

errorem qui apostolorum precepta calcantes christiani nominis sacramenta sortitos alio rursus baptismate non purificant, sed incestant lavacri nomine polluentes.

Imperator. Si quis rebaptizare quempiam de misteriis catholice secte fuerit detectus, una cum eo qui piaculare commisit crimen, si tamen capax criminis sit per etatem, cum persuasus fuerit, ultimo supplicio percellatur.

Imperator. Nulli hereticorum dandi vel emendi vel ingenuos vel servos proprios qui orthodoxorum sunt initiati misteriis ad suum iterum baptisma deducendi. Nec vero illos quos emerint vel qualitercumque habuerint, necdum sue superstitioni coniunctos, prohibendi catholice sequi religionem. Quod qui fecerint vel qui eum sic ingenuus in se fieri passus sit vel factum non detulerint, exilio ac decem librarum auri multa dampnabuntur, testamenti et donationis faciende utrique deneganda licentia. Que omnia custodiri ita decernimus ut nulli iudicum liceat delatum ad se crimen inultum vel cohibitatori mandare, nisi ipse pati id velit quod aliis dissimulando concesserit. De apostatis. Rubrica.

Imperator. Si quis lege venerabili constitutus in late atque de sorte religionis christiane ex christiano iudeus effectus sacrilegis cetibus aggregetur, cum accusatio fuerit approbata, facultates eiusdem dominio fisci iubemus vendicari.

Imperator. Si quis defunctum inviolatum atque christiane de sorte religionis accusat eumque ad sacrilegia templorum vel in ritus iudaicos transisse contendit, ea que gentium testari minime potuisse confirmat, intra quinquennium iuge quod de inofficiosis actionibus constitutum est, propositas egit actiones, finiti iudicii huius sortiatur exordium.

Imperator. Hii qui sanctam fidem prodiderunt et sanctum baptisma heretica superstitione prophanaverunt, a consortio hominum segregati sint, a testimoniis alieni, testamenti, ut ante iam sanximus, non habeant factionem, nulli in hereditate succedant, a nemine scribantur heredes. Quos etiam precepissemus procul abici ac longius amandari, nisi pene visum fuisset esse maioris versari inter homines et hominum carere suffragiis. Sed nec umquam in statum pristinum revertantur, non flagitium morum oblitterabitur penitentia neque umbra aliqua exquisita defensionis aut muniminis abducetur, quoniam quidem eos qui fidem quam dedicaverant deo polluerunt et prodentes divinum misterium in prophana migraverunt, tueri ea que sunt commenticia et concinnata non possunt. Et enim lapsis et errantibus subvenitur, perditis vero, hoc est sanctum baptisma prophanantibus, nullo remedio penitentie, quod solet aliis criminibus prodesse, succurritur.

Imperator. Apostatarum sacrilegum nomen singulorum vox continua accusationis incesset, et nullis finita temporibus huiusmodi criminis arceatur indago. Quibus quamvis preterita interdicta sufficiant, tamen et illud iteramus, ne postquam a fide deviaverint, testandi aut donandi quippiam habeant facultatem. Sed nec

quo ad eos opinionem religiosa. secundum eius. alias legis accur[sius]. ut. s. de episcopis et clericis. auth. l. i. ff. de off. ...

uendo omnis spe facere legi fraudem seruatur totum quod ab intestato christianitatem sectantibus prout quis potissimum defertur: in quantum autem etiam hiis sacrilega perpetuari [peculiari?] volumus actionem ut universis ab intestato venientibus post mortem vocantis absolutam vocem simulationis congrue non negamus. Nec illud patimur obstare si in eos contestatio a profano dicatur vivente productum, sed ne hiis impertatio criminis latius inovaget [?] errore eos presentibus insectamur oraculis qui nomine christianitatis induti sacrificia fecerunt vel facienda mandaverunt quorum etiam post mortem comprobata perfidia hac ratione plectenda est ut donationibus testamentis quoque rescissis hii quibus hoc defertur legitima successione hiis personarum hereditate potiantur.

Imperator. Eum quicumque servum vel ingenuum invitum seu suasione plectenda ex cultu christiane religionis in nephandam sectam ritumve transduxerit cum dispendio fortunarum capite puniendum esse censemus.

Imperator. Eos qui catholicarum ecclesiarum clerici vel orthodoxe fidei monachi orthodoxe relicto religionis cultu apolinaris vel euticetis heresim vel dogmata abhominanda secuti fuerint omnibus penis que prioribus legibus adversus hereticos constitute sunt iubemus teneri et extra omne romanum imperii solum repelli sicut de manicheis precedentium legum statuta sanxerunt.

Nemini licere signum salvatoris christi humo vel silice vel marmore sculpere vel pingere. Imperator.

Cum sit nobis cura diligens superni numinis religionem tueri signum salvatoris christi nemini licere vel in solo vel in silice vel in marmoribus humi positis insculpere vel pingere quocumque reperitur tolli gravissima pena multando eos si quis contrarium statutis nostris temptaverit specialiter imperamus.

De iudeis et celicolis. Rubrica.

Quod Cornelia salva immunitati iudeorum qui mancipio [?] censuum civitate constituti sunt legaliter peti non potest. Imperator.

Imperator. Iudeis et maioribus eorum patriarchis volumus intimari quod si quis post hanc legem aliquem qui eorum feralem fugerit sectam et ad dei cultum respexerit saxis aut alio furoris genere quod nunc cognovimus ausus fuerit attemptare mox flammis dandus est cum omnibus suis participatoribus concremandus.

Imperator. In sinagoga iudaica velut legis hospitio invito inventes iubeat emigrare quia privatorum domus non religionibus loca dicata non convenit attingere.

Imperator. Iussio quam sub iudee legis homines blandiuntur per quam eis curialium munerum debebatur immunitas rescindatur.

Imperator. Ne quis christianam mulierem in matrimonium iudeus accipiat neque iudee christianus coniugium sortiatur. Nam si quis aliquid huiusmodi admiserit adulterii vicem co[mmissi]

...l. i. ff. de leg. ... quod favore ...

Nullus iudeus ob hoc ipsum quod est iudeus ac...

quo inculpatur. obtinatur. i. uteretur. religio. obt... religioni quod hereticis habeat christianum mancipium. accursius

...missi huius criminum optinebit ...bertate in eius sanctum publicatisque uocibus rei accusati.

Id. Nemo iudeorum morem suum in contractionibus retinebit nec iuxta legem suam nuptias sortiatur nec in diversa sub uno tempore coniugia conveniat.

Impr. Iudei qui de romano communi iure viventes in his causis que tam ad superstitionem eorum quam ad forum et leges et iura pertinent adeant sollempni more iudicia omnesque romanis legibus conferant et excipiant actiones. Si qui vero ex his communi pactione ad similitudinem arbitrorum apud eos iudices in civili negotio duntaxat putaverint litigandum sortiri eorum iudicium iure publico non vetentur. eorum etiam sententias iudices exequantur tamquam ex sententia cognitoris arbitri fuerint.

Impr. Nemo ex ✠ attributis religionis vinculorum iudeis pretia statuet cum venalia proponentur. iustum enim est unicuique sua committere. itaque rectores provinciarum nobis nullum defensorem aut moderatorem esse concedant. Contra siquis sumere curaverit preter nos peccatoris iudeos audeant eum uelud aliena appetentem supplicio cohercere severo.

Id. Quicumque ex ✠ tenant. iudeis obnoxii curie comprobantur curie mancipantur.

Id. Celicolarum nomen inauditum quodammodo novum crimen superstitionis vendicavit. hii nisi ad dei cultum venerationemque christianam conversi fuerint his legibus quibus precipimus hereticos astringi se quoque noverint attingendos. edificia autem eorum que nescio cuius dogmatis novi conventus habent ecclesiis vendicentur. Certum enim est quicquid a fide christianorum discrepat legi christiane esse contrarium.

Impr. Iudeos quosdam festivitatis sue sollempnia colentes ad pene quondam recordationem incendere sancte crucis assimulatam speciem in contemptu christiane fidei sacrilega mente exurere provinciarum rectores prohibeant, ne locis suis fidei nostre signum immisceant, sed ritus suos citra contemptum christiane legis retineant, amissuri sine dubio permissa hactenus nisi ab illicitis abstinere temptaverint.

Id. Die sabbati ac reliquis sub tempore quo iudei cultus sui reverentiam servant neminem aut facere aliquid aut ulla ex parte conveniri debere eos precipimus. Ita tamen ut nec illis detur licentia eodem die christianos orthodoxos convenire ne christianum forte interpellatione iudeorum ab officialibus prefatis diebus aliquam sustineant molestiam cum fiscalibus commodis litigiis privatorum constat reliquos dies sufficere posse.

Impr. Nullus tamquam iudeus cum sit innocens obteratur nec expositum eum ad contumeliam religio qualiscumque perficiat. non passim eorum synagoge vel habitacula concrementur vel perperam sine ulla ratione ledantur. cum alioquin et si sit aliquis sceleribus implicitus idcirco tamen iudiciorum vigor iurisque publica tutela videantur in medio constituta ne quisquam sibi ipsi permittere valeat

uarent. aliqui hic finit et spiritus ... prima lectura est. Ne christianum mancipium etc. quia certum est ... legitur per nos. i. excantur ab ecclesia. accursius.

Arceant his qui ad ecclesiam confugiunt. rubrica.

P

...ant. item et si non silant. ff. ista uba denotat.

[illegible marginal gloss]

uitonem. Sz uel iudeorum p-
sonis uolumus esse punitam ita
illud q monendum esse cense-
mus ne iudei forsitam insoles-
cant elatiq sua securitate q̄c
qām ppiptes in xp̄ianam reuen
tiam ultionis emittant.

Id. Si qua int xp̄ianos ⁊ iudeos
sit contentio non a senioribus
iudeorum sz ab ordinariis iu-
dicibus dirimatur.

Id. Iudei ⁊ honorum pscptione
⁊ ppetuo exilio dampnabunt
si nr̄e fidei hominem circumci-
disse eos ul circumcidendum in
landasse ɔstiterit.

Impr. Iudeorum primates qui
utriusq palestine sinedriis
nominant ul in aliis puinciis
degunt piculo suo an innusa-
rium canonem de sinagogis
omnibus palatinis compellē-
tibus exigant ad eam formam
qām patriarche quondam corona-
ria auri nomine postulabant
⁊ hoc q de occidentalibus ptibus
patriarchi conferri consueuerant
nris largitionibus infratur.

Id. Hac ualitura in omne e-
uum lege scimus neminem
iudeum quibus omnes admini-
strationes ⁊ dignitates interdicte
sunt nec defensoris ciuitatis
fungi saltem officio nec patrie ho-
norem arripe concedimus ne
acquisiti sibi officii auctoritate muniti
aduersus xp̄ianos ⁊ ipsos plingq
sacre religionis antistites ue-
lut insultantes fidei nr̄e iudi-
candi ul pnuntiandi quamlibet
habeat potestatem. Illud etiam pari cō-
sideratione rationis arguentes pre-
cipimus ne qua iudaica sinago-
ga in nouam fabricam surgat

P. Enuntiam. fac. ⁊. de sedic. l. iiij. ⁊ si. et de episc. ⁊ cl. con...

fulciendi ueteres p missa sinagogarum
ruinam minantes. quisquis g
ul insulas cepit quis. clignit
atibus nō pociatur: ul si ad offici
a uetita subrepsitis penitus
repellitur: ut sinagogam ex
truxerit compendio esse catho-
lice nouerit laborasse. ⁊ qui ad
honores ⁊ dignitates irrepse-
rit habeatur ut antea condicionis ex-
treme. ⁊ si honorariam illicite
pmeruit dignitatem. Et q
sinagoge fabricam cepit isti-
dio repandi cum dampno a
uri .l. librarum fraudet usibus
suis. Cernat preterea bona sua p-
scripta mox pene sanguinis de-
tinandus qui fidem alterius ex-
pugnauit puersa doctrina. **Ne xp̄ianum mancipium hereticus ul paganus ul iudeus habeat ul possi-**
Impr. **deat uel circumcidat. Re**

Iudeus seruum xp̄ianum
non comparare debebit nec
largitatis ul alio quocumq
titulo consequatur. Quod
si aliquis iudeorum mancip-
ium xp̄ianum ue habuerit ul secte
alterius seu nationis circumciderit ex
quacumq causa possidendum
⁊ id circumciderit non solum ma-
cipii dampno mulcetur ue-
rum ⁊ capitali sentia punietur
ipso suo p premio libertati donan-
do. **De paganis ⁊ templis ⁊ sacrificiis.**

Placuit in Impr.
omnibus locis atq
urbibus uniuersis cla-
udi ptinus templa
⁊ accessu uetito omnibus licentiam
delinquendi perditis abnegari
uolumus ⁊ sacrificiis cunctos
abstinere. q si aliquid forte hu-
iusmodi pretrauerint gladio ultore ster-

[illegible marginal gloss]

...sicut pro libero. ita pro seruo uolentum habet lex cor. de sic. ...ut ff. ad l. aq. aquil. l. item ueniatur. s. an plt. etiam.

ut dixi. s. e. si ceh. a. c. cogitationum. ff. de penis. cogitationis ... h privilegio ... ul ad terrorem ... est. ...

...nantur facultates et perempti fisco decernimus uindicari et similiter puniri rectores prouinciarum si facinora uindicare neglexerint.

Imp. Nequis mortalium ita faciendi sacrificii sumat audaciam ut inspectione iecoris extorumque presagio uane spem promissionis accipiat uel quod est deterius futura sub execrabili consultatione cognoscat. Acerbioris etenim imminebit supplicii cruciatus eis qui contra uetitum uel futurorum explorare temptauerit.

Imp. Sicut sacrificia prohibemus ita uolumus publicorum operum ornamenta seruari. Ac ne sibi aliqua auctoritate blandiantur qui ea conantur euertere si quod rescriptum si qua lex forte pretenditur erepte huiusmodi carte ab eorum manibus ad nostram scientiam referantur.

Idem. Ut prophanos ritus salubri lege submouimus ita festos conuentus ciuium et communem omnium letitiam non patimur submoueri. unde absque ullo sacrificio atque ulla superstitione dampnabili exhiberi populo uoluptates secundum ueterem consuetudinem iniri etiam festa conuiuia si quando exigunt publica uota decernimus.

Impp. Omnia loca que sacris error ueterum deputauit nostre rei iubemus sociari. quod autem ex eo iure uel cuiuis ad singulas quasque personas uel precedentium principum largitas uel nostra maiestas uoluit peruenire id in eorum patrimonium etiam firmitate perduret. ea uero que multiplicibus constitutis ad uenerabilem ecclesiam uolumus pertinere christiana sibi merito religio uindicabit.

Idem. Christianis qui uere sunt uel esse dicuntur specialiter demandamus ut iudeis ac paganis in quiete degentibus nichilque temptantibus turbulentum legibusque contrarium non audeant manus inferre religionis auctoritate abusi. Nam si contra securos fuerint uiolenti uel eorum bona diripuerint non ea sola que abstulerint sed conuicti in duplum que rapuerint restituere compellantur. rectores etiam prouinciarum et officia et prouinciales cognoscant se si hec fieri permiserint ut eos qui fecerint puniendos.

Imp. Nemo uenerandis adorandisque animo delubra que olim iam clausa sunt reseret. absit a seculo nostro nephandis execrandisque simulacris honorem pristinum reddere redimiri ceteris templorum impios postes sertis uel prophanis aris accendi ignes oboleri in eis tura uictimas cedi pateras uino libari et religiosis loco existimari magis sacrilegium. Quisquis autem contra hanc serenitatis nostre sanctionem et contra interdicta sanctissima uetitorum conditorum sacrificia exercere temptauerit apud publicum iudicem reus tanti facinoris legitime accusetur et conuictus proscriptione omnium bonorum suorum et ultimum supplicium subeat. Consciis etiam et ministris sacrificiorum eandem penam que in illum fuit irrogata sustineant ut hac legis nostre seueritate perterriti metu pene desinant sacrificia interdicta celebrare. Quod si uir clarissimus rector prouincie post accusationem legitimam et probatum crimen in conuictum scelus dissimulauerit uindi...

[illegible]

cant. Clibrarium autem ipse iudex
vel officium eius confestim fisco nostro
inferre cogatur.

Imp. Nemo ea que sepius
pagane superstitionis hominibus
interdicta sunt audeat pertemp
tare sciens quod crimen publicum co
mittit qui hec ausus fuerit perpetrare.
Intentum autem huiusmodi facinora
volumus esse resecanda non tamen si
in aliquo predio vel domo perpetretur
aliquid tale scientibus iudeis do
minis predia que vel domus sacra
tissimum iubemus erario addicantur
dominum vero pro hoc solum quod scien
tes consenserint sua loca talibus
contaminari sceleribus. siquidem
militia vel dignitate quadam
decorantur amissione militie
vel dignitatis necnon rerum
suarum proscriptione plectentur. per
sone vero condicionis vel plebei consti
tuti per cruciatus corporis operi
bus metallorum perpetuo deput
entur exilio. De his qui ad ecclesias

Imp. confugiunt vel in ecclesia

Iudei qui reatu aliquo vel debitis fatigati sim
ulant se christiane legi velle con
iungi ut ad ecclesias confugien
tes evitare possint crimina
vel pondera debitorum arcean
tur. nec ante suscipiantur
quam debita universa reddiderint
vel fuerint innocentia demon
strata purgati.

Id. Si servus cuiusquam in ecclesiam
altaria ve armatus nullis hoc
suspicantibus inopinatus ir
ruerit exinde protinus abstraha
tur vel certe continuo domino vel
ei qui eum tam furiosa formi
dine perculit indicetur eique mox
abstrahendi copia non negetur.

Sed si armorum fiducia resisten
di animos insania impellen
te concepit expellendi eiciendi
que eum domino quibus potuerit ef
ficere viribus concedatur. Et si
illum in confligendi certamine pug
naque contigerit nulla erit eius
noxia nec conflandi criminis
relinquetur occasio: is qui ex statu
famuli in hostilis et homicide ordi
nem transiluit si occisus.

Imp. Denuntiamus vobis
omnibus ut in sacrosanctis ecclesiis et
in altaris que venerabilibus locis modestie
cum pace et quiete vota compe
tit celebrari abstineatis ab omni
seditione. nemo conclamationibus
utatur: nemo moveat tu
multum aut impetum com
mittat vel conventiculum co
llecta multitudine in qualibet par
te civitatis vel vici cuiuscumque
loci colligere aut celebrare conetur.
Nam siquis aliquid contra leges
a quibusdam existimet sibi perpetrari
liceat ei adire iudicem et ius suum
implorare presidium. Sciant sa
ne omnes quod siquis contra huiusce
dicti normam aut agere aliquid
aut seditiones movere temptaverit
ultimo supplicio subiacebit.

Imp. Fidei devotaque preceptione
sancimus neminem licere ad sacrosanctas
fugientes ecclesias abducere sub hac
videlicet dissimulatione ut siquis contra
hanc legem venire temptaverit
sciat se maiestatis crimine
esse retinendum vel iudicandum.

Imp. Presenti lege decernimus
per omnia loca valitura excepta
hac urbe regia in qua nos divi
nitate propitia degentes quoci
ens usus exegit invocati singulis
causis atque personis presentia ea

possit pacto ... coram iudice ... l. in posicione ... quas uolebat testimonium ... non sit testes ... immo totius populi sunt testes ... quia religiosi ... legitte ... ipse ... seruierant

dicas quod dico solus non excludit ... romanum ... et pone casum ... in iure scripto ... et equitate ... scripta ... ut ff. qui et a quibus ... et ff. ... inter causas ... non omnia ... et de his legibus est equitas non scripta in iure scripto et scripto ...

Q[uod] bene liber tatem teste in terpretem ... ut non sit ... libertatis ... coram iudice ... per iusiurandum ... senatus ... ius

constituta praesumimus nullos penitus cuiuslibet condicionis de sacrosanctis ecclesiis orthodoxae fidei expelli aut trahi aut pertrahi confugas, nec pro his venerabiles episcopos vel religiosos yconomos exigi que debebantur ab eis. Quisquis hoc moliri aut facere aut nuda saltem cogitatione atque tractatu ausi fuerint temptare, capitali ultimoque supplicio animadversione plectendis. Ex his igitur locis eorum que finibus quos anteriorum legum praescripta sanxerunt nullos penitus expelli aliquando patimur aut eici, nec in ipsis ecclesiis residendis ita cuiquam in quoquam detineri atque constringi ut ei aliquid aut victualium rerum aut vestis negetur aut requies. Sed siquidem ipsi refuge apparent publice et in sacris locis offerunt, convenientibus convenientes ipsis servata locorum reverentia iudicum quibus subiacent sententiis moneantur datum responsum quale se quis perspexerit convenire. Quodsi in finibus ecclesiasticis latitant, religiosus yconomus seu defensor ecclesie vel clerici qui in his negotiis commodiores auctoritas episcopalis elegerit reconditam latitantemque personam decenter sine ullo incommodo moneant intra fines ecclesie sumentes representent. Cum autem monitus fuerit in publico privatoque coetu actione civili, eius sit arbitrii sive per se seu magis elegerit instructo sollempniter procuratore directo meritis iudicis cuius pulsatur sinus examine respondere. Sed si hoc facere detrectat aut differt, iudiciorum legumque solutus ordo servetur. Itaque si res immobiles possideat, pro edictorum sollempnium citatione et sententia iudicantis usque ad modum debiti bonorum eius sive creditorum traditio sive venditio celebretur. Si res mobiles habet easque ecclesie terminos occultas esse sententia iudicantis et executoris sollicitudine perquisite quocumque modo occultantur eruantur pro equitatis serie modoque debiti publicis dominis privatisque proficiant. Sane si intra fines huius ecclesie vel apud quemlibet ex clericis abscondite vel deposite fuisse firmantur studio et prudentia viri reverentissimi yconomi sive defensoris ecclesie diligenter inquisite quolibet modo ad sacrosanctam ecclesiam pertinentes presententur, ut pari equitatis ordine ex eisdem bonis fisco vel rei publice sive creditoribus quibuscumque iustis petitoribus ad modum debiti consulatur. Si sic vero posite vel commodate dicantur, inquirendi tantam volumus esse cautelam ut sine ulla suspicione apud aliquem asserantur abscondite, de sua conscientia satisfacere autem venerabilis antistitis iubeat interpellati [illegible] ... eaque de principalibus personis decernimus in fideiussorum seu mandatorum seu rerum ad eos pertinentium vel familiarum et sociorum vel participum et omnino in hisdem causis obnoxiorum personis precipimus observari, scilicet in ipsos qui secum confugere in ecclesiarum terminos habere voluerint, ut ex eorum quoque bonis publica debita privataque solvantur, et per eos rerum que vel quo deposite sunt procedat inquisitio. Et hoc quidem de ingenuis ubicumque personis. Sane si servus aut co

De legibus et c. ... que ad fidem et c. ... pertinent ... Item equitatem cum ... in iure scripto ... equitas iuris ... non est ... equitate ... nobis ... solis ... non est

consuetudo potest interpretari ut ff. de leg. et const. l. si de interpretatione ... senatus potest interpretari distingue quedam est interpretatio generalis ... in scriptis redigenda que competit consuetudini ... soli imperatori competit ... generalis et necessaria et in scriptis non redigenda que competit consuetudini ... nec in scriptis redigenda ... neminem ligat ... senatus potest interpretari

tudo ... non possunt ... et l. si ... item ... non ambigitur ... principis ... in fine ... Q[uod] relatio ... in scriptis suggestio ... relatio simpliciter suggestio ... castrum quia tenere seruierat

Item quia ... equitas ... in iure scripto ... ut ... ad maced. ... equitate scripta ... Item ... in equitate scripta ... et in iure scripto ... interpretatio ... consuetudinis ... ut in iudicium ... causa ... in scriptis redigenda ... tantum ut consue

[illegible gloss]

lonus uel ascripticius famulus sive libertus et his aliqua persona domestica vel condicioni subdita contractis rebus alienis atque subtractis aut seipsum furatus ad sacrosancta loca se contulerit statim a religiosis yconomis sive defensoribus vel his qui primum scire potuerint per eos iudices ad quos causa pertinet ipsis presentibus pro ecclesiastica disciplina et qualitate commissi aut competenti ultione aut intercessione humanissima procedente et remissione venie et sacramenti intuentione secum ad locum pristinum statimque revocentur rebus quas secum habuerint reformandis. Diutius enim eos in ecclesiis commorari non convenit ne patronis seu dominis propriorum absentiam obsequia iusta denegentur et ipsi per incommodum ecclesie egentium et pauperum alantur expensis. Sciant hec autem que sedulo ad religiosis yconomis sive defensoribus ecclesie sollicitudinem curamque respiciunt etiam illud observandum ut singulorum inter ecclesias confugientium personas causasque incessanter conquirant, denique iudices vel eos ad quos cause et persone pertinent instancius instruantur ut equitatis convenientiam diligentius exequantur.

De his qui in ecclesiis manumittuntur.

Imperator. Iam dudum placuit ut in ecclesia catholica libertatem domini suis famulis prestare possint si sub aspectu plebis assistentibus christianorum antistitibus id faciant et ut propter facti memoriam vice actorum interponatur qualiscumque scriptura in qua ipsi vice testium signent. Unde a vobis quoque ipsis non immerito dande et relinquende sunt libertates quo quisque vestrum pacto voluerit dummodo vestre voluntatis evidens appareat testimonium.

Imperator. Qui religiosa mente in ecclesie gremio servulis suis meritam concesserit libertatem eandem eo iure donasse videantur quo civitas romana sollempnitatibus decursis dari consuevit. Sed hoc dumtaxat his qui sub aspectu plebis vel antistitum dederint placuit relaxari. Amplius autem concedimus clericis ut cum suis famulis tribuunt libertatem non solum in conspectu ecclesie ac religiosi populi plenum fructum libertatis concessisse dicantur verum etiam cum postremo iudicio dederint libertates seu quibuscumque verbis dari preceperint ita ut ex die publicate voluntatis sine aliquo iuris teste vel interprete competat directa libertas.

De legibus et constitutionibus principum et edictis.

Imperator. Inter equitatem et ius interpositam interpretationem nobis solis et oportet et licet inspicere.

Imperator. Que ex relationibus vel suggestionibus iudicantium vel per consultationem in commune florentissimorum sacri nostri palatii procerum auditorium introducto negotio statuimus vel quibuslibet corporibus aut legatis aut provincie vel civitati vel curie donavimus, nec generalia iura sunt sed leges fiant his dumtaxat negociis atque personis pro quibus fuerint promulgata nec ab aliquo retractentur

[illegible gloss]

Sancimus vicem legum optinere sacras ecclesiasticas regulas que a sanctis iiii conciliis exposite sunt.

notam infamie subituro eo qui tam astute ea interpretari voluerit vel impetrato impugnare rescripto, nec habituro fructum per subreptionem eliciti. Et iudices si dissimulaverint vel ulterius litigantem audierint vel aliquod allegandum admiserint vel sub quadam ambiguitatis colore ad nos retulerint, xxx lib. auri condempnatione plectendi sunt.

Id. Leges ut generales ab omnibus equaliter in posterum observentur, que vel misse ad venerabilem cetum oratione conduntur vel in greco edicti vocabulo nuncupantur, sive eas nobis spontaneus motus ingesserit sive precatio vel relatio vel lis mota legis occasionem postulaverit. Nam satis est edicti eas nuncupatione censeri vel per omnes populos iudicum programmate divulgari vel expressius contineri quod principes censuerunt ea que in certis negociis statuta sunt similium quoque causarum fata componere. Sed et generalis lex vocata est vel ad omnes iussa est pertinere, vim optineat edictalis. Interlocutionibus quas in uno negocio iudicantes protulimus vel postea proferemus non in commune preiudicantibus, nec his que specialiter quibusdam concessa sunt civitatibus vel provinciis vel corporibus ad generalitatis observantiam pertinentibus.

Id. Digna vox maiestate regnantis est legibus alligatum se principem profiteri; adeo de auctoritate iuris nostra pendet auctoritas. Et re vera maius imperio est submittere legibus principatum. Et oraculo presentis edicti quod nobis licere non patimur indicamus.

Id. Non dubium est in legem committere eum qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem. Nec penas insertas legibus evitabit qui se contra iuris sententiam seva prerogativa verborum fraudulenter excusat. Nullum enim pactum, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsecutum qui contrahunt lege contrahere prohibente. Quod ad omnes etiam legum interpretationes tam veteres quam novellas trahi generaliter imperamus, ut legislatori quod fieri non vult tantum prohibuisse sufficiat, cetera quasi expressa ex legis liceat voluntate colligere: hoc est ut ea que lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia sed pro infectis etiam habeantur, licet legislator fieri prohibuerit tantum nec specialiter dixerit inutile esse debere quod factum est. Sed et si quid fuerit subsecutum ex eo vel ob id quod interdicente lege factum est, illud quoque cassum atque inutile esse precipimus. Secundum itaque predictam regulam qua ubicumque non servari factum lege prohibente censuimus, certum est nec stipulationem huiusmodi tenere nec mandatum ullius esse momenti nec sacramentum admitti.

Id. Quod favore quorundam constitutum est, quibusdam casibus ad lesionem eorum nolumus inventum videri.

Id. Leges et constitutiones futuris certum est dare formam negociis, non ad facta preterita revocari, nisi nominatim et de preterito tempore et adhuc pendentibus negociis cautum sit.

Id. Humanum esse probamus si quid de cetero in publica vel privata causa emerserit necdum formam generalem et antiquis legibus non insertam exposcat, id ab omnibus

[illegible]

an tam a nobis proceribus palatii quam gloriosissimo cetu vestro patres conscripti tractari et si universis tam iudicibus quam vobis placuit tunc legem dictari et sic eam denuo collectis omnibus recenseri et cum omnes consenserint tunc demum in sacro nostri numinis consistorio recitari ut universorum consensus nostre serenitatis auctoritate firmetur. Scitote igitur patres conscripti non aliter in posterum legem a nostra clementia promulgandam nisi supradicta forma fuerit observata. Bene enim cognoscimus quod cum vestro consilio fuerit ordinatum id ad beatitudinem nostri imperii et ad nostram gloriam redundare.

Impr. Leges sacratissime que constringunt hominum vitas intelligi ab omnibus debent ut universi prescripto earum manifestius cognito vel inhibita declinent vel permissa sectentur. Si quid vero in eisdem legibus latum fortassis obscurius fuerit oportet id imperatoria interpretatione patefieri duritiamque legum nostre humanitati incongruam emendari.

Impr. Cum de novo iure quod inveterato usu non adhuc stabilitum est dubitatio emergat necessaria est tam suggestio iudicantis quam sanctio principalis.

Impr. Si imperialis maiestas causam cognitionaliter examinaverit et partibus cominus constitutis sententiam dixerit omnes omnino iudices qui sub nostro imperio sunt sciant esse legem non solum illi cause pro qua producta est sed et omnibus similibus. Quid enim maius quid sanctius imperiali est maiestate vel quis tante superbie fastidio tumidus est ut regalem sensum contempnat cum et veteris iuris conditores constitutiones que ex imperiali decreto processerunt legis vicem optinere aperte dilucideque diffiniunt. Cum igitur et hoc in veteribus legibus invenimus dubitatum si imperialis sensus legem interpretatus est an non, eorum vanam subtilitatem tam risimus quam corrigendam esse censemus. Diffinimus autem omnem imperatorum legum interpretationem sive in precibus sive in iudiciis sive in alio quocumque modo factam ratam et indubitatam haberi. Si enim in presenti leges condere soli imperatori concessum est et leges interpretari solum dignum imperio esse oportet. Cur autem ex suggestionibus procerum si dubitatio in litibus oriatur et sese non esse ydoneos vel sufficientes ad decisionem litis illi estimaverint ad nos decurritur et quare omnes ambiguitates iudicum quas ex legibus oriri evenit aures accipiunt nostre si non a nobis interpretatio mera procedit vel quis legum enigmata solvere et omnibus aperire ydoneus videbitur nisi is cui soli legis latorem esse concessum est. Explosis itaque huiusmodi ridiculosis ambiguitatibus tam conditor quam interpres legum solus imperator iuste existimabitur. Nichil hac lege derogante veteris iuris conditoribus quia et eis hoc imperialis maiestas permisit.

De mandatis principum.

[illegible]

Imperator. [S]i quis assentit eum mandatis nisi se venisse sectis omnes sciant neminem quicquam nisi quod sceptis approbavit esse credendum nec ullius dignitate tenetur sum vel tribunum sive notarium suum commitis pro factum dignitatem set sacras nostras litteras esse querendas.

Imperator. de senatus consulto.

[V]olumus senatus consultum perpetua pro se optineant firmitatem tamen in nostris legibus idem prosequimur aliter tres ut si quis in spatiali supplicatione elicitendum aliquid receptum temptaverit ut transire ei formam liceat statutorum tertia primo in parte mulctatus et dampnatus ambitus crimine maneat infamis.

de veteri iure enucleando et auctoritate iuris prudentium qui in digestis referuntur. rubrica.

Imperator. [D]eo auctore nostrum gubernante imperium quod nobis a celesti maiestate traditum est et bella feliciter peragimus et pacem decoramus et statum rei publice sustentamus. Ita nostros animos ad dei omnipotentis erigimus adiutorium ut neque armis confidamus neque nostris militibus neque bellorum ducibus vel nostro ingenio sed omnem spem ad solam referamus summe providentiam trinitatis unde et mundi totius elementa processerunt et eorum dispositio in orbem terrarum producta est. Cum itaque nichil tam studiosum in omnibus rebus invenitur quam legum auctoritas que divinas et humanas res bene disponit et omnem iniquitatem expellit. repperimus autem omnem legum tramitem qui ab urbe condita et romuleis descendit temporibus ita esse confusum ut in infinitum extendatur et nullius humane nature capacitate concludatur: primum nobis studium fuit a sacratissimis retro principibus initium sumere et eorum constitutiones emendare et vie dilucide tradere quatenus in unum codicem congregate et omni supervacua similitudine et iniquissima discordia absolute universis omnibus promptum sue sinceritatis prebeant presidium. Et hoc opere consummato in uno volumine nostro nomine prefulgente coadunato cum ex paucis et tenuioribus relevati ad summam et plenissimam iuris emendationem pervenire properamus. Et omnem romanam sanctionem et colligere et emendare et tot auctorum dispersa volumina uno codici indita ostendere. Quod nemo alius neque sperare neque optare ausus est. res quidem difficillima immo magis impossibilis videbatur. sed manibus ad celum erectis et eterno auxilio invocato eam quoque curam nostris reposuimus animis deo freti qui et res penitus desperatas donare et consummare sue virtutis magnitudine potest. ad tue sinceritatis optimum respeximus ministerium et quod primo et hoc opus commisimus ingenii tui documentis ex nostri codicis ordinatione acceptis iussimusque quos probavimus tam ex facundissimis antecessoribus quam ex viris disertissimis togatis fori amplissime tue sedis assotiandum laborem

s. sanctionem etiam uocat tam imperatorum quam aliorum leges.

hic apparet quod leges principum et iurisconsultorum ... perfectus. s. lib.

eligere. His itaque collectis in nostrum palatium introductis nobisque tuo testimonio placitis totam rem faciendam permisimus, ita tamen ut tui uigilantissimi animi gubernatione res omnis celebretur.

Iubemus igitur nobis antiquorum prudentium quibus auctoritatem conscribendarum interpretandarumque legum sacratissimi principes prebuerunt libros ad ius romanum pertinentes et legere et elimare, ut ex his omnibus materia colligatur, nulla secundum quod possibile est neque similitudine neque discordia derelicta, sed ex his hoc colligi quod unum pro omnibus sufficiat. Quia autem et alios libros ad ius pertinentes scripserunt, quorum scripture a nullis auctoribus recepte nec usitate sunt, neque nos eorum uolumina nostram inquietare dignamur sanctionem.

Cum hec materia ad summam numinis liberalitatem collecta fuerit, oportet eam pulcherrimo opere extruere et quasi proprium et sanctissimum templum iustitie consecrare, et in libros quinquaginta et certos titulos totum ius digerere, tam secundum nostri codicis constitutionem quam edicti perpetui imitationem, prout nobis commodius esse patuit, ut nichil extra memoratam consummationem possit esse derelictum.

Et in his quinquaginta libris totum hoc ius antiquum per millesimum et quadringentesimum pene annum confusum et a nobis purgatum quasi quodam muro uallatum nichil extra se habeat, omnibus auctoribus iuris equa dignitate pollentibus et nemini quadam prerogatiua seruanda, quia non omnes in omnia sed certi per certa uel meliores uel deteriores inueniuntur.

Sed neque ex multitudine auctorum quod equius et melius est iudicatote, cum possit unius forsitan deterioris sententia et multos et maiores in aliqua parte superare. Et ideo ea que antea in notis Emilii Papiniani ex Ulpiano et Paulo et Marciano asscripta sunt, que antea nullam uim optinebant propter honorem splendidissimi Papiniani, constantiam respuentes, si quid ex his ad repletionem summi ingenii Papiniani laborum uel interpretationem esse necessarium perspexeritis, et hoc ponere legis uim optinens non moremini, ut omnes qui relati fiunt in hunc codicem prudentissimi uiri habeant auctoritatem tamquam si ad eorum studia ex principalibus constitutionibus profecta et a nostro diuino fuerint ore profusa. Omnia enim merito nostra facimus, quia ex nobis eis omnis impertietur auctoritas.

Nam qui non subtiliter factum emendat laudabilior est eo qui primus inuenit. Et hoc studiosum nobis esse uolumus, ut si quid in ueteribus libris non bene positum inueniatis uel aliquod superfluum uel minus perfectum, superuacua similitudine semota et quod imperfectum est repleamus et omne opus moderatum et quam pulcherrimum ostendatis.

Hoc etiam nichilominus obseruando, ut si aliquod in ueteribus legibus uel constitutionibus quas antiqui in suis libris posuerunt non recte scriptum inueniatis, et hoc reformetis et ordini moderato reddatis, ut hoc uideatur esse uerum et optimum et quasi ab initio scriptum quod a nobis electum et ibi positum fuerit, et nemo ex comparatione ueteris uoluminis quasi uitiosam scripturam arguere audeat.

Cum enim lege antiqua que regia nuncupabatur omne eius omnisque potestas populi

s. anctom / exceren / tem. repe / te. s. ancti / onem. ac. / Tanta / in con / trarium / neque iter / um simi / tudinem / adiunct. / ut. s. l. p. / Et nullam / et de nouo / co. e. fi. s. l. / presidii. / i. eum qui / est presidium / mortis. / omnia / centena. / milia uer / sum. i. sum / uersus p / pellat le / ges l. e. l. / [?]. tri / feret dig. / cos. r. suc. / actur. s. / natura. / et artem / constat. / eum ex di / uersis / partibus / partibus / s. tribus; / et sic ext / mitate. t / m. et sic / ex m. ele / mentis in / capit hic / libri. dig. / diuidere. / cis. ii. sib. / prouinc / ciam. i. di / gestorum / compila / tionem. de tu / telis conti / nentem. / s. ordina / tionem. qui / s. titulis / s. alii libri / eiadiaut. / narratio / s. adiun / gatur. te

tellianum. s. narratio adiungatur. respuentes. nos. monumentum. s. memoria. ius. repete. positum est. reg. s. ut.

Ouero omnia / extetente / i. docente / a cuius / Aliter scrip / tum est / dictum. i. / lex nota / ut. s. e. l. p. / et nomina / cunctis c / nunc ma / dat. instit / utiones. / fieri etc. / Quod op. / omnium / tibus. non. / tribus enim / factas le / ges quas fac / ad id quod non. / s. de insti. / to. c. insi. / Item non / quod iussa / pecunia / posse lib. / compara / ri quod fine / hodie. sic. / hic nota / duo uba / bona con / trarium / non codice. / i. dig. uit / to uti ins. / uo. ut. i. / aut. de re / ferenda. / et i. aut. / de tabul. / et. i. et in / tec. xxiii. / di. c. tale / sed quia / diuine. / nota hec / aute. mi / cipantur / s. i. p. [?] / contra. l. / dicit ibi. / confusa. / i. faceret / inequale / antique li / bri. nota / totum fa / lsum te / p. e. sic. ff. / de fur. tis

non sterit / nedum

uulgauit. et quod si totum ... siquis tabulas. uel dic ... de tri. sac. sic ex

flis. xii. i. dicomis. §. de no. C. co. in fi. cc. §o. ut ibi ... tam pro civitatibus quod temporibus ... resiudicata ...

romanam in imperatoriam translata sunt potestatem. Nos vero sectionem omnium duximus materias et materias conditorum partes sic totam nostram esse volumus ne quid possit antiquitas nostris legibus derogare et in tantum volumus eadem omnia cum reposita sunt optinere ut si aliter fuerant apud veteres scripta in contrarium autem in compositione inveniantur nullum crimen scripture imputetur sed nostre electioni hoc asscribatur.

Nulla itaque in omnibus predicti codicis membris antinomia sic enim a vetustate greco vocabulo nuncupatur aliquem sibi vendicet locum sed sit una concordia una consequentia adversario nemine constituto.

Sed et similitudinem fieri quidem in ea ab hac consummatione volumus exultare et ea que sacratissimis constitutionibus quasi in codicem nostrum redigimus cauta sint iterum ponere ex veteri iure non concedimus.

Cum enim divalium constitutionum sanctio sufficiat ad eorum auctoritatem nisi forte vel per repletionem vel per pleniorem indaginem hoc contigit. Istud tamen propria nostre continuationis lapsus oriatur aliquid in tali spatio spinosum.

Sed et si que leges in veteribus libris posite iam per desuetudinem abierint nullo modo vobis easdem ponere permittimus cum hec tantum modo optinere volumus que vel iudiciorum frequentissimus ordo exercuit vel longa consuetudo huius alme urbis approbavit secundum Salvii Iuliani scripturam que indicat debere omnes civitates consuetudinem Rome sequi vel legem que est caput orbis terrarum non ipsam alias civitates. Romam autem intelligendum est non solum veterem sed et regiam nostram que deo propitio cum melioribus condita est auguriis. Ideo quod iubemus a duobus istis codicibus omnia gubernari uno constitutionum altero iuris enucleati et in futuro codice componendi vel si quid aliud a nobis fuerit promulgatum institutionum vicem optinens ut rudis animus studiosus simplicibus enutritus facilius ad altiorem prudentie redigatur scientiam.

Nostram autem consummationem que a nobis deo annuente componitur digestorum vel pandectarum nomen habere sancimus nullis iuris peritis in posterum audentibus commentarios illi applicare et verbositate sua supradicti codicis compendium confundere quemadmodum et in antiquioribus temporibus factum est cum per contrarias interpretantium sententias totum ius pene conturbatum est sed sufficiat tantummodo per indices et titulorum subtilitates que paratitla nuncupantur quedam admonitoria eius facere nullo ex interpretatione eorum vitio oriundo.

Ne autem per scripturam aliqua in posterum fiat dubitatio iubemus non per signorum captiones et per compendiosa enigmata que per se et sua vitium antinomias in multis induxerunt eiusdem codicis textum conscribi et si numerus librorum significatur aut aliud quicquam nec enim hoc per specialia signa numerorum manifestari sed litterarum consequentiam explanari concedimus. Hec omnia igitur deo placito facere tua prudentia una cum aliis facundissimis viris studeat et tam subtiliter quam celerrimo fini tradere ut codex consummatus in .l. libris digestus nobis offeratur in maximam et eternam rei memoriam dei omnipotentis providentiam argumentum nostri im-

co aio ut imperpetuum eam non habat ut l. i. c. an dicat non adeo

quia magis dissente et e cutar. ff. vii. li. l. si. ut hic preterire rat annis .i. que .p. l. ista potat filius adire. et io dixit sera .p. tri. dicq. hic alius adi ueratibi non ar. ff. de mi. q si minor e. s secu .i. ff. de sucs. coic. l. i. e. si in tendum. t. cta. lex .i. de repu. h. l. si ec. no. tria fac contra istum. q minor q uis ignorant et q de lu cro certat. ac

[Glossa] Dilema. Incipit ta secais. sino emam capita. q tum tamen en minum au ditur ut .i. de repu. h. l. ult. que e casu nos in pretorio. Item non. q. tria fa ciunt contra ista. quia maior q de lucro cer tat et quia minor erra uit. ac tam illis omnibus. cum potius isti consule. periculores. al. secus. ff. de bo. pos. i bonorum. si ut q. uir ignorantia. non obstit minor principis

[I]psum nunc quoque ministerium gloriam.

Imperator. Tanta circa nos diuine humanitatis est prouidentia ut semper eternis liberalitatibus nos sustentare dignetur. Post bella enim parthica eterna uoce sopita postque wandalicam gentem ereptam et cartaginem immo magis omnem libiam romano imperio iterum sociatam et leges antiquas iam senio pregrauatas per nostram uigilantiam prebuit in nouam pulcritudinem et moderatum peruenire compendium quod nemo ante nostrum imperium umquam sperauit nec humano ingenio possibile esse penitus existimauit. Erat enim mirabile romanam sanctionem ab urbe condita usque ad nostri imperii tempora que pene in mille et quadringentos annos concurrunt intestinis prelijs uacillantem hocque in imperiales constitutiones extendere in unam reducere consonantiam ut nichil neque contrarium neque idem neque simile in ea inueniatur et ne gemine leges pro rebus singulis posite usquam appareant. Namque hoc celestis quidem prouidentie peculiare fuit. humane uero imbecillitati nullo modo possibile. Nos itaque more solito ad immortalitatis respeximus presidium et summo numine inuocato deum auctorem et totius operis presulem fieri optauimus et omne studium triboniano excelso magistro officiorum et exquestori sacri palatii nostri et exconsuli credidimus eique omne ministerium huiusmodi ordinationis imposuimus ut ipse una cum aliis illustribus et cum prudentissimis uiris nostrum desiderium inuestigando et perscrutando eaque ab his componebantur quicquid dubium et incertum inueniebatur

cum numine celesti recte emendabat et in competentem formam redigebat. ¶ Omnia igitur confecta sunt domino deo ihesu christo possibilitatem tam nobis quam nostris in hoc satellitibus prestante. Et principales quidem constitutiones .xii. libris digestas iam ante in nostro codice nostro nomine prefulgente constituimus. Postea uero aggressi sumus ipsa uetustatis studiosissima opera iam pene confusa et dissoluta eidem uiro excelso permisimus tam colligere quam certo moderamine tenere. Sed cum omnia percunctabantur a prefato uiro excelso suggestum nobis est duo pene milia librorum esse conscripta et plus quam tricies centena milia uersuum a ueteribus effusa que necesse esset omnia et legere et perscrutari et ex his si quid optimum fuisset eligere. Quod celesti fulgore et summe trinitatis fauore confectum est secundum nostra mandata que ab initio ad memoratum uirum excelsum fecimus et in .l. libros omne quod utilissimum erat collectum est et omnes ambiguitates decise nullo seditioso relicto. Nomenque libris imposuimus digestorum seu pandectarum quia omnes disputationes et decisiones in se habent legitimas et quod undique fuit collectum in sinus suos receperunt in .c.l. pene milia uersuum totum opus consummantes. Et in septem partes eos disensimus non perperam nec sine ratione sed in numerorum naturam et artem respicientes et consentaneam eis diuisionem partium conficientes. ¶ Igitur prima pars totius consummationis que greco uocabulo prota nuncupatur in .iiii. libros seposita est. ¶ Secundus autem articulus .vii. libros habet qui de iudiciis appellantur. ¶ In tertia uero congregauimus omnia

l. fi. e. plt. si ut non e debita. si quasi debita. ut .i. de cur. fu. l. fi. s. i. et sic non e uere cap minui. ite adimi potera li o capite putari cognati quia re nuntia cor no cettum ulla que sibi iste compete bat. s. vii libri. ut ff. de suc. edic. l. i. e. s. i. tendum uel dic q pretio po sita dire. te uir cam li. quia n repudia uit. ut .i. de inz. de lib. l. z. ac sine uoi de actar.

[Glossa] Si post diuisi one fac tam sine iudice .t. h. diuisti tuto i test ta me to. si sollep ni ca quo dam ext neo. igit o filii. fite ue ri. qa est falsum non posse quia nimi sollepne et sic no. q. statur testo et presunt sollepne connecta q. probet optinea. conte sit ff. fam. h. cium pu tatem u post sima n tetit diuisio etia sin

inta imprius uitandis. ut ff. e uir. i fac. ig. l. certo. hec aut e tam principi cum pris hereditas sit debita filie. ut .i. de codi. all.

ciat cohers. s. o. ubi cum iudice. h. sine iudice facta sunt di uisio. Item de .i. de testis. l. si dubium. e. fi. s. o. ut ibi .qst

victur nullo modo repeti condicione cum sit sollempne nil [illegible] p. aliam [illegible] ad [illegible] sine c. ut ff. de condic. sine c. l. [illegible]

que de rebus nominantur continuimus, septem libris ei deputatis. Quantus autem locus, qui totius compositionis quasi quoddam invenitur umbilicum, octo libros suscepit, in quibus omnia que ad ypothecam pertinent reposita sunt, ne utpote pigneraticia actione in libris de rebus posita multum distaret ab alio libro eidem incerto volumine, qui edilicium edictum et redhibitoriam actionem et duplam stipulationem, que de evictionibus proposita est, continet, quia hec omnia titulis emptionum et venditionum consentanea sunt et predicte actiones quasi pedissece illarum ab initio processerunt et in vetustioribus quidem edicti ordinatione in loca devia et multo distantia devagantes per nostram autem prudentiam eis coniugare cum oporteat ea que de eodem pene locuntur in confinio posuimus. Sequentibus itaque libris post duos primos nobis excogitatum est de usuris et de fenebri pecunia et de instrumentis et testibus et pactionibus nec non prescriptionibus memorati tres singulares libri in hac compositione de rebus positi sunt. Post hos si qua de sponsalibus vel nuptiis et dotibus legibus data sunt reposuimus tribus libris concludentes ea voluminibus. De tutelis autem et curationibus geminos libros conscripsimus et memoratam ordinationem octo librorum mediam totius corporis reposuimus omnia undique tam utilissima quam pulcherrima iura continentem. Quintus autem ex ordine liber digestorum articulus, in quo de testamentis vel codicillis tam privatorum quam militum omne quicquid antiquitus definitum invenimus, reposita que de testamentis appellantur; de legatis autem et fideicommissis .v. librorum numerus aggregatus est. Cumque nichil tam peculiare fuerat quam ut legatis quidem legis Falcidie remedium aggregetur, fideicommissis autem senatus consulti Trebelliani, singularibus utrisque eorum applicatis tota pars quinta in .ix. libros coadunata est. Solum autem senatus consultum Trebellianum ponendum esse existimavimus, capitulis enim in ipsis verbis otiosas Pegasiani senatus consulti ad se tam superfluas quam scrupulosas diversitates respuentes totum ius super hiis positum Trebelliano senatus consulto adiudicavimus. Sed in hiis nichil de caducis nobis memoratum est, ne causa que in rebus non prospere gestis et tristibus temporibus Romanis incidit calamitatibus et bello convalescens civili in nostris remaneat temporibus, que favor celestis et pacis vigor firmavit et super omnes gentes in bellicis victoriis posuit, nec luctuosum monumentum leta seculi vita inumbrare concedatur. Sexta deinde pars digestorum exoritur in quibus omnes possessiones bonorum posite sunt, que tam ad ingenuos quam ad libertinos respiciunt, et omne ius de gradibus et affinitatibus descendit, linea hereditatis et omnis ab intestato successio et Tertullianum et Orfitianum senatus consultum fuit, ex quibus invicem filii invicem heredes existunt; in geminos libros contulimus bonorum possessionis multitudinem in compendium et manifestissimum ordinem concludentes. Post hec ea que de operis novi nuntiationibus et damno infecto et pro edificiis diruptis et eorum insidiis et que de aqua pluvia arcenda veteribus auctoribus placita sunt necnon duplicationibus et donationibus

medietatis quod ei debet [illegible] credens esse accipientis [illegible] [illegible] non mutavit ut ff. de condic. ca. da. [illegible]

l. [illegible] et ad [illegible] q. civilis et naturalis [illegible] debitum vel naturaliter tantum sed sic naturaliter debitum naturaliter solutum

no repetitur ut ff. de edic. in tit. fit remissi. et. j. e. cum quis. resi[illegible]

[illegible marginal gloss]

confitendis tam inter vivos quam mortis causa legibus invenimus in librum singularem deduximus. De manumissionibus autem et de lubrica causa aliis liberalis (?) quam a dominii de acquisitione tam dominii quam possessionis et de titulis qui eam inducunt multe et varie electiones uni sunt in sexto volumine. Alio libro deputato huiusque iudicati vel in iure confessi sunt et de bonorum descensionibus aut ne quid in fraudem creditorum fiat. Post hec omnia in edicto causa glossata sunt et deinceps exceptiones sed de temporibus prescriptionibus (?) et obligationibus et actionibus libro item singularis extenditur ut prefata sexta pars totius digestorum voluminis octo libris diffinatur.

Septimus autem et novissimus articulus digestorum sex libris formatus est quo de stipulationibus seu verborum obligationibus et de fideiussoribus et mandatoribus necnon novationibus et solutionibus et acceptilationibus de pretoriis stipulationibus cautum est quod ius invenimus gemino volumine inceptum est quod in libris antiquis nec invenire possibile fuit. Post hec duo terribiles libri positi sunt pro delictis privatis et extraordinariis necnon publicis criminibus qui omnem continent severitatem penarumque atrocitatem quibus permixta sunt et que audacibus hominibus cauta sunt qui se celare conantur et contumaces existunt et de penis que condempnatis infliguntur vel conceduntur necnon de bonis eorum. Sub autem singularis pro appellationibus nobis excogitatus est ad omnes tam civiles quam criminales causas finientes. Cetera autem omnia iura que de municipalibus et decurionibus et muneribus vel publicis operibus vel nundinis et pollicitationibus atque diversis cognitionibus et censibus et significatione verborum a veteribus inventa sunt cohererent diffinita in se recepit quinquagesimus totius consummationis perfectus.

qui ex tunc sacre curie conveniebat acc. que extitit p[illegible]

Que omnia confecta sunt per virum excelsum nec non prudentissimum magistrum et exquestorem et consulem Tribunianum qui simul et eloquentie et iuris scientie artibus decoratus et in ipsis rerum experimentis eminuit. Nichilque maius nec carius nostris umquam iussionibus duxit. Nec non per alios viros magnificos et studiosissimos prefata sunt id est Constantinum virum illustrem comitem sacrarum largitionum et magistrum scrinii libellorum sacrarum cognitionum qui se nobis ex ipsa bona opinione et gloria sese commendavit. Nec non Theophilum virum illustrem iurisperitum in hac splendidissima civitate laudabiliter optimam legum gubernationem extendentem et Dorotheum virum illustrem et facundissimum questorem quem in Berytensium splendidissima civitate leges discipulis propter eius optimam opinionem et gloriam ad nos deduximus participemque huius operis fecimus. Sed et Anatolium virum illustrem magistrum qui ipse apud Berytenses iuris interpres constitutus ad hoc opus adiectus est vir ab antiqua stirpe legitima procedens cum et pater eius Leontius et avus eius Eudoxius qui post patricium incliti recordationis questorem et antecessorem et Leontium virum gloriosissimum prefectorum consularem atque patricium filium eius optimam sui memoriam in legibus reliquerunt. Nec non et Cratinum virum illustrem et comitem sacrarum largitionum et optimum antecessorem huius alme urbis constitutum qui omnes ad deum opus electi sunt una cum Stephano Menna Prosdocio Eutolmio Leonido Leontio Platone Iacobo Constantino Iohanne viris prudentissimis qui patroni causarum fuerunt apud maximam sedem prefecture orientalibus pretoriis omnis autem sue virtutis testimonium undique accipientes a nobis ad tanti operis consummationem electi sunt et cum omnes

[illegible marginal gloss]

ante lite est. item signat. ff. de confessis. l. si is a quo ... ibi dicit: qui ibi sint confessus extra sciat ... ibi speciale quia interetur ...

[illegible] alieni ... ut patet ... melius vincit qui ibi assistit quam ...

I

ligant aut l. illam aut tibi dicam et ... de fideic. l. ... de co ... tor aut sententiam predicat et tamen est ... ut ... pro co ...

in unum convenirent gubernatione
Triboniani viri excelsi sic tamen quod nobis
auctoribus possint confici et deo propitio
in .l. libros opus summatum est. Tanta autem
a nobis antiquitatis habita est reverentia ut
nomina prudentium taciturnitati tradere
de nullo patimur, immo sed unusquisque
eorum qui auctor legis fuit nostris digestis
inscriptus est: hoc tantummodo a nobis
effecto ut si quid in legibus eorum vel
supervacuum vel imperfectum aut mi-
nus idoneum visum est, adiectionem
vel diminutionem necessariam accipiat
et rectissimis tradatur regulis. Et ex mul-
tis similibus et contrariis quod rectius habere ap-
parebat, hoc pro aliis omnibus positum est.
Unaque omnibus auctoritas indulta est, ut
quicquid ibi scriptum est, hoc nostrum appareat
et ex nostra voluntate compositum: ne-
mine audiente comparare ea que
antiquitas habebat his que nostra auctoritas
introduxit, quia multa et maxima
sunt que propter utilitatem rerum que sunt
transformata, adeo ut si principalis constitutio
fuerat in veteribus libris relata, nec enim
perpeximus, sed in hanc corrigendam
esse putavimus et in melius instauran-
dam. Omnibus enim in veteribus rel-
ictis quicquid legum veritati decorum
aut necessarium fuit, hoc nostris emendationibus
servavimus. Et propter hanc tamen si quid inter eos
dubitabatur, hoc iam in tutissimam
pervenit quietem, nullo titubante relic-
to. Sed cum perspeximus quod ad por-
tandam tante sapientie molem non sunt
idonei homines rudes et qui in primis legum
vestibulis stantes et intrare ad archana
earum properantes, et aliam mediocrem
eruditionem preparandam esse censuimus,
ut sub ea collocati et quodammodo primitus
imbuti possint ad penetralia earum
intrare et formam legum pulcherrim-
am non coniventibus oculis accipere. Et
ideo Triboniano viro excelso qui ad totius
operis gubernationem electus est nec non
Theophilo et Dorotheo viris illustribus

et facundissimis antecessoribus accer-
sitis mandavimus ut ex his libris
quos veteres composuerunt, qui prima
legum argumenta continebant et insti-
tutiones vocabantur, separatim collectis que-
quid ex his utile et aptissimum et
undique sit elimatum et rebus que in pre-
senti evo in usum vertuntur consentane-
um invenitur. Hec capere studeant et
in .iiii. libris reponere et totius eruditio-
nis prima fundamenta atque elementa po-
nere, quibus iuvenes suffulti possint gravi-
ora et perfectiora legum scita sustentare.
Admonuimus autem non memores eos
fieri nostrarum constitutionum quas pro emen-
datione iuris promulgavimus, et in con-
fectione institutionum eique eandem emen-
dationem ponere non omiserunt, ut sit mani-
festum et quod antea vacillabat et quod ad
instabilitatem redactum est. Quod opus
ab his perfectum ut nobis oblatum et reli-
ctum est, et pro non suscepimus animo et
minis sensibus non indignum esse iu-
dicavimus, et predictos libros constitutionum
vicem habere iussimus, quod in oratione nostra
quam eisdem libris preposuimus decla-
ratur. Igitur omnis romani iuris
dispositio composita et in tribus volumi-
nibus, id est institutionum et digestorum seu
pandectarum nec non constitutionum per-
fecta et in tribus annis consummata,
que ut primum separari cepit vix in toto
decennium compleri sperabatur. Omnipoten-
ti deo et hanc operam ad hominum sus-
tentationem prebuimus, optulimus, ais u-
beres gratias maxime deitati reddimus
que nobis prestitit bella feliciter agere et ho-
nesta pace potiri et non tantum nostro sed omni
evo tam instanti quam in posterum le-
ges optimas ponere. Omnibus itaque
hominibus eandem sanctionem mani-
festam facere necessarium esse perspeximus
ut sit eis cognitum quadam confu-
sione et iniquitate absoluti in quanta
moderatione et in summam veritatem per-
venerint leges que in posterum habent tam

aut ne sanctum ... in non testamentum ad ... suis eius ... ad iussum ... quo quia ... ut dicitur ab orto. quia manumittitur ab eis qui tenent ad ortum vel ad mortem ipsius qui succedit ab intestato ...

i. uolitas. non potuerit, immo dicit quod etiam tibi heredis uolitas naturali erat debita. libertas ex uoluntate testatoris

directas quam compendiosas omnibus
que in promptu positas et ad possiden
dum libros earum felicitatis facultatem
ydoneas ut non mole diuitiarum
expensas possint homines supra acie
legum multi multitudinis ad ip
sius uolumina sed uilissima pecunia
facilis eorum comparatio pateat tam
ditioribus quam tenuioribus minimo
pretio magna prudentia reparanda.
Si quid autem in tanta legum compositione
que ab immenso librorum numero
collecta est simile forsitan raro inue
niatur nemo hoc uituperandum existi
met. sed primum quidem inbecillitati hum
ane que naturaliter inest hoc inscri
bit. Quia omnium habere memoriam
et penitus in nullo peccare diui
nitatis magis quam mortalitatis est et
a maioribus dictum est. deinde scientibus simili
tudo nec positio breuissimum assump
ta non utilitatis est nec cura nimia pro
positum hoc subsecutum. aut enim lex
ita necessaria erat in diuersis titulis propter eius
cognitionem applicari eam oporteat.
aut cum sit aliis diuersis permixta
impossibile erat eam per partes dese
cari ne totum confundatur. et in his par
tibus in quibus perfectissime diuisione
expositi ueterum fuerant que particula
tim in ea fuerat sparsum hoc diuideretur
separare penitus erat inculenter ca
sensus quam aures legentium ex hoc
perturbentur. Similitudinem si quid
principalibus constitutionibus cautum est
hoc in digestorum uolumine nu
llo modo poni concessimus in modo quasi
rescisione sufficiente nisi forte id ex
huiusdem causis quibus similitudo ass
umpta est. Contrarium autem aliquid
in hoc positum codice nullum sibi lo
cum uendicabit. nec inuenietur si quis
subtili animo diuersitates rationis
excutiet. sed est aliquid nouum inuentum
uel occulte positum quod dissonantiam
et querelam dissoluit et aliam natu(ram)
inducit discordie fines effugien
tem. sed et si quid forsitan pretermissum
est quod in tantis milibus quod in profundo
positum latitabat et cum fuerit
ydoneum poni obscuritate in
uolutum necessario derelictum est. Quis
sine hoc apprehenderet recto animo po
situs primum quidem propter ingenii morta
lis exiguitatem deinde propter ipsius rei
natiuum que multis inutilibus permi
xtum nullam sibi ad eruendam pro
buit copiam deinde quod multo utilius
est pauca ydonea effugere quam multum in
utilibus homines pregrauari. Cum
rabile autem aliquid ex his libris sem
sit que multitudo antiqua presente bre
uitate pauciora inuenietur. Homines
enim quando antea lites agebant licet mul
te leges fuerant posite tamen ex paucis
lites perferebant uel propter inopiam librorum
quos comparare eis impossibile erat
uel propter insciam et uoluntate iudicum
magis quam iura auctoritate lites dirim
ebantur in presenti autem consummatione
nostrorum digestorum et antique leges col
lecte sunt uoluminibus quorum no
mina et antiquiores homines non
dicimus nesciebant. sed nec umquam
audiebant. que omnia collecta sunt
tota amplissima et coaggregata indigen
a quod antiqua multitudo inueniatur
opulentissima et breuitas nostra effi
ciatur. Antiquorum autem sapientium cop
iam maxime tribunianus uir exc
ellentissimus probauit in quibus multa
fuerant ex his eruditissimis hominibus
incognita quibus omnibus perlectis si quid
quid ex his pulcherrimum erat hoc
semotum in optimam nostram co
positionem peruenit. Sed huius opus con
ditores non solum ea uolumina
perlegerunt ex quibus leges posite sunt
sed et alia multa que nichil uel inutile
uel nouum in eis inuenientes quod ex
ceptum in nostris digestis applicaret
optimo animo respuerunt. Sed

constitutionum

nam hec uerba non sunt ante libertatis. ut .i. de testamentis mil. l. ex his uerbis. sed pot. itaque etiam quod hic aliud quam ibi quia ibi

ut .i. ad l. fal. l. cetero iure dicit uolitate non sollempni debebat. heres hec legata distinguit quia ante eam ibi indebitum

tunt solū pignorā īm fā repetitur vel n̄ ō utrbz stā . lex ... repetitur secus si sū uz̄ ut ff. de cond. indeb. l. iudicium et ff.

quia divine quidem res perfectissime sunt, humani vero iuris condicio semper in infinitum decurrit et nichil est in ea quod stare perpetuo possit. Multas enim formas edere natura novas deproperat, non desperamus quedam postea emergi negotia que adhuc legum laqueis non sunt innodata. Si quid igitur tale contigerit, augustum imploretur remedium, quia ideo imperialem fortunam rebus humanis deus preposuit, ut possit omnia que noviter contingunt et emendare et componere et modis et regulis competentibus tradere. Et hoc non primum a nobis dictum est, sed ab antiqua descendit prosapia, cum et ipse Iulianus legum et edicti perpetui subtilissimus conditor in suis libris hoc retulit, ut si quid imperfectum inveniatur ab imperiali sanctione hoc repleatur. Et non ipse solus, sed et divus Adrianus in compositione edicti et senatus consulto quod eum secutum est hoc apertissime diffinivit, ut si quid in edicto positum non invenitur, hoc ad eius regulas eiusque coniecturas et imitationes possit nova instruere auctoritas.

Hec omnia igitur scientes, patres conscripti, omnes orbis terrarum homines gratias quam amplissimas agite summe divinitati, que vestris temporibus tam salubrem opus servavit. Quod enim antiquitas digna divino non est visa iudicio, hoc vestris temporibus indultum est. Veneremini itaque has leges et adorate et observate omnibus antiquioribus quiescentibus, nemoque vestrum audeat vel comparare eas prioribus vel si quid dissonans in utraque est requirere, quia omne quod hic positum est hoc unicum et solum servari censemus. Nec in iudicio nec in alio certamine ubi leges necessarie sunt ex aliis libris nisi ab eisdem institutionibus et nostris digestis et constitutionibus a nobis compositis vel promulgatis aliquid recitare vel ostendere conetur, nisi temerator velit falsitatis crimini subiectus una cum iudice qui eorum audientiam accommodaverit penis gravissimis laborare.

Ne autem incognitum nobis fiat ex quibus veterum libris hec consummatio ordinata est, iussimus hoc in primordiis digestorum nostrorum inscribi, ut manifestum sit ex quibus legislatoribus quibusque libris eorum et quot milibus hoc iustitie romane edificatum est.

Legislatores autem vel commentatores eos elegimus qui digni tanto opere fuerant et quos antiquiores piissimi principes admittere non sunt indignati, omnibus uno dignitatis apice impertito nec quodam illis quasi prerogativam vendicante.

Cum enim constitutionum vicem et has leges optinere sancimus quasi ex nobis promulgatas, quid amplius aut minus in quibusdam esse intelligatur, cum una dignitas una potestas omnibus est indulta?

Hoc autem quod ab initio nobis visum est, cum hoc opus fieri deo annuente mandavimus, tempestivum nobis videtur et in presenti sancire, ut nemo neque eorum qui in presenti iuris peritiam habent nec qui postea fuerint audeant commentarios hisdem legibus annectere, nisi tantum si velit eas in grecam vocem transformare sub eodem ordine eaque consequentia sub qua voces romane apposite sunt. Hoc quod greci dicunt catapoda, et si qui forsitan piculorum subtilitatem adnotare maluerint et ea que paratitla nuncupantur componere. Alias autem legum interpretationes, immo magis perversiones eos iactare non con-

inde. Et ff. sz fallit in casibus qui quem non ... notavi si aut est utroque iure debitum si quidem perpetua dilatoria solutum per errorem sed ope exceptionis indebitum ... sollempni voluntate ... et si est sollempnis et extra omnes legata ... quarta ...

cedimus nec verbositas eorum
aliquid legibus nostris afferat ex
confusione dedecus. quod et in an-
tiquis edicti perpetui commentato-
ribus factum est: qui opus moderate con-
fectum huc atque illuc in diver-
sas sententias producentes in infini-
tum detraxerunt ut pene omnem
romanam sanctionem esse confus-
am. quos si passi non sumus, quem-
admodum posteritatis admittatur va-
na discordia. Si quid autem
tale facere ausi fuerint ipsi quidem falsita-
tis rei constituantur. volumi-
na eorum omnimodo corrum-
pentur. Si quid vero ut supra
dictum est ambiguum fuerit visum
hoc ad imperialem cultum per
iudices referatur et ex auctoritate
augusta manifestetur cui so-
li concessum est leges condere et
interpretari. Eandem autem penam
falsitatis constituimus et adver-
sus eos qui in posterum leges
nostras per signorum obscuritatem
ausi fuerint conscribere. Omnia
enim id est nomina prudentium
et titulos et librorum numeros
per consequentias litterarum volu-
mus non per signa manifesta-
ri. ita ut qui talem librum sibi
paraverit in quo signa posita
sunt in qualem locum libri
vel voluminis sciat inutilis
esse se codicis dominum. neque enim
licentiam aperimus ex tali codice
in iudicium aliquid recitare
quod in quacumque sui parte signorum
habet maleficia. ipse autem librarius
qui ausus fuerit inscribere quietos
non solum criminali pena ut
predictum est plectetur sed et libri estima-
tionem in duplum domino
reddat si et ipse dominus ig-
norans talem librum vel com-
paraverit vel confici curaverit
quod et antea nobis dispositum est
in constitutione Graeca ad legum pro-
fessores permisimus. Leges
autem nostras que in his codici-
bus id est institutionum seu elementorum
et digestorum vel pandectarum
posuimus suum optinere ro-
bur ex tertio nostro felicissimo sanci-
mus consulatu presentis
duodecime indictionis tertio
kalendas ianuarias in omne evum
valituras et una cum nostris con-
stitutionibus pollentes et suum vi-
gorem in iudiciis extenden-
tes in omnibus causis sive que
postea emerserint sive in iudiciis ad-
huc pendent nec eas iudicia-
lis vel amicabilis forma com-
pescuit. Que enim iam ex
iudiciali sententia finita sunt vel
amicabili pacto sopita hec re-
suscitari nullo concedimus modo.
Unde autem et per eundem nostrum in tertio
nostro consulatu has edere leges
quia maxime dei et domini no-
stri ihesu christi auxilium felicissi-
mum eum inferri perdona-
vit cum in hoc et bella parthica
abolita sunt et quieti perpetue
tradita et tertia pars mundi nobis
accrevit. post europam enim et
asiam tota libia nostro imperio
adiuncta est et tanto operi legum
caput impositum est. omnia
celestia dona nostro tertio consu-
latui indulta sunt. itaque omnes
iudices nostri pro sua iurisdictione
easdem leges suscipiant et tam
in suis iudiciis quam in hac re-
gia urbe habeant et proponant et
precipue viri excelsi huius al-
me urbis prefectus. cure autem e-

Lex prima in libro privilegio militie ... post sententiam diffinitivam potest opponi ... h. d.

Lex cum ignorantia iuris non excusat in omissione matris hereditatis

si et si accusat ... l. ad. l. iul. ma. ... l. famosi ... l. actor.

Lex si emancipata ignorantia iuris non excusat in omissione patris hereditatis

tibus exceptis prefecti pretorii tam orientalibus quam illiricis nec non urbis prefectis auctores dominum qui sue iurisdictioni suppositi sunt eas manifestare. **De iuris et facti ignorantia.**

Constitutionum Impr. quidem ignorantiam a defensoribus gentes ignorantiam iuris pretextu simplicitatis et rusticitatis multe allegationes competentes omnes scis tamen si non dum satisfecisti per minutorem licet excepisti et ipsa convenire defensionibus. Idem. Cum ignorantis tuis utilia iuris exceptionem facile non possis si maior annis .xxv. hereditati matris tue renuntiasti frustra sera precem et subvenire desideras.

Impr. Si emancipata a patre intra annum bonorum possessionem petere cessasti pretendere iuris ignorantiam nullis rationibus potes.

Impr. Si post divisionem factam testamenti vinculum in lucem emersit ex his que per ignorantiam confecta sunt pretudicium tibi non comparabitur. Ostende igitur apud rectorem virum clarissimum nam iterum testamentum vel fideicommissum deficere usurus rationem stare non posse ut infirmata scriptura que testamenti vice prolata est solidam successionem optineas.

Idem. Cum falsa demonstratione mutari substantia veritatis minime possit reddendo id quod promissum erat ex matris esse bonis mihi.

Idem. Cum intestatam egisti nullo iure constitit ex eius que ab intestato successit professione sola velut ex testamento liberos per errorem profitentis, ostium proprium. Ubi si non ipsius accessit iudicium eum errantis voluntas nulla fit effica non potuerunt.

Idem. Si non transactionis causa sed indebitam errore facti olei materiam vos archiano constipulanti dare spopondisse rectoram provincie adiverit, provincie reddito quod debetis residui condicentes liberationem audiet.

Idem. Error facti nec dum negocio finito nemini nocet nam causa decisa vel animo tali non instauratur.

Idem. Non idcirco minus quod avo bis ueruit ab his debitam accepisse pecuniam famulus dicatur cum mulus sit errantis consensus movere status quod eum prohibentur eius heredes.

Idem. Cum quis ius ignorans indebitam pecuniam persolverit cessat repetitio. Per ignorantiam enim facti tantum repetitionem indebiti soluti competere tibi notum est.

Impr. Quamvis in lucro nec feminis ius ignorantibus subveniri solet tamen contra etatem adhuc impuberum locum hoc non habere retro principum statuta declarant.

Impr. Constitutiones principum nec ignorare quemquam nec dissimulare permittimus.

Impr. Ne passim liceat mulieribus omnes suos contractus retractare in his que pretermiserint vel ignoraverint statuimus si per ignorantiam iuris dampnum aliquod circa ius vel substantiam suam patiantur in his tantum casibus in quibus preteritarum legum auctoritas eis suffragatur subvenire. **De precibus imperatori offerendis et de quibus rebus supplicari liceat vel non.** Imperator. **Rubrica.**

retitat ... ff. b. ... et de ... appellat ... l. ... cos. ... consiliary ... princeps ... prefecti ... introducentibus ... referendarius ... ut. ma. aut. ut ...

Que supplicatio gloriosissimis prefectis vel consiliariis eorum vel causas ... infra x. dies post sententiam offendi ... quo subsecuto non alias sententia executioni mandabitur nisi victrix pars dignam fideiussionem prebuerit cum restituendi ... executio cause sine fideiussore procedet ... omnis iure ullo quando qui se gravatum putaverit

Licet sint condicionis defensionis de precibus facile capax non sit tamen ad nos si sceleris atrocitas et laudabilis fidei exemplum suppeditandi ... ut prefecto pretorio ... annotationis nostre demandaremus ... ut auditis his que in libello contulisti et reos investigaret et severissimam vindictam iuxta legum censuram exerceret.

Nec damnosa fisco nec iuri contraria postulari. ... Imp. Universa rescripta ... quem debitorum causis ... dilationibus promulgatur nec alias valeant nisi fideiussio ydonea super solutione debiti prebeatur.

Imp. Quotiens rescripto nostro moratoria prescriptio remittitur aditus supplicandi pandatur. Que autem totius negotii cognitionem tollit et intres principalis negotii exhaurit sine que ... dispendio convelli non potest nec prescriptionis ... relaxatio petatur.

Imp. Si quis adversus prefectorum pretorio sententias duxerit supplicandum ... nullam habebit licentiam iterum super eandem causam supplicandi.

Imp. Universis ... simul hanc observantiam remittimus ut si a quocumque ... conditionis constituto vel ... supplicante impetratum fuerit rescriptum minime requiratur ... preces oblate sunt.

Imp. Rescripta ... ab omnibus iudicibus ...

refutari ... forte aliquid tale est quod non ledat alium ... petentium vel etiam in supplicationibus indulgendo.

Imp. Iniuriorum exempla ... non prosint precibus adiunxisse secundum ... eorum in supplicatione ... ut ... principalis ... accipiat cognoscendam his solis cum necessitas exegit ... quorum de sensu inter partes dubitari contigit ut ... expectetur ...

Quando libellus principi datus

Imp. Litis contestationem

Dubium non est contestationem intelligi ... preces oblate ... adversus eius ... porrecte sunt vel ab ... exercere.

Imp. Temporales actiones que per oblationes precum ad eas ... diffinire ... nequis putet alias ... sciant ... oblationes precum ... ad eas rescripta ... annali tempore ... sunt.

ut lite pendente vel post provocationem ante diffinitivam sententiam nulli liceat imperatori supplicare

Imp. Licet ... supplicasti prius quam rescriptum impetrares preses provincie ... pronuntiavit ... provocaveris rescriptum quod ... secutum esse suggeris ad detrahenda ea que decreto ... sunt non patrocinatur.

Imp. Supplicare causa pendente non licet, nisi actorum vel provinciae omnis editio denegetur. qui autem condempnatam rescripto vel consultatione quidem exquisito suffragio resuscitare conabitur, nomine eius ultimi existimationem adversario suo prestet et condempnetur. omnium venia deneganda si quis contra hoc supplicare temptaverit.

Id. Quicumque provocationem omisit, precatio sibi debebit nec a nobis imprudens petere per supplicationem temptet auxilium. quod si fecerit, desidio suo carebit et ignominie pena notabitur.

Si contra ius vel utilitatem publicam vel per mendacium aliquid fuerit postulatum vel impetratum.

Imperator. Non ideo minus is cum nostra annotatione rescripto cognitionem delegatam iudicare precepit quod ex gestis quedam in precibus omissa proponis. ‧ ƒ. Bona

Id. Prescriptione mendaciorum opposita, sive in tuis narratione mendacium reperiatur, sive in silentio sive in tacendi fraude, pro tenore veritatis non deprecantis affirmatione datum iudicem cognoscere debere, et secundum hoc de ea causa convenit ferre sententiam.

Imp. Primum iubemus xl librarum auri multa iudices qui vetitum precum argui[illegible] tatem.

Id. Et si non cognitio sed executio mandatur de veritate precum inquiri oportet, ut si fraus intervenit, de omni negotio cognoscatur.

Imp. Et si legibus consentaneum sacrum oraculum mendax precator attulerit careat penitus impetratis, et si nimia mentientis inveniatur improbitas, etiam severitati subiaceat iudicantis.

Imp. Omnes cuiuscumque maioris vel minoris administrationis universe nostre rei publice iudices monemus ut nullum rescriptum, nullam pragmaticam sanctionem, nullam sacram adnotationem que generali iuri vel utilitati publice adversa esse videatur in disceptatione cuiuslibet litigii patiantur proferri, sed generales sacras constitutiones modis omnibus non dubitent observandas.

De diversis rescriptis et pragmaticis sanctionibus. Rubrica.

Imp. Si libellum de communi causa utique fratrum tuorum dedisti quamvis rescriptum ad unius personam directum sit, tamen utrique prospicere.

Id. Falso asseveratur auctoritatem rescriptorum devoluto spatio anni optinere firmitatem suam non oportere, cum ea que ad ius reservant perhennia esse debent, si modo tempore intra quod allegari vel uti debeant non sit comprehensum.

Imp. Scimus ut auctentica ipsa atque originalia rescripta et nostra manu subscripta non exempla eorum insinuentur.

Imp. Si qua beneficia personalia sine die et consule fuerint comprehensa auctoritate careant.

Imp. Sacrilegii instar est [illegible] super quibuscumque administrationibus promulgandis vel dignitatibus obviare beneficiis.

Imp. Sacri affatus quoscumque nostre mansuetudinis in quacumque parte paginarum scriptos non alio vultu penitus aut

colore in purpurea tinctionis infectione inlustrent, sed ut cocti muricis extincti concrementum ardore ignis [illegible]. Ea quoque tantummodo fas sit proferri vel dictari rescripta, quibus exemplum in iudiciis quae in cartis sive in membranis subnotatione nostrae subscriptionis impressit. Caveant autem sacri encausti confectionem nulli sit licitum aut concessum habere aut quaerere aut a quoquam comparare, eo videlicet qui hoc egisse fuerit tyrannico spiritu post proscriptionem bonorum omnium capitali non immerito pena plectendo. L. Leo

Imperator. Universa rescripta sive in personam precantium sive ad quemlibet iudicem manaverint, quae vel adnotatio vel quaevis pragmatica sanctio nominentur, sub ea condicione proferri praecipimus, si preces veritate nituntur, nec aliquem fructum precator oraculi percipiat impetrati, licet in iudicio adfirmet veritatem, nisi quaestio fidei precum imperiali beneficio monstretur innixa. Nam viri magnifici quaestores nostri et viri spectabiles magistri scriniorum, qui sine praefata adiectione qualecumque divinum responsum dictaverint, et iudices qui susceperint, reprehensionem subibunt; et qui illicite dictata scribere ausi fuerint cuiuscumque scrinii memoriales seu pragmaticarii vel adiutores, privatione cinguli feriantur. Pragmaticas praeterea sanctiones non ad singulorum preces super privatis negotiis proferri, sed si quando corpus aut schola vel officium vel curia vel civitas vel provincia vel quaedam universitas hominum ob causam publicam fuderit preces, manare decernimus, ut in his veritatis inquisitio reservetur.

Imperator. De statuis et imaginibus

Si quis iudicum acceperit aeneas vel argenteas vel marmoreas statuas ex imperiali beneficio in administratione positus, detegetur emolumenta quae accepit in ea posita dignitate, quam polluit, cum extortis titulis vel praesumptis in quadruplum fisco nostro inferat, simulque noverit existimationis suae penam se subiturum. Nec eos sane a periculo pudoris habere immunes volumus, qui adulandi studio aut metu magis trepidantis ignaviae [illegible] temptaverint.

Imperator. Si quando statuae nostrae vel imagines eriguntur seu diebus, ut assolet, festivis sive communibus, adsit iudex sine adorationis ambitioso fastigio, ut ornamentum diei vel loco nostrae recordationis sui probet accessisse praesentiam.

Imperator. In nostrae serenitatis imaginibus ac statuis erigendis privatae collationis iniuriam propulsari praecipimus, ne quid in eo suum collator agnoscat.

Idem. Et virtutum praemia tribui merentibus convenit, et aliorum honores aliis damnorum occasiones fieri non oportet. Ideoque quotiens vel iudicibus nostris vel civilibus aliis statuta fuerit a quocumque collegio seu officio vel in hac sacratissima civitate vel in provinciis postulatio, nequaquam ex descriptione sumptus colligi patimur, sed eius cuius ad honorem petitur expensis propriis statuam collocari praecipimus.

De statuis et imaginibus

Imp. **De his qui ad statuas confugiunt.**

Eos qui ad statuas vel vitandi metus vel causa de/invidie causa confugiunt si cautas habuerint causas quibus confugere ad imperatoria debuerint simulacra iure ac legibus vindicent. Si vero probati fuerint artibus suis invidiam inimicis creare voluisse ultrix in eos sententia proferatur.

De officio prefecti pretorio orientis et illirici.

Imp. Libellus prefecto pretorio datus potestatem de hoc non potest.

Idem. Formam a prefecto pretorio datam et si generalis sit minime legibus vel constitutionibus contrariam si nichil postea ex auctoritate mea innovatum est servari equum est.

Imp. Si quos iudices vel propter adversam longinquam corporis valetudinem vel propter negligentiam aut furtum vel aliquod simile vitium sublimitas tua inutiles esse reperiet, hiis ab administratione remotis et vice eorum aliis subrogatis, furibus poenis tamen subditis ad nostre mansuetudinis scientiam non crimina sed vindicta referatur.

Idem. De ordinario iudice semper illustris est cognitio prefecture licet militari viro ab eo fuerit facta iniuria.

Imp. Si qui posthac veluti indebitis honoribus gravati ad proceres crediderint convolandum sive de naviculariis honoribus sive de transvectionibus reputaque de omnibus hiis atque huiusmodi ordinationibus emitti contigit ad sedem sublimitatis tue rescribentes.

De officio prefecti pretorio Affrice et de omni eiusdem diocesios statu.

Imperator.

Quas gratias aut quas laudes domino deo nostro Ihesu Christo exhibere debeamus nec mens nostra potest concipere nec lingua proferre. Multas quidem et antea a deo meruimus largitates et innumerabilia circa nos eius beneficia confitemur pro quibus nichil dignum nos egisse agnoscimus. Pre omnibus tamen hoc quod nunc deus omnipotens per nos pro sua laude et pro suo nomine demonstrare dignatus est excedit omnia mirabilia opera que in seculo contigerunt ut Affrica per nos tam brevi tempore reciperet libertatem. Ante centum enim quinque annos a Wandalis captivata que animarum fuerunt simul hostes et corporum. Nam animas quidem diversa tormenta atque supplicia non ferentes rebaptizando ad suam perfidiam transferebant. Corpora vero liberis natalibus clara iugo barbarico durissime subiugabant. Ipsas quoque dei sacrosanctas ecclesias suis maculabant perfidiis. Aliquas vero ex eis stabulas fecerunt. Vidimus venerabiles viros qui abscissis radicitus linguis penas suas mirabiliter loquebantur. Alii vero post diversa tormenta per diversas dispersi provincias vitam in exilio peregerunt. Quo ergo sermone aut quibus operibus dignas deo gratias agere valeamus quod per me ultimum servum suum ecclesie sue iniurias vindicare dignatus est et tantarum provinciarum populos a iugo servitutis eripere. Quod beneficium dei antecessores nostri non meruerunt quibus non solum Africam liberare non licuit sed et ipsam Romam viderunt ab eisdem Wandalis captam et omnia imperialia ornamenta in Affricam exinde translata. Nunc vero deus per suam misericordiam non solum Affricam et omnes eius provincias tradidit sed et ipsa imperialia ornamenta que capta Roma fuerant ablata nobis restituit. Ergo post tanta beneficia que nobis divinitas contulit hoc de domini dei nostri misericordia postulamus ut provincias quas nobis restituere dignatus est firmas et illesas custodiat et faciat nos eas

q2 menbris alium eripiuntur. inpssserit. co. i. scripserit. co sesum puttu potest hic ee et alias erit sensus actur sius

ut dicodixit de p2ma cpe. nuc testatu. t ymag. que ad eius reuerentiam pertinet. accur sius

Vniuersa. in persona. ubi imperator alloquitur. ipos p2etantes ac adnotacio que fit spontaneo motu. pragmatica. q2 causa uenti latam audi torio. qstio fitei. i. aquisito. i. s iori adiecto sup tes iutate uitantur. § scan. v. ali et repti etiam sup uba non apponantur quia tacite i telligitur. ut. ex. d. rep. c. ii. et ad lex 8. x a. et sine cognito. § p. dixit. etiam si non ista ualere rept q. ecc. l. hinc. item dix q d si e in ista hec clausula. pre sumitur pro impetrante. ut uero dixit. si aut si exp sit. ff. ee cum presumitur q distinctio no pbatur. l. qs tor. i. cassella nus hodie. nota q. i ste rept. debere subscriptio questoris q continetur inter quos. ad que iudi cem tps qua fuerint directa. ut. maut. ut diuine iu sus subscrip. ha. glo. quest. coll. viii. pra gmaticas. et officialis sc. scione ei. res cripta que dantur consilio peerum. scola. i. vniuersitas hom. In hiis etiam ueritatis a. si p2etee ueritate inta ntur debet ei hec appoi. s. i. l. 3. p. dixerit. cc. ma ng2e. i. procedat ac.

Nec si maior xxv annis soror uestra fuit, uobis non mandantibus nec ratam transactionem habentibus de iure uestro quicquam minuere potuit. nam si cognitis que gessit ius consensum post xxv annos etatis accommodastis, quamuis illa minor proportione propria restitutionis auxilium implorare possit, uobis tamen ad communicandum eodem perfectu beneficium eius etas procurare non potest.

Si aduersus rem iudicatam.

Imp. Minus ex tutele iudicio conuicti de suo habere actionem ita potestis, si per iudicium annis minores fuistis, nunc beneficium etatis uobis largitur de suo. Ceterum si post legitimam etatem sententia prolata est, ratio eandem actionem desiderantibus inferre non potestis.

Imp. Si ipse tu uis de in sententia esse potestate minime qui emancipationem a se factam ualere dicet proconsul in sententia eam cognosces eius potestati te subiectam pronunciauit, cum aduersus eam sententiam in integrum restitutionem postules, is qui prouinciam regit in impertienda cognitione singulas partes secundum leges exhibebit.

Imp. Aduersus sententiam eius qui uice principis iudicauit in integrum restitutionis auxilium apud pretorem seu presidem prouincie clarissimum uirum flagitare non potes. nam aduersus eius sententiam qui uice principis cognouit solus princeps restituit.

Imp. Cum et minores uos affinem esse et indefensos nullum nobis preiudicium, si preses prouincie pro sua grauitate curabit. Tam si iusta defensione tutorum uel curatorum uobis assistente aliquid statutum esse intelligitur, in integrum restitutionis auxilium nobis esse necessarium. Eodem optinente et si procuratorem uestrum minime ordinatum lis agitata est.

Imp. Minorem pupilli uel adulti esse tutores uel curatores a preside lata sententia restitutionis auxilium non minus quam si quid aduersus eos fuisset statutum implorare posse constat minores.

[illegible]

Impr. **Si adversus venditionem**

Si minor annis .xxv. emptori predii cavisti nullam te deceto te esse facturum controversiam idque iureiurando prestito corporaliter servare confirmasti, neque perfidie neque periurii me auctorem futurum sperare debuisti.

Impr. In integrum restitutionem minoribus adversus contractus venditionis et adversus tutorum seu curatorum insidias restitutionem presidio cautum esse non dubium est.

Impr. **Si adversus venditionem pignorum.** **R.**

Etiam adversus venditiones pignorum que a creditoribus fiunt minoribus, si in eis magno detrimento affecti sunt, iam pridem placuit. Si igitur pignoribus captis prediorum ac distractis enorme dampnum ex huius venditione passos vos ostenditis, preses provincie cum vos adhuc minores esse affirmetis auxilium restitutionis vobis impertietur.

Impr. Rem quam a patre vestro creditor eius obligatam sibi distraxit, per etatem vestram postulantium revocare desiderium non habet rationem. Cuius enim est in ea re successionis. Nam si creditor non bona fide usus est, ipsi magis vel tutores seu curatores vestros qui hanc venditionem passi sunt convenire.

Imperator. **Si adversus donationem.**

Si que res ante nuptias congruenti modo donate a minore annis marito sponsa … horum tempore in curatore presente et donante sunt, optentu etatis non revocabuntur.

Impr. Si in te ac fratrem tuum emancipatos pater vester fecit donationem ad alium proxima consentiendo, portionem eius mihi vobis derogavit, nec sic tamen, quasi pro domo nihil partem donanti patri consensit, dominium ab eo discedere potuit. Preses provincie consulti … nec auxilium in integrum restitutionis in hac re necessarium est. Qualibus vero rebus que sine decreti interpositione alienari possunt si proxima quamvis donate sunt alii donanti eadem patri voluntatem in minore etate accommodavit, nec prestituta contra restitutionem excesserit, hoc auxilium implorare potest.

Impr. **Si adversus libertatem.** **R.**

Post decretum pretoris virum clarissimum quasi fideicommissi libertatem debiti pronunciavit secundum quem condicioni non paruisse conquerens manumissionis, non est etiam talis litis instaurationem admittit. Quod si libertatem quam minus indebitam dedisti non posse eam revocari intelligis. Sed dampnum quod ob eam causam illatum est in iuditio negotiorum gestorum a curatoribus tuis sarciendum est.

Impr. Etsi minor .xx. annis, ut allegas, constituta servum tuum causa inscripta ab eo coram proconsule in consilio manumisisti, tamen unde concessa quam libertas minime iusta nec optentu …

[illegible]

quod etatis rescindi potest. ¶ Unde perpetuitati uero tue a manumisso sarciende ab eo cuius iurisdictio est quatenus iuris ratio permittit consulitur. D.

Imperator. Quos restitui in integrum postulatis si non in consilio cognita causa cum minores xx annis fuissetis manumisistis non per in integrum restitutionem sed ipso iure persequi potestis. ¶ Certe servata causa libertas prestita est restitutio in integrum contra libertatem locum habere non potest. Sed tamen mea re culpa seu fraude liberti eiusdemque curatoris vestri rursus lesa sit sarcin dampnum ab eo qui hoc intulit preses provincie curabit. Non dubitatur enim rigiorem executionem adhibendam si quid tam aperta fraude commissum erit puniendum in liberto crimen deprehendatur.

Imperator. In iudicio de liberali causa sententiam post pubertatem latam nec quod prerogativa minoris etatis sine appellatione posse rescindi ambigi non potest.

Si adversus transactionem vel divisionem minor in integrum restitui voluerit. Rubrica.

Imperator. Cum in integrum pupilla restituta rescissionem transactionem vel divisionem placuit tunc actiones quas prius habuerit utiles.

Imperator. Si ex persona minorum in integrum restitutio adversus transactionem pro etatis auxilium imploretur, cum agendi ex integro vel replicatione contra exceptionem pacti vel si pretermissum

constet pristinam obligationem ex instauratione negocii tributa actione consulendum est.

Si adversus solutionem a debitore factam. Rubrica.

Imperator. [D]ebitorum ceterorum tutores, qui ex administratione tutele debent, curatoribus solventes liberantur. ¶ Sed an tempore in integrum restitutionem prestite eadem propter non permissum est beneficium implorari, an sit tribuendum per cause cognitionem extimari potest.

Imperator. In indebito legato per errorem iuris a minore soluto repetitionem ei decerni, si necdum tempus quo restitutionis tribuatur auxilium excessit, rationis est.

Si adversus dotem. Rubrica.

[D]omnam eccinue tam dicis sororem tuam omnia bona in dotem dedisse annis allegationi tue existat. Si ad te hereditas sororis tue vel bonorum possessio pertinuit, item tempora nondum preterierunt intra que legibus conceditur restitutionis auxilium implorare ex persona defuncte, preses provincie diversa parte presente examinabit.

Imperator. Si adversus delictum. Rubrica.

In criminibus quidem etatis suffragio minores non iuvantur, etenim malorum mores infirmitas animi non excusat. ¶ Sed cum delictum non ex animo sed ex iure veniat noxa non committitur, et si pene causa pecunie dampnum irrogetur, ideo minori

Si omnes creditores presentes sunt ubi restitutio postulatur a iudice noscentur ut intersint cum minor abstinet. Sed si omnes absunt vel quidam sollempniter a iudice citentur, quibus infra tres menses non apparentibus minor sine periculo ab hereditate discedit. Iudice providente ubi debeant res hereditarie custodiri, quantitate earum in actis manifestanda.

b⁹ in integrum restitutionis auxilium ea competit.

Imperator. Licet in delictis etatem neminem excusari constet, tamen nisi fuisses tutorem etatis lubrico lapsa non petieris, eorum minime denegari successionem convenit, cum hoc in maioribus annis tantum optinerat.

Si adversus usucapionem

Contra eos. Imperator. Qui res minoris temporis usucapione dominium acquisierint restitutionis auxilium eidem solet.

Si adversus fiscum

Si probo minime. Imperator. Minori etate constitutus circumventus a rufino dispensatore predium vendidisti rei proprietatem periculo longe minore certe festinavit iuris publici fiscus minime restitutionis sequetur auctoritatem.

Imperator. Si adversus privatum in integrum restitutionem tam tu quam fratres tuis desideratis presidis provincie vel clarissimi rationalis cognitionem exercitum adversus auxilium quod imploratis in vos conferri debeat. Quod si adversus fiscum id postulatis intelligitis procuratorem meum una cum preside provincie presente fisci patrono adire vos.

Imperator. Edicto divi ... debetis partem pendentis ... res minoris excepte ... desiderium sicut debiti causa patris minoris ... vel fiscalia venundata sint cum nec ... prescriptionis nullam admittit cognitionem. Sed quia in preconsultationem ... fraudem tunc temporis procuratoris nostri nomine exiguo precio fundum tuum cum mancipiis venumdatum asseveras, si aditus rationalis noster tuis allegationibus adhibere fidem nec fraudatam sollempnitatem hastarum animadvertit et fisco de satisfaciente revocata venditione fundum te restitui iubebit.

Si adversus creditores

Imperator. Cum in tempore profitearis te cum genodora minore .xxv. annis contraxisse nec potuisse docere pretor vivo clarissimo excedente locupletiorem factam esse intelligis eam merito in integrum restitutam.

Imperator. Si ut allegas minor annis pecuniam fenori accepisti nec ea in rem tuam versa est adversus cautionem per quam eo nomine te obligasti in integrum restitutionis auxilium potes sollempniter postulare.

Ut ab hereditate abstineat

Imperator. Quos paterne hereditati non immiscuistis ob eam rem testificatio necessaria non fuit cum fides veritatis uberrimum adminicula non desideret. Quod si pro herede gessistis vel bonorum possessionem accepistis pro etatem cui subveniri solet in integrum restitutionis auxilium recipere debetis.

Imperator. Si eum avium testo te heredem reliquissent hereditate eorum non adita, ubi in te repudiata hereditate prima succedunt ...

per in integrum restitutionis auxilium quo ce etatis iure dicis esse munitam hereditatem parentum tuorum barbaria nondum nunc optinere

Si ut omissam hereditatem vel bonorum possessionem vel quid aliud adquirat minor. Rubrica.

Imperator. Minores xxv. annis non tantum in his que de bonis propriis amiserunt, verum etiam in hereditatem seu delatam non adierunt posse in integrum restitutionem postulare iam dudum placuit.

Imperator. Ad bonorum possessionem in paternis bonis rebus omissam minores in integrum restitutionis auxilio admitti iam pridem placuit. restituti aut decreto bonorum que habuerunt mortis tempore patris debent conferre.

In quibus causis in integrum restitutio non est necessaria. Rubrica.

Minoribus xxv. annis [i. maxime] pro tam qui per tutores vel curatores non defenduntur non obesse mortem defuncti parentis non ulciscantur in numeros diversorum parentum meorum ac meis rescriptis continetur.

Imperator. Adolescentie tempore non imputari tibi, quod quinquennium libis cuius prescriptionem seram moventibus inofficiosi questionem opponi solet, manifeste anni rescripsimus. impleta igitur tam etate non est in integrum restitutio necessaria quia non integratio amisse: actio huius datur, sed integra causa ipsa servatur.

Imperator. In minorum persona re ipsa et ex solo tempore tarde per[...] = prces vel

solonis iure recepto moram accidisse fieri in his videlicet que in moram deducantur. i. in bone fidei contractibus et in fideicommissis et legatis.

Imperator. Si tutor tuus qui pro tutela in officio non cessavit iudicio expertus est et contra eum lata sententia in tuo officio non potuit, nec ea que ab eo gesta sunt ullam firmitatem optinent. frustra igitur in integrum restitutionis auxilium desideras circa que ab eo gesta sunt quia nullam administrationis personam sustinere potuit ipso iure infirmata.

Imperator. Scimus favore imperfecte etatis exceptionem minoritatis per ab initio minoribus non occurrere, ne cum in integrum restitutionem expectamus aliquod emergat obstaculum per quod his beneficio minor uti non potest, ne subsidiis ipsius subveniatur. Et ideo sancimus esse latius eandem legis extendere interpretationem in omnibus casibus in quibus vetera iura currere quidem temporales prescriptiones adversus minores censuerunt, per in integrum autem restitutionem eis subveniebant, easdem ipso iure non currere. melius etenim est intacta eorum iura servare quam post causam vulneratam remedium querere, videlicet exceptionibus xxx. vel xl. annorum in suo statu remanentibus.

Imperator. **Qui et adversus quos restitui in integrum non possunt. Rubrica.**

Nec consuetudo cognoscentis de restitutione in integrum recedet. eorum ignotis qui minorem annis se esse lesum diligens presidis sunt actibus publicis industrium se docuit ut lapsum eum

per etatem ... sive non sit. tantum si causa cognita circumventus esse comprehendatur. per hoc solum vero quod perfecte a solito auxilio removeri non debet. si quis urgentibus pure necessitatibus decimo minor annis creatus sit vel circa de sobolis liberorum educatione prospexit.

Imp. Cum apud veteres dubitabatur an liberi parentes suos vel liberti patronos in querimoniam deducere possint qui non intra metas usitatos, et quidam existimabant nullam esse contra has personas in integrum restitutionem pondere naturali vel patronali reverentia huiusmodi petulantie refragante, nisi vel ex magna causa vel adversus tertiam eorum personam, alii autem personarum quidem vel cause distinctionem repellendam esse censuerunt, tunc autem tantummodo dandam restitutionem putaverunt cum minor ex sua simplicitate se deceptum non ex dolo patris vel patroni esse circumscriptum esse dicat. sancimus ut maneat omnibus honor parentibus patrono vel patrone illibatus atque intactus. sciant nullo modo neque adversus parentes utriusque sexus neque adversus patronum vel patronam dari restitutionem. nam personarum reverentia omnem eis excludit restitutionem, cum procul dubio est in ipsas personas cavere ne quid sue opinionis contrarium excitetur.

Si minor se maiorem dixerit.

Imp. Si cum minor esses probaberis fuit annis XXV esse tabulis vel que sunt tuarum professionum oblatis etatem quasi maior XXV annis decepta probasti, in integrum restitutionem intra statutum tempus legibus impleta etatem de omnibus que contra eam adversus te gesta sunt postulare apud eum cuius de ea re iurisdictio est potes.

Imp. Eius qui minorem se asseverat et fallaci maioris etatis mendacio te decepit iuxta statuta iuris, cum errantibus non fallentibus minoribus publica iura subveniunt, in integrum restitutio non est.

Imp. Si alterius circumveniendi causa minor etate maiorem se probavit aspectu, laboravit cum malitia suppleat etatem, restitutionis auxilium tam sacris constitutionibus quam rescriptorum auctoritate denegari statutum est. quod si propinquam vel circumvenientem adversarii ... fuit sententiam, durat beneficium quo minoribus causa cognita subveniri solet aditus. ita quod presens prudentie probationis etatis causa examinata sit etiam dolum non reperit intercessisse et te minorem fuisse probaveris, causa cognita in integrum restitutionem postulare debebis. Si tamen initio per sacramenti religionem maiorem te esse asseverasti, non ignorare debes exclusum te esse in integrum restitutionis auxilium, nisi palam et evidenter ex instrumentorum prolatione non per testium depositiones te fuisse minorem ostenderis. iureiurando sacramento corporaliter prestito nullum tibi superesse auxilium perspicui iuris est.

[illegible gloss]

Idem. Cum in ea probandum in animo [habeas] tuum minorem a rectore provinciae circumventum esse, personis etiam his causis interfuisse, minorem vero ad missum sit, ea quae in precem contulisti presidem provinciae examinare convenit. Cum si estimata etate tua maiorem annis sua opinione te presidi probasse, probationum luce cognoverit erga minoris personam fidem vero non sequetur.

Si saepius in integrum restitutio postuletur.

Post sententias proconsulis, quas latas desideras, si ab eo in integrum restitui nec optinuistis, frustra ut rursus eadem questio restitutionis in integrum agitetur desideratis. Appellare enim debuistis, si vobis displicebat sententia. Sed si adhuc in ea etate estis, cum subveniri solet appellantibus, vobis restituimus.

Impr. Quamquam tutores pupille victi sint cum in integrum restitui pupillam desiderabant, cum tamen novis defensionibus causam instrui posse dicant, curatores uxoris tue adeant iudicem et petant ut causam in integrum restitutionis agant.

Impr. In una eademque causa itaque in integrum restitutionis auxilium iure non nisi nove defensiones alique pretendantur posci posse sepe rescriptum est.

De his qui veniam etatis impetraverunt.

Impr. Eos qui veniam etatis a principali clementia impetraverunt, etsi minus idonee res suas administrare videantur, in integrum restitutionis auxilium impetrare non posse manifestum est, ne qui cum eis contraxerunt principali auctoritate circumscripti esse videantur.

Impr. Omnes adolescentes qui honestate morum preediti paternam frugem vel avorum patrimonia gubernare cupiunt et super hoc imperiali auxilio indigere ceperint, ita demum etatis veniam impetrare audeant, cum vicesimi anni metas impleverint, ita ut post impetratam etatis veniam idem ipsi per se principale beneficium allegantes non solum preceptorum annorum numerum probent, sed testibus idoneis advocatis morum suorum instituta probitatem animi et testimonium vite honestioris edoceant. C. Feminas quas morum honestas mentisque solertia commendat, cum octavum et decimum annum egresse fuerint, veniam etatis impetrare sancimus, sed eas propter pudorem et verecundiam feminarum in cetu publico demonstrationem cogimus, sed percepta etatis venia annos tantum probare testibus vel instrumentis, misso procuratore, concedimus, ut eandem ipse in omnibus negotiis talem habeant qualem mares habere sancimus, ita tamen ut predia sine decreto non alienent. Sed senatores quidem clarissimi viri in hac regia urbe morantes apud sublimitatem tuam, ceteri vero apud pretores in provinciis, et omnes apud earum rectores de suis moribus et honestate doceant. His vero cum certe memoratam dispositionem veniam etatis impetr[averint] ...

[illegible gloss]

[I]llum tunc sciant eam nullas vires habere. Imp. [E]os qui veniam [etatis] optinuerunt [I]mp. [E]os qui veniam etatis principali clementia impetraverunt non solum alienandi sed et ypothecam inmittere posse sine decreti interpositione suarum rerum immobilium facultatem habere minus in quarum alienatione vel ypotheca decretum illis necessarium est qui necdum veniam etatis meruerunt ut similis sit in ea parte condicio minorum omnium si venia etatis sit petita sive non.

[I]mp. [S]i quis aliquid dari vel fieri voluerit et sine etatis fecerit mentionem vel sic absolute dixerit perfecte etatis tamen modo etatem intellectam esse videri volumus que ex xxv. annorum curriculo completur et non que ab imperiali beneficio suppletur. Quod in institutionibus substitutionibus et restitutionibus hoc intelligi sancimus nichilominus autem in aliis in speciali quisquis in actu dixerit ex venia etatis velle aliquid procedere.

Si maior factus post imperatorum ratum habuerit. Rubrica.

[S]i maiores xxv annis vel septuram interpositam vel sine septura transactionem sine dolo divisionem fecerint post legitimam etatem ratam fecerint mane in integrum debi con[illegible].

[I]mp. [Q]ui post xxv. [annum] venit annum etatis ea que in minori etate gesta sunt rata habuerit frustra restitutionem eorum postulant.

Ubi et apud quem cognitio restitutionis agenda sit.

[I]mp. [S]i quid a procuratore in eo iudicatum est in integrum restitutionem ista presidis rescindi non potest. Princeps enim solus contra sententiam procuratorum suorum in integrum restitutionem solet.

[I]mp. [Q]ui in ea que in contractione dari placuit decepti dicuntur propter aetatis consequentiam et fideiussoribus repetendis per in integrum restitutionem aut quamcumque aliam causam puta ius agendum eius adire presidem provincie in qua domicilium habent quos convenis.

[I]mp. [C]um scimus esse dubitatum de restitutionibus que in integrum postulantur sive tamen modo apud iudicem cui aliqua iurisdictio est examinari eas oportet sive apud pedaneos iudices sive eas minores xxv. annis pecierint sive maiores forsitan quantioribus[?] suis vel vetis iuris vel in [illegible] declaratum est scimus non solum apud iudices pro tribunali huius cause cognitiones propositas sed et apud eos iudices quos augusta decrevit maiestas aut nostre rei publice administratores vel in hac regia civitate vel in provinciis ut videatur ipse qui iudicem destinavit ut potestatem pro tribunali cognoscens in integrum dare restitutionem et causam examinare. Sic enim non difficilis erit earum examinatio sed nequis ita effuse intellectu nostre constitutionis audeat esse extendendum et apud compromissarios iudices vel arbitros ex consensu electos vel apud eos qui dantur a iudicibus qui propriam iurisdictionem non habent sed tamen iudicandi facultatem putet huius extendi sanctionem cum hos generali volumus

tales casus contingere qui vel certe
administrationem earum et iuris-
dictio adhereret suppositi sunt vel
ablatis sunt dati. et multo ma-
gis si a nostra maiestate delega-
ta eis earum sit audientia. Sed
ne quid penitus dubitandum
relinquatur et hoc addendum
esse censemus ut eis tantum quos
nominavimus liceat de in in-
tegrum restitutione disceptare. sive
specialiter eis sint mandata, in qui-
bus causis tamen non fuerat incognitum.
sive generaliter dati sunt iudices
vel in aliis speciebus inciderit que-
stio.

Idem quod restitutionis. **De reputationibus que fiunt in iudicio in integrum restitutionis.**

Imperator.

Quum restitutionis in integrum
ostenditur in integrum
sicut in dampno mi-
norum non debita nec
in lucro. id quicquid ad eum
pervenit vel ex emptione vel ex ven-
ditione vel ex alio contractu hoc debet resti-
tuere. Sed si sint heredes minoris xxv.
annis sunt inventi in veterem deb-
itorem debet restitui actio. Sed
cum adiit minor hereditatem
et restituitur mox quicquid ad
eum ex hereditate pervenit pra-
estare debet. item et si quidem dolo eius
factum est hoc eum prestare convenit.

Imperator. **Etiam per procuratorem in integrum restitutionem agi posse.**

Etiam in
integrum restitutionis
si qua competit et per
procuratorem agi pos-
se placet.

Imperator. **De in integrum restitutione postulata.**

Postulatam in integrum
restitutionem omnia in suo
statu esse debere convenit.

Si Valerianus miles qui operam militiae in alpibus exercitibus ...

... firmatur perspicui iuris est idque
curabit is ad cuius partes ea
res pertinet. **De restitutionibus militum et eorum qui rei publice causa absunt.**

Imperator.

Si Valerianus centu-
rio cohortis duodeci-
mae alpinorum an-
tequam decessit quin-
quennium post acceperit heres eius ex per-
sona defuncti restitutionis auxi-
lium intra annum utilem in-
tegre implorabit si Valerianus
post exactos dies quibus hoc po-
terat in militia defunctus.

Imperator. Si quid de bonis
eorum qui rei publice causa absentes
sunt diminutum fuit in in-
tegrum restitutio perpetua inhibi-
tione intra annum utilem pro-
ditur.

Item. Quod tempore militiae de bonis alicuius
possessum ab aliquo est pro qui-
bus rei publice causa abesse desiit intra an-
num utilem et amota prescrip-
tione medii temporis posses-
sionem vendicare permissum est.
ultra autem res possessionis lecti-
fecerunt institutum non oportet.

Imperator. Ignorare non debes
eorum qui causa rei publice sine dolo
malo absunt si absentes bo-
num arbitratu non defendunt
bona tamen possidere suffecerint,
aut in id tempus differri quo rei
publice causa abesse desierint.

Item. Nec rei publice causa absentibus
nec aliis maioribus ad titu-
lum in integrum restitutionis
pertinentibus prescriptionem que dorum
cum possessam a fisco vendi-
tionem obesse manifestum est.

Imperator. Si cum militaribus ...

laboribus operam dares, ceterum heredes possessiones obligatas distraxerunt, potes adito preside provincie in integrum restitutionem impetrare, retractataque venditione recipies possessionem oblato ante debito vel pretio si minus debito fuisset.

Imp. Que a patre geruntur non sunt per militarem disciplinam a filiis ad irritum devocanda, cum nec parentem in rebus humanis agentem affirmes conquestum fuisse sed hoc certum.

Imp. Scimus his solis qui in expeditionibus occupati sunt certatim modo tempora que in eadem expeditione perierunt tam in exceptionibus declinandis quam in petendis in integrum restitutionibus eis opitulari. Illis temporibus per que citra expeditionis necessitatem in aliis locis degunt vel in suis edibus imminent eos ad vendicanda predicta lulia memorata adiuvantibus.

De uxoribus militum et eorum qui rei publice causa absunt. Rubrica.

Imp. Temporalibus actionibus exclusis mulieribus que cum maritis rei publice causa absentibus peregrinate sunt ad exemplum militum subveniri solere non est incognitum.

Imp. Eaque diutissime absuit cum marito qui militie operam dabat non officit prescriptio longi temporis sed quia hoc diuti ne absentie gesta callide adinventa atque composita obesse omnino non debet. Decernimus ut si talis mulier dominium ad se pertinere monstraverit, que in absentia eius vendita est, refuso pretio quod creditori solutum est, eandem recipiat.

De temporibus in integrum restitutionis tam minorum quam aliorum personarum que restitui possunt. Rubrica.

Imp. Annus in quibus lesus es cum minor annis XXV esses, toto militantis expeditionis tempore auxilium restitutionis postulare potes. Tempus enim post impletam minorem etatem prestitutum ex die missionis iusta ratione annis computari debet.

Imp. Si intra legitimam etatem vel ea etate impleta nondum exacto tempore prestituto pater tuus in fata concessit cuique ei heres extitisti, intra XXV vel post eam etatem in eo tempore quod ad in integrum restitutionem defuncto superat nomine militie declusti, preses provincie causa cognita per in integrum restitutionem ex persona defuncti subvenire tibi providebit.

Id. Si intra annos quibus in integrum restitutionis auxilium indulgetur constitutus es vel eo tempore nomine militie declusti expeditione occupatus es, continuatum biennium restitutionis per usucapionem licet in militia suppleta sit non pateris te dispendio rei familiaris affligi.

Id. Ex persona fratris sui eorum quorum successio est potes esse quem agere supplicas non ignoras

[illegible]

[illegible gloss] ... die xxv. anni minorem excessisse ...

quod si minores xxv. annis militaverint fratres tui atque in militia defuncti sunt in integrum restitutionis auxilium eis tempore non excessit, set omne ius ad successorem tuum transmiserunt.

Imperator. Ea que de temporibus in integrum restitutionis cauta sunt custodiri convenit. Et si forte quis beneficio nostro etatis veniam fuerit consecutus ex die quo indulgencia nostra in iudicio competenti fuerit intimata eique administracio rei proprie permissa ut ad rescindendas in integrum restitutione fulciendas, usque eas intra tempus habeat prescriptum, ita tamen ut numquam in minoribus xxv. annis constitutis de hiis que ante impetratam veniam etatis gesserint auxilium in integrum restitutionis denegetur. Et si quis sane in minorum iura successerit minor minime prohibeatur cum quantum vicesimum etatis sue annum transierit in integrum restitutionis beneficio uti tempore illibato. Quod si maioris fuerint minorum iura nacti quantum ad eas pertinet causas quas ex persona maioris fuerint consecuti tantum temporis ad exponendas in integrum restitutiones decidendasque causas accipere debebit quantum defuncto eius heres aut bonorum possessor docebitur extitisse reliquum fuisse. Cum vero minor successor fuerit adeptus minoris si quidem civili iure ab intestato vel ex testamento successerit, mox cum fuerit adita hereditas, si vero honorario iure ex quo bonorum possessio fuerit accepta examinando actione in integrum restitutionis negocio solida sine ulla diminutione tempora supputentur.

Id. Petende in integrum restitutionis temporibus obviatis si dilatio ab actore queratur que intra metas restitutionis valeat artari eandem eo flagitante causa cognitis tribui oportebit. Et si vero huiusmodi postulent curricula que intra spacium recepturum augustam nequeunt quin pensum continuo legitimum temporis petant et eius terminos progabunt dilationem petitori denegari convenit. In eius enim arbitrio fuerat tunc inferre litigium cum petite dilationis mora spatio superstite possit includi. Quod si defensio rei dilationis suffragium postulaverint eandem dilationem asserta causa citra obstaculum temporis deferri sancimus quia nequaquam in prioribus fuerat potestatem quando litigio prius careretur dari. Igitur et si impetrata dimissio sese ultra temporis diffinitionem prestat qua dilatione si a reo impetretur etiam actorum requirendis probationibus uti minime prohibetur.

Imperator. Supervacuam differentiam utilis anni in integrum restitutionis a nostra re publica separantes sancimus et in antiqua Roma et in hac alma urbe et in Ytalia et in aliis provinciis quadriennium continuum tantummodo numerari ex die ex quo annus utilis currebat et id tempore tocius loci esse commune. Ex differentia enim locorum aliquod iudicii discrimen satis nobis absurdum esse

[illegible]

usitum est: non solum in minorum restitutionibus, quibus utilis annus initium capit currere ex quo vicesimi sexti anni dies illuxerit, sed et in maiorum hoc idem adhibuimus, ut et hic post utilem annum memorata continuatio temporis obtineret ad inponendam contestationem finiendamque litem. Et quemadmodum omnis minor etas excipitur in minorum restitutionibus, ita et in maiorum tempus in quo rei publice causa absunt vel aliis licitis causis que veteribus legibus numerate sunt occupati sunt excipiatur, ut sit non absimilis in hac parte minorum et maiorum restitutio.

Quibus ex causis maiores in integrum restituuntur.

Imp. Propter officium legationis ad me bona fide fuiste absens et indefensus condemnatus es, instaurationem iudicii uti desideras et ex integro defensionibus tuis utaris. Nam eos qui legationis officio funguntur in eo privilegio esse quo sunt qui rei publice causa absunt receptum est.

Idem. Si iudicio apud arbitrum presentiam tuam facere non potuisti quia sub custodia militari vel sub presidis detinebaris, id quod in veritate esse presidi provincie probaveris accipies cause instaurationem.

Imp. In causis qui bone fidei sunt in maioribus officio iudicis causa cognita publica iura subveniunt.

Idem. Res publica minorum iure uti solet ideoque auxilium restitutionis implorare potest.

Idem. Si ab hostibus cum pater

iure captus probus ibi defunctus, legis Cornelie beneficio restitutus successiones eorum quesiti exemplo utilis actionis que in integrum restitutis datur cum exceptionis annue que huic obicitur solum obiectu res vendicare non prohibens.

De alienatione iudicii mutandi causa facta.

Imp. Cum in rem actionem possessio pariat adversario non avenione in iudicium mutandi causa celebrata in integrum restitutio edicto perpetuo permittatur, intelligis quod si remanere secum agat qui possidebat vendiderit et emptori tradiderit, eam legis conveniendi tibi tamen esse iure facultatem.

De receptis arbitris.

Imperator. Ex sententia arbitri ex compromisso iure perfecto aditi appellari non posse sepe rescriptum est, quia nec iudicati actio inde preberi potest et ob hoc invicem pena promittitur ut metu eius a placitis non recedatur. Et si ultra diem compromisso comprehensum iudicatum est, sententia nulla est nec ullam penam committit qui ei non paruit.

Imp. Si ex compromisso adversarius tuus apud electum arbitrum presentiam suam facere detrectavit, placite pene iure debitor obnoxius.

Imp. Arbitrorum ex compromisso sententie non obtemperans si sordes vel evidens gratia eorum qui arbitri sunt intercessit adversus filiam tuam agentem

ex stipulatu actione vel ex precede doli mali vel potius ex doli clausula que compromissi stipulationi subici solet filiam tuam convenire non vetabis.

Imperator. Ne in arbitris cum sacramenti religione eligendis periurium committatur et decursa per stipulationes hominibus passim diffinitiones iudicum eludere, sancimus arbitrio eiusmodi rem censemus esse componendam. Si quidem inter actorem et reum convenerit nec non et ipsum iudicem fuerit consensum ut cum sacramenti religione lis procedat et ipsique litigatores scriptis suis manibus vel per publicas personas scriptis fuerint vel apud arbitrum in actis propria voce deposuerint quod sacramenti prestitis arbiter electus est, hoc in addito quod et ipse arbiter iuramentum prestitit super lite cum omni veritate dirimenda eius diffinitionem validam omni modo custodiri et neque reum neque actorem posse discedere, sed tenere omnimodo eam. Quatenus ei obedire compellantur.

Sin autem de arbitrio quidem tale fuit vel compositum vel scriptum ipse autem partes litis hoc manifestaverint quod iuramentum ipsi vel litigaverint ut arbitri sententie stetur. In presenti casu omnimodo diffinitionem arbitri firmitatem suam sortitis iudicibus eorum similem vim optinentibus sive ab initio hoc fuit ab his scriptum vel per prefectionem modo depositum dum arbiter eligebatur sive post diffinitivam sententiam hoc scriptis invenimus quod cum sacramenti religione eius audiam amplexi sunt vel quod ea que statuta sunt adimplere iuraverint.

Sed et si ipse solus arbiter hoc litigatoribus poscentibus vel scriptis vel depositionibus ut dictum est manifestum facientibus prestiterit iuramentum quod cum omni veritate litis livramenta imponat similem esse in presenti casu (?) vigoribus eius diffinitionem et eam omnimodo legibus esse vallatam quemadmodum omnibus casibus vocat vel infamiam vel condemnationem ex lege vel inrem utilem institui se sive quod fieri qualitas postulaverit.

Sin autem in scriptura quidem autem depositione mentionis tale apparuerit una aut partes dicat iuramentum esse prestitum quatenus arbitrii sententie stetur sive ab hiis litigatoribus vel solius arbitri sermones minime esse credendos, cum id si quidem iuramentum datum esse non iudice supposito nec hoc scriptum peritum testante concessit merito etenim nimis compositio que inter homines improbos sepe accedit non aliquod robur iudicatis inferat, sed in his casibus hoc optineat que veteres super arbitris eligendis sanxerunt.

Si quis autem post arbitri diffinitionem subscripsit, hic est grecum cuius interpretatio est non contradico. Et seu his vocabulis hec enarrare pro consuetudine melius visum est, si non adiecerit. Et id sic omnimodo per actionem in factum eum compelli ea facere quibus consensit. Qualem enim differentia est sibi tantum verbis adi

ciatur vel fideiussoribus vocabulum tantum mutatur: sic enim verba constitutionis et stipulationum in subtilitatem magis supervacua observatio ab aula concessa est. Nos igitur legibus a nobis scriptis vitia inter stipulationum multasque ambages inextricabiles scrupulosasque cautiones correximus. Cur non his scriptura totam formidinem veteris iuris amputemus ut siquis hoc scripserit vel unum ex his acquiescere eis compellatur et etiam ad effectum omni modo perducetur. Cum non est verisimile hoc pro lege scripsisse sententiam non contradicat sed ut impleat id adversus quod obviare iure non potest.

Idem. Cum antea sancitum fuerat in arbitris eligendis quos neque poena compromissi vallabat neque iudex dederat, sed nulla precedente sententia communis electio ut illorum sententie stetur procreabat. Si quidem pro parte pulsata forma arbitralis procederet exceptionem ei veluti pacti generari: si autem pro actore calculus poneretur nihil ex eo procedere ei presidii. Sancimus in eos arbitros quos prediximus et quos taliter consensus elegit sub eo pacto in scriptis vel sine scriptis habito ut eorum diffinitioni stetur: siquidem subscripserint partes diffinitionem predictam quod non displicet ambabus partibus eorum sententia non solum reo exceptionem veluti pacti generari sed et actori ex nostro nomine in factum actionem quatenus possit sententia eius executioni mandari. Sed in hac quidem regia urbe ab officio eminentissime prefecture urbis eius cuius forum pars sequitur fugientis: in provinciis autem tam per moderatores quam per apparitores eorum vel per iudices quorum regimini pars pertinescat pulsata. Si autem minime quidem post sententiam scripserint arbitri formam amplecti sed silentio eam roboraverint et non intra x. dies proximos attestatio missa fuerit vel iudici vel adversariis ab altera parte per quam manifestum fiat diffinitionem non esse amplectandam: tunc silentio partium sententiam roboratam esse et fugienti exceptionem et agenti memoratam actionem competere. Sed alia autem parte recusante secundum prefatum modum impleri statuta minime cupiente nihil fieri penitus neque dari vel exceptionem reo vel actori actionem exceptis videlicet arbitris qui cum sacramenti religione electi sunt secundum novellam nostri numinis constitutionem: tunc enim ea omnia fiant que lege nostra super huiusmodi arbitris disposita sunt. Licet non ignoramus Ulpiani et Pauli opinionem et aliorum prudentium veterum quod etiam tetigimus in his quidem quam in presenti aggredimur: non autem perfectissime peregerunt sed eam usque ad quasdam temporales actiones standum esse existimaverunt. Plenius tamen

[I]n generali tamen dissinimus conventi in scriptis apud conpromissarium iudicem factum ita temporis inter ruptionem inducere cum in ordinario iudicio lis fuisset incohata. Sed hoc generaliter sancimus in huiusmodi apud conpromissarios acta sunt si auctoritatem iudicis respiciens vel professionem cum litis attestatum possit cum ordinariis iudiciis uti.

Id. Sancimus mulieres suae pudicitiae memores et operum quae eis natura permisit et a quibus eas iussit abstinere licet summae atque optimae opinionis constitutae sunt arbitrium in se susceperint, vel si fuerint patronae inter libertos suam interposuerint audientiam, ab omni iudiciali agmine separari, ut ex earum electione nulla poena, nulla pacti exceptio adversus iustos earum contemptores habeatur.

De satisdando. Rubrica.

Nonne vivis Imperator. Inmeritum quia a pacto facto teneris agentis procurator non compelli ratam rem dominum habiturum satisdare. Hoc enim casu veluti praesentis procuratorem intervenire intelligendum est. Et ita quod si praesentata voluntate procuratorem esse noluit tamen iudicium quod cum procurator exceptus est iudicatum solvi habere debebit. Et si marci ab adversario suo opposita fuit in ipso litis exordio defensionis allegatio ipse quia absentis in hac parte procurator satisdationem super excipienda iure praestare cogitur, qua non praecedente usque ei mandata cultius

[P]rocedere iudicii non conceditur.

Creaturi autem procuratorem vel defensorem sub gestorum testificatione factus in ipso litis limine iudicatum solvi satisdationem in omnibus causis praestare cogitur.

De formulis et inpetratione actionum sublatis. Rubrica.

Imperator. Iuris formulae aucupatione syllabarum insidiantes cunctorum actibus radicitus amputentur.

Imperator. Nulli prorsus non inpetrate actionis in maiore vel minore iudicio agenti opponatur exceptio si aptam rei et proposito negotio competentem eam esse constiterit.

De iureiurando propter calumpniam. Rubrica.

Imperator. Omnibus causis sive prorogatae lites fuerint et initium sui perceperint sive postea inchoandae sunt in quo necessitas probationis incumbit sancimus non aliter easdem personas praestare compelli nisi quas exposcit prius iuramentum de calumpnia praestare quod non causa differendi vel ut postea allegationem suam sacramenti timore contentiosa litigantium instantia compescatur.

Esse autem personam in quorum quidam vehementer sui animi crudelitatem exercent non aliter concedi eisque quorum suorum exposcunt ad hoc venire vel a iudicibus audiri nisi prius tactis sacrosanctis scripturis deponant quod non odio suorum vel propter offensas eorum ad hoc veniunt sed quia aliter veritatem hereditariam veritatem exequi vel ostendere non possunt.

Iusiurandum. Cum iudices non aliter causas dirimere concessimus nisi sacrosanctis evangeliis propositis, et patronos causarum in omni orbe terrarum qui romano imperio subiectus est prius iurare etiam praeferre causam disposuimus, necessarium duximus et praesentem legem ponere per quam sancimus in omnibus litibus quae fiunt post praesentem legem in ea parte non aliter vel actorem vel fugientem in primordio litis exercere certamina nisi post narrationem et responsionem antequam utrisque partibus advocati sacramentum limus praestent ipsae principales personae subeant iusiurandum. Et actor quidem iuret non calumpniandi animo litem movisse sed existimando bonam causam habere. Reus autem non aliter suis allegationibus utatur nisi prius ipse iuraverit quod putans se bona instantia uti ad reluctandum pervenerit. Et prae utriusque partis iuros disertissimos advocatos secundum quod iam dispositum est a nobis iusiurandum praestare sacrosanctis videlicet evangeliis ante iudicem positis. Sin autem vel dignitas vel sexus personae non concesserit eum ad iudicem pervenire in domo litigantis sacramentum praestetur, videlicet altera parte vel procuratore eius praesente. Cum autem tutores et curatores vel aliae quaedam sint personae quae administrationem alienarum rerum auctoritate legitima gerunt, conveniet enim ipsos iure iurando affici qui ipsi causam scientes in eam pervenerunt, neque enim

pupillus sed adultus vel alie hominis persona sed ipsi qui per leges tutelam vel curam vel aliam legitimam gerunt administrationem scire possunt causam ita ad iudicium pervenire eo quod examinum sui singula fuerint, sed vere causae naturalia forsitan est tamen quod quisque credit et extimat hoc est iurando. Omnibus iuramentis quae vel ex partis descendunt in legibus vel a nobis disposita sunt in sua firmitate duraturis. Sin autem absunt alterutra partes et per procuratorem causa eius agatur non aliter legitimam habeat actor litem exercendam suo procuratori mandare nisi prius actis intervenientibus in provincia qua degit sacramentum calumpniae subeat. Similique modo si reus affuerit et forsitan vel per iudicium solum sit per eodem procuratorem ordinaverit vel defensor pro eo intervenerit et ipse vel praesente actore per se vel per instructum procuratorem vel in absente eo si hoc iudex perspexerit in acta iuramentum praestiterit quod reum dare iam dispositum est. Sed quia veremur ne forsitan quadam collusione aliqui utentes remittere videantur sibi sacramentum et ex praedicta dissimulatione nostram sanctionem deludant, sancimus omnes iudices sed ex compromisso cognoscant rigorem suum exercentes qua non pro commodo privatorum sed pro communi utilitate praesentem legem posuimus minime pati tale sacramentum remitti, sed omnimodo hoc et ab actore et a fugiente exigi ne paulatim videatur hoc

[illegible gloss]

res defraudari sacramentum vel principalium personarum vel advocatorum ex qua calumnia evitari. Hoc etiam huic legi addendum esse censemus ut si qui per alium litem movere voluerint nullo mandato porrecto sed per fideiussionem ratam rem dominum habiturum suam personam firmaverint ne vel ex hac machinatione lex eludatur censemus si quid tale in posterum evenerit sine periculo personam eius qui litem movere voluerit sine prolixo corpore vel in eodem vel alia civitate fideiussione sollicitam praesentem aut ultimum minime procedere initia tamen causae audire statuendum faciat personas principales sacramentum subire vel presente adversario si hoc maluerit vel alio pro eo agente vel penitus altera parte cessante mittenda acta apud defensorem locorum huiusmodi sacramentum vel ab ipso procuratore agenti vel plurima parte vel idonea universitatis procedat. Quod si actor noluerit sacramentum subire calumniae hoc legitime fuerit approbatum non liceat ei penitus ad litem pervenire sed cadat ab instituta actione cum improbus litigator et iusticia iudicium ei cum summa indignatione occurrat et auditio eius quam longissime expellatur. Sin autem reus hoc sacramentum subire recusaverit his capitulis que narratione comprehensa sunt pro confesso habeatur et iudici sententiam proferre quam ad eum ipsa rei qualitas suggesserit. Sic enim non lites solum sed calumpniatores minuentur sic et per iudicibus putabunt se se omnes in sacrariis sisti. Ipse principales litigantium partes pro iure iurandum lites exerceant et causarum patronum proveant sacramentis et ipsi iudices propositis sacrosanctis scripturis tamen causae totius faciant examinationem quam suum praesentant arbitrium. Quid aliud nisi pro omnibus deum esse iudicem omnibus credendum est. Antiqua enim calumpnia quiescente et eius ambagibus consilio nostro dilucidari compendio sanctionis clarerat omnibus sic maximum causarum remedium. Sed predictum sacramentum in litibus que necdum sunt inchoate prestari volumus in ipso litis primordio. Sin autem causae pendentes adhuc inveniantur vel post litem contestatam post solitas iudiciales cautelas iam prestitas si quidem praesto fuerit utraque persona in eadem civitate vel in territorio eius moratur et in huiusmodi litibus sacramentum locum habere in primo post hanc legem ingressu eum compelli iusiurandum prestare. Sin autem pars una affuerit ne videatur propter absentiam persone lis differri et aliquod detrimentum eveniat in proposito nostro pro compendio litium introducto in adversam figuram transformetur iubemus presentem quidem personam omnimodo dare sacramentum absenti autem impendentibus dumtaxat litibus sin quod predictum est hoc concedi. Sin autem utraque principalis persona absunt ne diutius lites protellari

[illegible gloss]

tur: et sine datione sacramenti lite pendente suo decurrant tramite. Explicit liber secundus.

Incipit lib. tertius de iudicis.



[…] usurarum stipulatio non est perempta. superest ut debitores eius temporis quo non est in iudicium deducta convenire possis.

Id. Licet iudice accepto cum tutore tuo egisti. ipso iure actio tutele sublata non est. ideo si rursus eundem iudicem petiens est utilem exceptionem rei iudicate si de fide de qua agis in iudicio pro re tractatum nec allegans non inutiliter replicatione doli mali uteris.

Impp. Quotiens questio status bonorum disceptationi concurrit. nichil prohibet quo magis apud eum quoque qui alioquin super causa status cognoscere non possit disceptatio terminetur.

Id. Si tamen per calumpniam [...] latoribus vis [...] compertum reputaverint et iustitiam emptoris tradentis quoniam omni se evictionis non movisti. intelligis semel finitam litem instaurari non posse.

Impp. A iudice iudex delegatus iudicis dandi non habet potestatem cum ipse munere fungatur iudiciario nisi a principe iudex datus fuerit.

Id. Servus in iudicio intervenire non potest. nec si condempnatio in aliqua in persona eius facta sit id quod statutum est subsistit.

Impp. Cum debitoris tui fundum et pignoris iure obligatum bona domini sui quidam rebus humanis exempti tenere profiteantur adversus eum dantur actiones certis [...] sicut cum inter [...] nomen consistere nullum posse iudicium ad possessionem igitur pignorum magis officio iudicis venire te convenit quam illicita postulare.

Impp. Placuit in omnibus rebus precipuam esse iustitie equitatisque quam stricti iuris rationem.

Impp. Iudices oportet imprimis rei qualitatem plena inquisitione […]

toe discutie et tunc utramque
ptem sepius interrogare neque
nouam adde desiderent. cum h ip
sum ad altitudinem ptem pficia
sine diffinienda causa p iudicem
sine ad maiorem potestatem
referenda sit.

Nulli prius audientia pbea
tur qui causae continentiam
diuidit et ex beneficii prog
atiua id quod in uno eodemque
iudicio poterat terminari diuer
sos iudices uoluit uentilare
pena ei officio iudicis imminen
te qui contra hanc supplicauerit
scionem. aliud atque sup pos
sessione aliud sup principali questione
iudicem postulauit. Imp.

hic constitutiones due recepte s.

Properandum nobis uisum est ne
lites fiant pene immortales et
uite hominum excedant terminum
criminales quidem causas iam nostra lex
biennio conclusit et pecunia
rie causae frequentiores sunt et ipse
sepe materiam criminibus cre
are noscuntur. presentem legem
super his in orbe terrarum pon
endam nullis locorum uel
temporum angustiis coar
tandam ponere. Censemus
itaque omnes lites super pecu
niis quantecumque quantitatis
siue super condicionibus siue sup
iure ciuitatum seu priuato
sunt uel a te sup possessione uel
dominio uel ypotheca seu seruituti
bus uel alijs quibusdam causis
bus pro quibus omnibus necesse liti
gandum est exceptis tantum
causis que ad ius pertinent fis
cale uel que ad publicas res
pertinent functiones non ultra
triennii metas post litem contestatam p
trahendas. Sed omnes iudices
siue in hac alma urbe siue in
prouinciis maiorem seu mino
rem peragunt administrationem
siue in magistratibus positi sunt
aut ex aula nostra dati uel a nostris
proceribus delegati non esse eis con
cedendum ulterius lites quam p
triennii spatium extendere. hoc
enim iudicialis magis esse potesta
tis nemo est qui ignoret. nam
si ipsi noluerint nullus tam au
dax inuenitur qui possit inuito
iudice litem protellare. Et
siquidem pars actoris cessauerit
quatenus multiplici dilatione
reus fatigetur et triennii metae
prolixitas iam prope finem ueniat
ut semestre tempus tantum supersit ma
neat iudici per executores nego
cii actorem requirere parte fug
iente ex una parte actoris ab
sentiam incusante iudicibus
omnimodo suas aures his questioni
resultantibus et si per tres uices h
fuit subsecutum. x. dierum
spatio per unumquemque introitum
destinato et si nec ita ac
toris pars fuit inuenta uel p
se uel p procuratorem instruc
tum peruenerit tunc iudicem
negocii acta apud se confecta
conspicere censemus et siquidem
iudex sufficiens attitatum est
ex quo possit terminum causae cer
ta fieri coniectura non solum
ptem fugientem ab obserua
tione iudicii relaxare sed et
in omnes expensas que con
sueto modo circa lites expenduntur

reum condempnare. uel eum quantitate earum sacramento fugientis manifestando, et omni cautela quam superius exposuimus reddenda, que et si remansit in dubio vacuabitur. ¶ Sin autem ex gestis apparuerit presentis partis actoris intentionem munitam posse invenire, viam examinationis manifestum ei fiat quid statuendum sit, et absente actore, si eum meliorem causam habere perspexerit, proferre sententiam non moretur, et presentem reum absenti actori condempnare in expensis tantummodo litis, quas reus iure se expendisse iuraverit, condempnatione excipiendis, quia hanc penam actori et meliorem causam habenti propter solam absentie contumaciam imponimus, nullo penitus regressu ei ad eandem litem commovendam dando. Sed si actor contumax cadat omnimodo de lite, et sic reus absolvetur. ¶ Sed si aliqua forsitan condempnatio contra reum pro absente actore proferatur, quam forsitan non sufficientem esse actor putaverit, fugitivus nullo modo iterum eandem litem resuscitare concedimus, sed hoc quasi pena actori fiat imposita. ¶ Sin autem reus afuerit et similiter eius processit requisitio, quam ad instar pro persona actoris edicimus, et absente reo heremodicium contrahatur, et iudex, sicut que veteribus legibus cautum est, examinata parte cum omni subtilitate causam requirat, et si obnoxius fuerit inventus, et contra absentem proferre condempnationem non cesset, que ad effectum perducatur, et per res et facultates fugientis victori satisfiat. ¶ Sive ipse fiat iudex ex sua iurisdictione hoc facere potest, sive per relationem ad maiorem iudicem refertur, et ex eo sententia in accusationes contumacis applicatur: nulla sententia ei vel alii personam eius solam pretendenti concedenda contradicendi eum in possessione ex hac causa actor mittatur: nec si reversus fuerit et voluerit fideiussionem dare et possessionem recuperare audiatur. In huiusmodi enim casibus omnem reis contradictionem excludimus. ¶ Cum autem heremodicium ventilatur sive pro actore sive pro reo, examinatio cause sine ullo obstaculo celebretur: cum enim tamquam dei praesentia (?) ... bilis in medio proponuntur scripture, litigatoris absentia dei presentia repleatur: nec pertimescat iudex appellationis obstaculum, cum ei qui contumax est et abesse noscitur nulla est provocationis licentia, quod et in veteribus legibus esse statutum manifestissimi iuris est. ¶ Quod autem sententia post finem triennii proferatur, pro quo et presentem legem induximus, sic enim in antiquiore tempore, pro quo larga temporis superest dilatio et spes absenti relicta fuerit revertendi, cessavit aut alterutra pars in sola expensarum datione et absolutione forsitan precipitur penalis sententia, non autem totius litis mors et condempnatio in absentem introducatur, quemadmodum his tantummodo casibus accidunt in quibus triennii effluentis sum

net formido. Sin autem altera pars absente sive contumace presentibus fuerit decisa, omnes iudices qui sub imperio nostro sunt constituti sciant expensarum nomine victum victori esse condempnandum quantum pro solitis expensis victum iuraverit, non ignorantes quod si hoc praetermiserint, ipsi de proprio huiusmodi pene subiacebunt et reddere eam per relevare coartabuntur. Et hoc de altera parte litigantium contumaciter absente nobis statuere visum est ad equitatis rationem omnia corrigentibus. Sin autem utraque parte imminente in lite pacisci cupiente iudex eam accipere noluerit vel propter amiciciam vel inimiciciam vel turpissimi gratia lucri vel aliud quicquam vitium quod in fraudem nimis animis huius iudicium innasci post litem preacausus fuerit protellare et propter hoc triennium fuerit elapsum transactum, iudex siquidem in magistratu positus est vel in maiore dignitate usque ad illustratus gradum, x. librarum auri privatis nostris largitionibus inferre per scolam palatinorum compelletur. Sin autem iudex minor fuerit trium librarum auri multa plectetur per eandem scolam exigenda et nostro erario applicanda, et eo remonendo alter iudex in locum eius subrogetur sub similis pene formidine, his omnibus locum habentibus cum unus iudex omnem causam ab initio peragat. Sin autem in medio triennii vel morte iudicis vel alia inexcusabili occasione iudicium fuerit mutatum, tunc siquidem extremo annale tempus vel amplius residet, in quo alius iudex cause imponitur, intra reliquum tempus finiatur causa. Sin autem minus quam annale sit, tunc omne quod deest repleatur, ut non in minore perfecti anni tempore litem postquam sit subrogatus iudex tam discutere quam terminare. Illo procul dubio observando, ut si in partem litigantium vel per iudicem steterit quominus lis suo marte decurrat, sed per patronos causarum, tunc detur iudici et eos duarum librarum auri pena afficere per scolam palatinam exigenda et similiter publicis rationibus aggreganda, ipso videlicet iudice in sua sententia hoc ipsum manifestante, quod per patronos cause vel fugientis vel agentis dilatio facta est vel per omnes vel per quosdam ex his. Necessitate advocatis imponenda, ex quo litem peragendam susceperint, eam usque ad terminum, nisi lex vel iusta causa impediat, implere, ne ex eius recusatione fiat cause dilatio. Honorariis facientibus qui dare possunt disertissimis togatis omni modo prebendis, et si cessaverint per executores negociorum exigendis, ne per huiusmodi machinationem cause in infinitum protrahantur, nisi forte litigator alium patronum eligere maluerit. Hec autem omnia in omnibus huius

cautum sit, quod perfecte et constitutis arbitrium suum per omnibus causis sufficit. ¶ Si vero cause vel pupillorum vel adultorum sunt vel aliorum sub cura agentium masculorum vel feminarum, ut per tutores vel actores vel curatores vel procuratores agantur, et eorum desidia triennium fuerit elapsum et causa cecidit, litem quidem in eodem omnimodo suum habere vigorem. Omnem autem iacturam que ex ea causa oritur ad tutores et curatores et fideiussores eorum heredesque et res eorum et omnes quorum interest in hac causa legitime redundare. ¶ Sin autem non sufficiat pupillis vel minoribus eorum substantia, tunc in id in quo detrimentum passi sunt in integrum restitutionis auxilium eis suppeditetur.

Id. Rem non novam neque insolitam aggredimur, sed antiquis quidem legumlatoribus placitam, cum non contempta sit, non leve detrimentum causis inferentem. Cum enim non est cognitum aliquos iudices non aliter iudicialem calculum accipere nisi prius sacramentum prestitissent, omnimodo secundum veritatem et legum observationem iudicium esse disposituros. ¶ Cum igitur et viam non inusitatam invenimus ambulandam et antiquiores leges nostre que de iuramentis posite sunt non minimam sue utilitatis experientiam litigantibus prebuerunt et ideo ab omnibus collaudantur, ad hanc imperpetuum valituram legem pervenimus, per quam sancimus omnes iudices sive maiores sive minores sive qui in administrationibus positi sunt vel in hac regia civitate vel in orbe terrarum qui nostris gubernaculis reguntur, sive eos quibus nos audientiam committimus vel qui a maioribus iudicibus dantur vel qui ex iurisdictione sua iudicandi habent facultatem vel qui ex recepto, id est compromisso, quod iudicium imitatur, causas dirimendas suscipiunt vel qui arbitrium peragunt vel ex auctoritate sanctionum vel partium consensu electi sunt, et generaliter omnes omnino iudices Romani iuris disceptatores non aliter litium primordium accipere nisi prius ante iudicialem sedem sacrosancte deponantur scripture, et hoc permaneat non solum in principio litis sed et in omnibus cognitionibus usque ad ipsum terminum, id est diffinitive sententie recitationem. Sic enim attendentes ad sacrosanctas scripturas et dei presentia consecrati ex maiori presidio lites dirimerent, scientes quod non magis alios iudicant quam ipsi iudicabuntur, cum et ipsis magis quam partibus iudicium terribile est, si litigatores quidem sub hominibus, ipsi autem deo inspectore adhibito causas perferunt examinandas. Et hoc quidem iusiurandum sit iudiciale omnibus notum et Romanis legibus optimum et a nobis accedat incrementum et ab omnibus iudicibus observandum, et si preter

[illegible]

Sed hodie si post ... iudex ... [illegible] ... iudex ... si iudex noverit ... litigatori ... subdi ... per suppremum ... negotii ... hoc sua sententia declaret.

Auth. Hodie iurat unusquisque eorum quod eis visum fuit iustum, exceptis defensoribus civitatum qui iurant omnia secundum leges et iura se facturos.

Auth. Post iusiurandum delatum et praestitum non liceat iudici amplius vel minus taxare.

Auth. Si contigit quendam ... proximum subiectorum indubitationem habere iudicem iubemus sanctissimum episcopum adesse cum clarissimo iudice aut ambo aut per amicabilem conventionem dissolvant que dubia sunt aut per annotationem inscriptis faciant aut cognitionaliter iudicent inter litigantes.

si hodie ... superior ... iudex ... suspectus ... aliquem iudicem ... expensis ...

...eatur contemptoribus sit periculosum. Patroni autem causarum qui utrique parti suum praestantes ingrediuntur auxilium cum lis fuerit contestata post narrationem propositam et contradictionem obiectam in qualicumque iudicio maiore vel minore vel apud arbitros sive ex compromisso vel aliter datos sacrosanctis evangeliis tactis iuramentum praestent quod omni quidem virtute sua omnique ope quod iustum et verum existimaverint clientibus suis inferre procurent nichil studii relinquentes quod sibi possibile est. Non autem credita sibi causa cognita quod improba sit vel penitus desperata et ex mendacibus allegationibus composita ipsi scientes prudentesque cum mala conscientia liti patrocinabuntur. Sed si certamine procedente aliquid tale cognitum fuerit a causa recedant ab huiusmodi communione sese penitus separantes. Hocque subsecuto nulla licentia concedatur spreto litigatori ad alterius advocati patrocinium convolare ne melioribus contemptis improba advocatio subrogetur. Sin autem pluribus patronis adhibitis iuramento ab omnibus praestito quidam ex his causae procedenti patrocinandum esse crediderint quidam recusaverint excedant recusantes quidem nolentes autem remaneant causae et eam continuus manifestare poterit tam idoneis quam que mandatus in dicium vel reliquerit vel protulit nec in hac parte litigatoribus danda licentia alios pro recusantibus subrogare.

Id. A. Sancimus omnes iudices sive in hac florentissima civitate sive in provinciis si quando absens persona citata per edicta apparuerit non aliter ei iudicialem aditum revelare sed omnem claudere ei auditoriorum copiam nisi prius omnia dispendia restituat ex hoc initio adversariis eius inflicta sive circa ingressus litis sive circa honoraria advocatorum vel alias causas que in iudicio vertuntur sacramento iudicis quantitate eorum diffinienda post iusiurandum ab eo factum qui fecit expensas. Executoribus negotiorum modis omnibus dispositiones eorum adimplentibus. Sed etiam iudicibus nostris et executoribus qui sibi parentes sunt ex sua substantia incrementum lesis resarcire compellantur. Quae in pedaneis iudicibus observari censemus licet non citati sed requisiti litigatores mala conscientia absunt.

Id. A. Apertissimi iuris est licere litigatoribus iudices antequam lis inchoetur recusare cum ex generalibus formis sublimissime tue sedis statutum est necessitatem imponi iudici recusato partibus ad eligendos venire arbitros et sub audientia eorum sua iura proponere. Licet enim ab imperiali numine iudex delegatus est tamen quia sine suspicione omnes lites procedere nobis cordi est liceat ei qui suspectum iudicem putat antequam lis inchoetur eum recusare ut ad...

[illegible]

aliam civitatem libello recusationis ei porrecto eum po|litem [?] esse neque appellare posse ante diffinitivam sententiam statuimus neque recusare, ne lites in infinitum extendantur. ¶ Eodem scilicet executore necessitatem partibus per ordinarium iudicem et omne civile auxilium imponente et arbitros eligere et apud eos venire et sic litem apparante, qui arbitri sunt ab imperiali culmine delegati. ¶ Quod si ab imperiali maiestate iudex delegatus non sit, sed ab alio culmine, optinere censemus.

Idem. ¶ Certi iuris est quod concessa est militantibus hominibus iudicandi facultas. Quid enim obstaculi est hominibus qui cuiusdam rei peritiam habent de ea iudicare, cum sciamus et militares magistratus et omnes tales homines per usum cotidianum iam esse approbatos et ut audiant lites et eas dirimant et per suam legis scientiam hiis altercationibus fines imponant.

Idem. ¶ Cum specialis iudex sive ab augusta fortuna sive a iudiciali culmine in aliqua provincia ubi reus degit datus sit et una pars suspectum eum esse dicit et ne forsitan absente persona iudicis in una vel alia civitate eiusdem provincie commorante compellatur longo itinere emenso recusationis libellum ei reus offerre, sancimus. Si quidem presto est preses provincie in ea civitate ubi esse causam contigerit, licere ei qui suspectum iudicem sibi esse dicit ipsum presidem adire et hoc facere in actis manifestum. ¶ Sin autem non est moderator provincie in prefato loco, habeat eandem apud defensores locorum vel civium in eos municipales gestis apud nos habitis celebrare et iudicem quidem eum recusare. ¶ Illico autem, id est intra triduum proximum, sine ulla dilatione compelli arbitrium vel arbitros eligere et apud eos litigare, ne et datus iudex removeatur et alter non eligatur. ¶ Electione iudicum vel arbitrii si variatum fuerit inter partes, simili modo vel presidis provincie suadeat vel defensoris locorum vel magistratuum municipalium arbitrio dirimenda. ¶ Et executore negotii cui mandata est huiusmodi cause exactio imminente et statuta ab arbitris effectui mancipante, nisi fuerit provocatum. Tunc enim ipse qui antea iudicem dedit qui suspectus visus est, appellatione trutinata formam cause imponat legitimam.

De sportulis et sumptibus in diversis iudiciis faciendis et de executoribus.

Quisquis exsecutor negotii fuerit, ab eo apparitore cui primum traditum fuit observari eum decernimus. Si qua presumptione fiunt hec mansuetudinis nostre prohibita preceptio, primum sermo qui iussa temeravit v. lb. auri co

III

Interpretatione multandos.

Idem A. Omnibus iudicibus litteris patefacimus sive his qui a nostro numine lites mandantur sive illustribus vel spectabilibus vel clarissimis vel togatis fori cuiuscumque praefecture vel aliis quibusdam vel his qui ex nostris iudicibus delegandas lites accipiunt executores si necessarium in causis eis instructas offerre et removere eos ab executione et alios ydoneos supponere vel multis afficere. Sed siquidem illustres sunt iudices usque ad solidorum sex summam sin autem alii usque ad tres tantummodo aureos. Sed ad iudices quorum interest referri quatenus militia exuti penas luant corporales. Cunctis autem amplissimis iudicibus licentia sit et maiores penas et corporales maculas executoribus imponere si male fuerint circa litem versati ut sciant non esse causas eludendas nec lucri gratia aliquid eis iniuste imponendum.

Imp. De pedaneis iudicibus.

Procuratori nostro non procuranti praesidis agenti dandi iudices nec privatas personas non competere facultatem manifestum est sed sicut allegatis inter privatas personas is cuius meministis arbitros dandos putavit sententia ab eis prolata nullo iure subsistit.

Imp. Placet nobis praesides de his causis in quibus quod ipsi non possunt cognoscere antehac pedaneos iudices dabant notionis sue examen adhibere ita tamen ut si vel propter occupationes publicas vel propter causarum multitudinem huiusmodi omnia negocia non poterint cognoscere iudices dandi habeant potestatem. Quod non ita accipi convenit ut in his causis in quibus solebant ex officio suo cognoscere dandi iudices licentia permissa credatur. Quod usque adeo in praesidum cognitione retinendum est ut eorum iudicia non diminuta videantur dummodo de ingenuitate super qua poterant et ante cognoscere vel de libertinitate praesides ipsi diiudicent. Exemplum eorundem augustorum ad sacra pi[...]

Placet ut iudicibus [illegible] quos gravitas tua disceptatores dedit insinues ut delegata sibi negocia lata sententia determinent nec in his causis in quibus pronuntiare debent et possunt facultatem sibi remittendi patere ad auditorium praesidale cognoscant maxime cum in iudicatio alicui litigatorum putatio multa videatur imponenda de provocationis poenas a sententia ex omni causa prolata libera litigatoribus tribuatur.

Idem. Placuit quotiens pedanei iudices dati post litem contestatam vel ad aliud iudicium necessario dirigantur vel publice utilitatis ratione in alias provincias profi[ciscuntur]

usicantur, ut etiam suum obierint, atque his omnibus negociis ceptis finis non possit adhiberi, alium in loco eorum iudicem tribui qui negotium examinet, nec ex eiusmodi casibus intuementibus impedimentum aliquod in persequendis litibus afferatur.

Imp. Quedam sunt negotia in quibus superfluum est moderatorem provincie exspectare, ideoque pedaneos iudices, hoc est qui negocia humiliora disceptent, constituendi damus presidibus potestatem. Quam p.

Imp. Sua iurisdictione iudices dare. Necessarium dari ne posse.

In delegationibus illud consultissime precipimus observari, ut ita valeant si ad iurisdictionem pertineant delegantis. Et si quis alienae iurisdictionis causam receperit delegandam, nec ex precepto cognitorem dati spaciam accommodare censemus; sed si ei legem obtemperaverint delegantis, omnia que ab ea delegatione geruntur ita pro infectis haberi precipimus, ac si ipsi qui delegaverant alienae iurisdictionis iudices resedissent, ut nec appellandi quidem necessitas victis adversus eas sententias imponatur. Hoc nisi iudices a nobis specialiter delegantibus data causas aliis delegaverint iudicandas. Nam his delegan-

tibus nullo personarum causarum ne sancito tractatu a pedaneis ad eos iure iudicia remeabunt.

Qui legitimam personam standi in iudicio habent vel non.

Imp. Si cum esses pupillae aetatis sine tutoris auctoritate cum adversario consistens preses provincie adversus te pronuntiavit, minime auctoritate iudicati teneris quod statutum est.

Imp. In rebus que privati iuditii quoem habent sicut pupillus tutore auctore et agere et conveniri potest, ita et adultus curatore consentiente litem intendere et excipere debet.

Imp. Momentanee possessionis actio exerceri potest per quamcumque personam. Sub colore autem adipiscende possessionis obreptitia petitio alteri obesse non debet, cum absque conventione persone legittime initiatum iurgium videatur. Nichil autem opitulatur conventio contra minorem habita, cum id rectius circa curatores debuerit custodiri.

Ne quis in sua causa iudicet. Imp. vel ius sibi dicat. Rx.

Generali lege decernimus neminem sibi esse iudicem vel ius sibi dicere debere. In re enim propria iniquum admodum est alicui licentiam tribuere sententie.

Ut nemo agere vel accusare cogatur. Imp. Invitus agere vel accusare nemo cogitur.

Imp(erator) **De ordine iudiciorum.**

Ante presidem provincie et ruptum esse testamentum iam tum Fabii presentis agnatione filii docere. Neque enim impedit notionem eius quod status questio incidit cognitioni eius; et si super castitatis cognoscere non possit; pertinet enim ad officium iudicis qui de hereditate cognoscit universam incidentem questionem que in iudicium devocatur examinare; quoniam non de ea sed de hereditate pronuntiat.

Imp(erator). Si quod tibi genus ab his quos fratres patrueles esse dicis non fit, adito preside et accepto iudice facultas hec experiri.

Qui fidei earum questio erit prius de nativitatis veritate secundum iuris formam querit idem vir clarissimus curare debebit.

Imp(erator). Cum civili disceptationi principaliter mote questio criminis incidit vel criminum post institutionem civilem causam adiungitur potest iudex eodem tempore utramque questionem sua sententia dirimere.

Imp(erator). Quoniam civilis quod (crimina)le intermissa sepe fit ut decernere iudicet prius quod ut potest maius minori preferatur ex quo criminali questio quocumque tam cessavit civilem causam velut ex integro in iudicium deductam distingui, ut finis criminalis negotii ex eo die quo inter partes lata fuit sententia initium civili tribuat questioni.

De litis contestatione

Imperator.

Res in iudicium deducta non videtur si tantum postulatio simplex celebrata sit vel actionis species ante iudicium reo cognita. Inter litem enim contestatam et editam actionem permultum interest. Lis enim tunc videtur contestata cum iudex per narrationem negotii et responsionem causam audire ceperit.

Imp(erator). **De pluris petitionibus**

Omnes odiosas excludentes calliditates ampu‑tare properantes censemus ut si quis citra quantitatem sine debita super amplore pecunia per dolum in machinationem cautionem exegit et ad iudicium debitorem vocaverit (siquidem ante inchoatam litem calliditatis eum peniteat et veritatem debiti confessus fuerit nullo eum dispendio pregravari.

Sin autem etiam ubi prebuit exordium in ceteris membris negotii permanens arguatur de adiecta falsa quantitate non solum ea sed et toto debito eum fraudari.

Et in actionibus scilicet ex sectis confessionibus sive in sinuate sunt sive non in ius vocatum suam optinentibus firmitatem, talibus et cautionibus hoc obice nonoxiis.

Imperator. **De dilationibus**

Cum omnem plenque (sic) evenient ut iudex in strumentorum vel personarum gratia dilationem dare rerum necessitate

spatium instructionis exhi|bende postulatur dari conveniet.
Ex hac ratione arbitramur esse
moderandum ut si ex eadem pro|vincia unde agitur vel persone vel
instrumenta poscentur non amp|lius quam tres menses indulge|antur; si vero ex continenti|bus provinciis sex menses custo|diri iustitia censuit; si transmarin|a autem dilatione ix menses com|putari oportebit. Ex ita
iudicantes constitutum scire debebunt ut hac ratione non
semper eis concessum intelli|gant dande dilationis arbitri|um, sed eandem dilationem si
rerum urgentissima ratio fla|gitaverit et necessitas desiderate
instructionis exegerit et non
facile amplius quam semel et
nulla trahendi arte sciant esse
tribuendam.

Impr. Si ignorans quis rescriptum
ad extraordinarium iudicem
reportaverit dilatio ei penitus de|neganda est. Cui autem qui in
iudicio vocatur danda est ad
probanda precum mendacia ut suspendatur aliqua instantia vel testes
quibus instructus esse non potu|it qui preter spem ad alienum
iudicium trahitur.

Idem. Sive pars sive integra dilatio
fuit data eousque iudicis offi|cium conquiescat donec petiti
temporis defluxerint curricula.
Certe autem sive repentine sive
sollempnes sint dilationum tempori|bus non excipiantur sed hiis con|numerentur.

Idem. Cum a nobis fuit ad appe|llationem consultationem vel rescriptum
sive sit primo iudicio petita di|latio sive ea tributa non sit sive
nec petita quia eam dari cuiquam
non licebit eadem ratione quia
nec in iudiciis quidem cognitionum
inanium dilatio tribui solet.

Idem. A precedente iudice dilationem
non convenit postulari nisi
utraque parte presente tribuatur et
non aliter nisi causa cognita indul|geri queat et cognitio cause non
interpellatione planaria sed conse|dente magistratu iudice legitime
colligatur, ut si forte dilationis
petitio fuerit improbata suscep|ta quoque personam iudicis dirim.

Impr. Inter privatos et ... ac
fiscum si aliqua lis mota fu|erit utique parti petente dilationis
per defensores suos copia non
est deneganda, sibi commoditatis
ratio postulaverit.

Impr. Nec de statu ac primo|mo litigantibus in transmarina
dilatione viiij mensium spatia
egrech concedatur.

Imperator. De feriis. Rubrica.

Solemnem consult|ationem simul observantia
nobis aditiendarum
feriarum que rebus feliciter ges|tis proveniunt ad appellationum
quod tempora porrigenda sit seu ve|rime Kalende rescribi placuit ex|perientie tue ut mensis iugiter
provocationum et sine ullo adi|tamento huiusmodi dierum
tempora scias observari debere. Sup|ra eorum dierum in appellationum
causis minime fieri adiectionem.

Impr. Ut in die dominico ma...

Impr. Omnes iudices urbaneque plebes et artium officia cunctarum venerabili die solis quiescant. Ruri tamen positi agrorum culture libere licenterque inserviant, quoniam frequenter evenit ut non alio aptius die frumenta sulcis aut vinee scrobibus commendentur, ne occasione momenti pereat commoditas celesti provisione concessa.

Idem A. Nullo iudice penitus debet ex auctoritate sua ferias aliquas concedat. Nec enim imperiales ferias vocari oportet quas ad imminutionem criminum dederit ac pro hoc sine nomine reciniuntur et fructu carebunt.

Impr. Publicas ac fiscales causas tua sinceritas in feriatis germinis mensibus absque aliqua intermissione distinguat. Ceteroruim quoque causas hisdem diebus ratum in futurum examen habebit.

Impr. Omnes dies iubemus esse iuridicos. Illos tantum manere feriarum dies fas erit quos geminis mensibus ad requiem laboris indulgentior annus accepit, estivos quidem fervoribus mitigandis et autumnos fetibus decerpendis. Kalendarum quoque ianuarium consuetos dies otio mancipamus. Hiis adicimus natalitios dies urbium maximarum civitatis romane atque constantinopolitane, in quibus debent iura differri, quia et ab ipsis nata sunt. Sacros quoque pasche dies qui septeno vel precedunt numero vel secuntur. Dies in natalis

atque epiphaniorum christi et quo tempore commemoratio apostolice passionis totius christianitatis magistre a cunctis iure celebratur. In quibus in predictis sanctissimis diebus neque spectaculorum copiam relaxamus. In eadem observatione numeramus et dies solis quos dominicos rite dixere maiores, qui repetito in se calculo revolvuntur. Parem necesse est habere reverentiam ut nec apud ipsos arbitros vel a iudicibus flagitatos vel sponte electos ulla sit agnitio iurgiorum. Venerabiles in diebus quibus vel lucis auspicia vel ortus imperii protulerunt. In .xv. autem paschalibus diebus compulsio et annonarie functionis et omnium publicorum privatorumque debitorum differatur exactio.

Idem A. Actus omnes publici seu privati diebus .xv. paschalibus conquiescant. In hiis tamen emancipandi atque manumittendi cunctis licentiam habeant, et super hiis acta non prohibeantur officia.

Impr. Provinciarum presides moneantur ut in quorundam latronum et maxime isaurorum nullum quadragesime vel venerabilem paschalium dierum existiment excipiendum, nec differatur sceleratorum consiliorum proditio, que querenda est per latronum tormenta, cum facillime in hoc summi numinis speretur venia per quod multorum salus et incolumitas procuratur.

Impr. Quadraginta diebus

quia auspicio cerimoniarum paschale tempus anticipat omnis cognitio criminalium questionum inhibeatur.

Imp. Dies festos dies maiestati altissime dedicatos nullis volumus voluptatibus occupari nec ullis exactionum vexationibus profanari. Dominicum itaque diem semper honorabilem ita decernimus venerandum ut a cunctis executionibus excusetur. nulla quemquam urgeat admonitio, nulla fideiussionis flagitetur exactio, taceat apparitio, advocatio delitescat, sit idem dies a cognitionibus alienus, preconis horrida vox sileat, respirent a controversiis litigantes et habeant federis intervallum, similiter ad se veniant adversarii non timentes, subeat animos vicaria penitudo, pacta conferant, transactiones loquantur. nec tamen huius religiose diei ocio relaxantes obscenis quemquam patimur voluptatibus detineri. nichil eodem die sibi vendicet scena theatralis aut circense certamen aut ferarum lacrimosa spectacula. et si in nostrum ortum aut natalem celebranda sollempnitas inciderit differatur. amissionem militie proscriptionemque patrimonii sustinebit si quis unquam hoc die festo spectaculis interesse vel cuiuscumque iudicis apparitor pretextu publici vel privati negocii que lege hac statuta sunt crediderit temeranda.

Imp. De iurisdictione omnium iudicum.

Si non fuit iudex procurator noster in lite privatorum, sed cum ipsum iudicem elegistis et consentientibus adversariis sententiam tulit, intelligitis vos acquiescere debere rei ex consensu vestro iudicate. cum procurator iudicandi potestatem inter certas habeat personas, et vos incongruum eum esse vobis iudicem scientes tamen audientiam eius elegistis.

Cum in aliis similibus tam in actionem proponentis quam in exceptionem opponentis persona locum habebit.

Idem. Iuris ordinem converti postulas ut non actor rei forum sed reus actoris sequatur. nam ubi domicilium habet reus vel tempore contractus habuit, licet hoc postea transtulerit, ibi tantum eum conveniri oportet.

Idem. Privatorum consensus iudicem non facit eum qui nulli prest iudicio, nec quod is statuit rei iudicate continet auctoritatem.

Imp. Nemo post litem contestatam ordinarie sedis declinet examen, nec prius prefecti pretorio aut comitis orientis vel alterius spectabilis iudicis imploret auxilium, sed appellatione legibus facta ad sacrum veniat auditorium.

Imp. In criminali negocio forum rei accusator sequitur.

Cum suo qui causam suam sive criminalem sive civilem sine celesti oraculo invicto vocavit examine aut executionem po[...]

Qua in provincia quis deliquerit sive de terra aut in qua pecuniarium seu criminum sive de hereditate sive de possessione vel ypotheca vel qualibet alia re reus sit sive civilis sive criminalis illic etiam iure subiaceat. quod ius peritum est. Si igitur ambo illi sunt in provincia illic omni privilegio cessante res expediatur. Quod si defuerit accusator vel actor cum reus venerit sive misit absolvendus est ut et dampna ei resarciantur. Eo autem absente ex cuius domo iniquum quid pacior ipsum quod admisit vel curatorem convenienti cui datis induciis licet denunciare domino causa qui si nec veniat nec mittat is qui primo conventus representatus condempnatur in quo sit obnoxius. Insuper et is qui mittere noluit si omnino appareat obnoxius. nam et de rebus eius satisfiet si is qui presens est solvendo non fit. Sed si nec ipse qui presentare dominum debuit compareat preconia voce vocatus condempnetur ...

possit militarem actor qui de negocii positi actione inuletet reus vero pro condempnato habetur. Et tribunum sive vicarii capitalem animadversionem subeundam esse cognoscant si vel suam vel in limitum

Impr. Magistrie potestati militares viros vel privato actore in civilium questionum audiendi concedimus facultatem prestitucium id ipsum more esse litigantium videatur. Constet quoque militarem reum non a suo iudice exhiberi posse nec si in culpa fuit cohercere.

Impr. Per iniquum et temerarium esse perspicimus eos qui professiones aliquas seu negociationes exercere noscuntur iudicium ad quos earundem professionum seu negociationum cura pertinet iurisdictionem et preceptionem declinare conantur. Quapropter iubemus his hominibus nec cuiusquam milicie seu cinguli vel dignitatis prerogativam in hac parte suppetere. Sed eos quicumque statutis in quacumque milicia constituti sunt vel fuerint seu dignitatem aliquam pretendunt sine quadam prescriptione fori his iudicibus tam in publicis quam in privatis causis obedire compelli ad quorum sollicitudinem professionis seu negociationis quam preter miliciam ut dictum est exercent gubernatio videtur respicere. Ita tamen ut ipsis nichilominus iudicibus sub quorum iurisdictione milicia sive dignitas eorum constituta est periculo dubio reddeant. Hiis videlicet qui contra legis eius tenorem venire temptaverint militie cingulo seu dignitatis honore pretali conamine spoliandis.

Quando imperator inter pupillos vel viduas vel miserabiles personas cognoscat. ne exhibeantur.

Impr. Si contra pupillos vel viduas vel diuturno morbo fatigatos et debiles impetitum fuerit diuinitatis nostre iudicium. memorati a nullo nostrorum iudicum compellantur comitatum nostrum copiam facere. quinimmo intra provinciam in qua litigator et testes et instrumenta sunt experiantur iurgandi fortunam atque omnis cautela servetur ne terminos provinciarum suarum cogantur excedere. Quod si pupilli vel vidue aliique fortune iniuria miserabiles iudicium nostre serenitatis oraverint presertim cum alicuius potentiam perhorrescunt cogantur eorum adversarii examini nostro sui copiam facere.

Impr. Ubi de criminibus agi oportet. Rubrica.

Questiones eorum criminum que legibus aut extra ordinem coherceri unt vel commisse vel inchoate sunt vel ubi reperiuntur qui rei esse perhibentur criminis perfici debere satis notum est.

Impr. Sciens liberum venim ...

dando plagii crimen committit. ab eo utique qui super hoc quin potest aditus competens iudex sius quem prius ingenuum vendidisse et pro servis sibi degit, ubi causam cognoscere debet. R. De possessione agi oporteat. R.

Imp. Ubi autem iussu ... aut momentaria possessio postulanda est ibi loci iudicem adversus eum qui possessionem turbavit convenit iudicare. R. De fideicommisso agi oporteat. R. ca.

Imp. Fideicommissum ibi petendum esse ubi hereditas relicta est dubitari non oportet. R. Convenia[n]tur qui certo loco promittit.

Qui certo loco se soluturum pecuniam obligat si solutionem non fecit arbitraria actione et in alio loco potest conveniri. In qua venit extimatio eius quod alterius interfuit suo loco potius quam in eo quo petitur solvi. Ubi in rem actio exerceri debeat. R. ca. I

Imperator. In rem actio non contra venditorem sed contra possidentem competit. frustra itaque desideras non tecum in congredi sed auctorem tuo dominium vendicantem cum te possidere contendas. nam si denuntiasti ei qui tibi vendidit in te litigis evictionis periculum ad eum spectare, non enim iurisdictionis forma in eadem provincia constitutis tam petitore quam possessore ob actoris personam quem in alia dioecesis provincia consistere dominum mutari.

Imp. Si quis alterius nomine quolibet modo possidens immobilem rem litem ab alio perpessus fuerit actionem sustineat debet statim in iudicio dominum nominare ut sive in eadem civitate degat sive in agro sive in alia provincia sit certo dierum spatio a iudice finiendo eoque ad notionem eius producendo vel ipse in locis in quibus praedium situm est perveniens vel per procuratorem mittens actoris intentiones excipiet. Si vero post huiusmodi indultum tempus minime hoc quod dispositum est facere maluerit tamquam lite que ei ingeritur ex die quo possessor ad iudicium vocatus est ad initium pendam longi temporis prescriptionem contestata in detrimentum ... possessionis domino nec post huiusmodi humanitatem sui presentiam facientem edictis legitimis proponendis eum citare curabit et tunc in eadem voluntate in eodem permanente negotium summatim discutiens in possessionem rerum actorem mittere non differet omni allegatione absenti de principali questione servata.

Imp. Actor rei forum sive in rem sive in personam sit actio sequitur. Sed et in locis quibus res propter quas contenditur constitute sunt iubemus in rem actionem adversus possidentem moveri.

Ubi de hereditate agatur vel ubi scripti heredes in possessionem mitti postulare debent.

Imp. Ubi res hereditarias esse proponis, heredem in possessionem rerum hereditariarum mitti postulandum est. Ubi autem domicilium habet qui convenitur, vel sibi ubi res hereditariae sitae sunt, sibi de hereditatis erit controversia terminanda.

De ratiociniis tam privatis quam publicis etc.

Imperator. Cum quis aliena negotia sive ex tutela sive ex quocumque alio titulo administravit, ubi gessit rationem oportet reddere.

Imp. Nemo pro deposito singulorum privatae utilitatis reddendis ob negligentiam quod militiae causa ei excerptum privandi rationem gratia eius numerum in quo militavit vel apud quem ipse gessit, a quocumque pulsatus fori praescriptionibus utatur: unumquemque enim super his causis, id est publicis, quas dum militaret exercuit, super provinciis militantibus per quos suos contubernales afflixisse asseritur, in militari oportet iudicio respondere in quo et instructio sufficiens et nota testimonia et verissima possint documenta praestari.

Ubi causa status agitur.

Imp. Ea quae a te cum esset fugit in aliam provinciam se contulit, libertatem suam vendicans non invita eo loco litigare compellenda est unde cum fugitiva recessit. Ideoque remitte eam in qua fuerat praeses provinciae, qui eo loco ius repraesentat curare debebit, sed non ut de praesentia et audiendus.

Imp. Procuratores nostros status causam examinare non posse omnibus notum est.

Imp. Si in possessione libertatis constituta est, cum in status quaestionem actor forum rei sequi debeat, ubi causam liberalem agi oporteat ubi consistit quae ancilla dicitur, licet senatoria dignitate actor decoretur.

Idem. Si ex possessione servitutis in libertatem quis proclamat, ubi agi oporteat status causam, ubi domicilium constitutum habet qui se dominum dicit, non est ambigui iuris.

Idem. Iamdudum a nobis statutum est ut si quae causae libertatis et servitutis in provinciis inter fiscum et privatos exorirentur, ad rationalem vel magistrum privatae rei hoc est unam motam est quod retinent. Et si quae vero ingenuitatis essent, a rectore provinciae examinarentur.

Imp. In litibus in quibus utrum ingenuus an libertinus sit aliquis, certum quemcumque per superiorem procedebant divino auditorio opus esse dum nec leges percipiebant in posterum cessare sancimus et huiusmodi lites in praememoratum tempus ad exemplum ceterarum vel in provinciis apud earum moderatores vel in hac alma urbe apud competentia maxima iudicia examinari, quod et si fiscalis in una persona super tali condicione vel in servili quaestionem patiatur tenere

[illegible]

ergo queritur qui pronunciat de possessorio petitorio seruatur in loco ... an fugit. Et sic domini causae continentia ... debet. i. in petitorio.

i. et C. q. corrigit ut hic scribitur ... l. si. Item uel corrigi totus titulus ... ne de statu ... per istam l. si ille sequitur de defuncti statu hic in uerbis.

[illegible]

Incensemus ut qui ex curiali uel cohortali alia ue condicione

Imperator. Quisquis curiae uel officio iudicum aut aliis quibuscumque corporibus obnoxius intra prouinciam ab his sentit quos aufugiat comprehensus non exspectata eius iudicis notione sub quo per ambitum de patria militare peruenit, usque emendicati honoris praescriptione submota, a iudice qui in locis aditus fuit audiatur: manifestaque rerum probatione conuictus eorum societati quos declinauerat aggregetur.

Imperator. Hac perpetua lege sancimus in prouincialibus iudiciis non posse fori praescriptionem opponi eos qui ad curias uocantur uel cohortalibus debiti dicuntur officiis uel aliis corporibus obnoxii sunt, eos etiam qui super exactionibus uel concussionibus perpetrasse firmantur, exceptis uidelicet his qui armata militia praediti sunt uel aliis qui speciali beneficio principali se defendant. Ita tamen ut cum ex militaribus uiris curiae nomine uel cohortalis officii quid ingeratur rector prouinciae super eius nomine tam ad sedem tuae magnificentiae quam ad magisteriam uel ad competentem referat potestatem, ut hi qui uel ut debiti postulentur prouinciali iudicio destinati ibi euentum iudicii exspectent. Si uero in posterum praecipiunt huiusmodi quaestiones super publicis aut functionibus et debitis nemini licere fori praescriptionem opponere praeter eos qui speciali excepti sunt, certos excelsae tuae sedis et rectorum prouinciarum in quibus negotio declinare minime posse iudicium. Decernimus itaque ut qui tam salubrem legem pertinaciter uiolare temptauerit sciat a moderatoribus prouinciae aduersus se tamquam in contumacem sententiam proferendam.

Imperator. Ut senatores uel clarissimi de curiali

Quicumque, quem non illustris, ceterum tamen clarissima dignitate praeditus, uirginem rapuerit uel fines aliquos inuaserit uel in aliqua culpa seu crimine fuerit deprehensus, intra prouinciam in qua facinus perpetrauit publicis subiugetur legibus nec fori praescriptione utatur: omnibus enim omnem in his honorem reatus excludit.

Imperator. Quotiens uiro forte pr[a]efectorio uel expraefectorio uel ei quem praetorianae uel urbicanae praefecturae amplissimae sedis ad ministratio illustrat uel consulari uiro quem tam ordinaria professio quam sacra nostrae pietatis parant sublimauit oratio, qui ue magisteriae potestatis sudoribus clarus factus est uel ei qui magisterio officiorum uel quaestoris officio functus aut sacrae nostrae pietatis cubiculo praepositus post depositam administrationem senatorio ordini sociatus est, aut cui nostra serenitas domesticorum scholam regendam mandauit

libertinitatis. hic agebat inter praesidis uel a ... liter. ut modo dixi in lege ... de si. fructus ... puta quia fiscus prouocabat ... ad seruitutem ... uel libertate ... in seruo ... dicebat se ingenuum cum ad seruitutem ... libertate ... uocatur ... cognoscere ... ingenuitatis ... de statu ... fiscus ... i. placet ... rescripto concesso ... Aliud ... praecipiunt ... omnino ei ingenuus de seruo manumissus ... non poterat ingenuitatem proclamare ... auxilio principis ... in principe ...

an est ... armata ... quia hic aufugit in sequenti non aufugit. Sed ... debere esse de curia uel cohorte uel corpore ... qui ordinatus est ... comprehensus ... et ... in ... at sub quo militabat ... cognoscere ... praesidi ... persona ... officio ... Item quia actione petitur ... audiatur ... expediatur ... ad tres menses ... causa ... de decurio ... generali ... cohortales magis ... uocantur ... reuocantur ... Accursius.

[illegible]

cui vel sacros nostri nominis affatus vel sacros aut res privatas nostre pietatis vel serenissime auguste nostre coniugis gubernandas iniunxit predepositam videlicet administrationem civilem publicam vel privatam, quod cuncti non per procuratorem respondere liceat: hac in beatissima urbe vel in provinciis commoranti ingeratur nullius iudicis alterius nisi nostre pietatis huius cause cognitionem vel sacri tantummodo cognitoris, cui nostra serenitas huiusmodi negotii audiendam vicem sua sacris apicibus mittendam mandaverit, ita tamen ut apud talem iudicem nullius officii vel scole intercedente ministerio moreatur, quod huiusmodi sacrarum consultationum nimirum absque ulla videlicet observatione dierum fatalium introducte esse iuris devotissimis sacris nostri scrinii libellensibus sollempnia implentibus audiatur, eo qui in crimine vocatus erat nec quasi ante per omnes iniurias patiatur sedendi, quod in aliqua secretarii parte iudicibus inferior alteri tantum vel non superior esse videatur. Huiusmodi viro sinam adeo autem tantarum honores dignitatum dirperi augendos ut nec sacro quidem cognitori nostro nec presenti tamen fuerit patefactum esse huiusmodi viros vel sententiam statuendi concedimus aliquid facultatem, sed hos solummodo viros vice quod principi auditori licebit ut intentatum apud se crimen sic patefactum fuisse ad principalem referant vel totam ultionis aut tantis inferende dignitatibus moderamen principis residebit arbitrio, scilicet cum oporteat accusatoris calumpniam reo videlicet absolvendo penitus inconsulta quoque nostra serenitate, prout leges sciunt, coherceri: si forte accusator quoque non minoris quam reus sit dignitatis. Sin hoc namque casu super cohercenda huiusmodi accusatoris calumpnia non minimo consulenda est principalis auctoritas. ¶ Viros autem illustres in hac inclita urbe degentes qui sine administratione decorati fuerint honorariis codicillis, licet talem prerogativam nostre iussionis meruerunt ut quod non egerint videantur egisse, in criminalibus causis magnifice tue sedis illustrissime iudicante prefecture necnon et viri magnifici magistri officiorum, quotiens tamen ad eius auditorium specialis nostre pietatis emanaverit iussio, sententiis respondere decernimus, ita ut huiusmodi viri sedendi quoque in cognitionibus dicendis minime sibi vendicent facultatem. ¶ Sciant autem ipsi quoque non de se nec de suis facultatibus iudicationis aliquando nec probatis criminibus quam si prius ad nostram pietatem retulerint posse statuere. ¶ Quotiens autem viri illustres in provinciis constituti non habentes tamen quorum cognitio ad nostram pietatem vel ad vicem nostri nominis auditorum pertineat in querimoniam fuerint criminalem vocati, et sedendi cum celebratur cognitio in secre

tariis uindicantur ius con
sequntur et iudices quod pate
factis criminibus ferendis sen
tentiis uiros facultates eorum
suis abstineant donec nostre
pietatis ad suas peruenerint
relationes rescriptum suppliciumque
uidelicet quod accusatoribus patefacta
eorum calumpnia ingerendum
est a provinciales iudices sine
sicut superius dictum est similem
habent dignitatem

Imperator. Senatores in peculia
riis causis sive in hac urbe sive
in suburbanis degunt muni
tione tam pretoriane quam urb
icane prefecture necnon mag
istri officiorum quotiens tamen ad
eum nostre pietatis emanaverit
iussio. In provinciis vero vel lares
fovent aut vel maiorem bono
rum partem possident et assid
ue commorantur respondebunt.

Imperator. In quibus causis militantes fori prescriptione uti non possunt.

Omnes
omnino do
mesticos et a
gentes in rebus et quecumque
alia pretenditur militia vel dig
nitas sub moderatoribus provin
cie pro functionibus publicis
respondere nulla fori prescriptione uali
tura scimus si hoc quod exiguntur
publica debita uti temptaverint
immo in aliis privatis
actionibus occupatos uolumus
respondere quamuis vero per provincias alias
sociantur vel conductorum uo
cabulis cum non armatam
militiam perditi sunt defectum
tur sive domorum divinarum
sive virorum potentium vel
curiis sed conductionis sunt con
ductores vel forte commeatum
ad rem propriam componendam
unius anni inducias osten
dunt se accepisse eadem forma
servanda in his et qui in scrinio
vel militandi sacra beneficia meru
erunt ut in ipsis rectoribus provinc
iarum respondeant.

Ut cause fiscales et divine domus hominumque eius agantur.

Imperator. Non defense mortis
questionem apud procura
tores nostros non oportere
tractari quis ignorat. Nec bo
na fisco peti posse quam si de cri
mine constiterit apud eum cui
convictis penam irrogare licet
plane defunctis homicidii
reis apud procuratores causam quod
agendam esse non permittit.

Idem. Non animaduertimus cur
causam ad officium procuratorum n
ostrorum pertinentem ad pro
consulis notionem advocare ve
lis. Nam cum hoc queratur an
pater tuus mortem sibi consciuer
it metu alicuius pene ac propterea
bona fisco vendicari debeant
iam non de crimine aut pena
mortui sed de bonis querendum est.

Imperator. Procurator meus qui
vice presidis provincie non fung
itur sicut exigere penam deserte
accusationis non potuit nec iu
dicare ut ea inferatur sententia sua non

Imperator. Cum vendente pot.
procuratore nostro emisse te predia
dicas precium eorum necessario sol
vere debes cum his quibus man
dantibus eadem predia emisse et tra
didisse dicas agente te procura

[illegible]

tor meus sicut ius audiam e lege
gis cognoscet ut pecuniam que
precii nomine debetur et us
uras que fisco solvende sunt
consequi possis.

Impr. Ad fiscum pertinentes
causas rationalis decidat omnibus con
cussionibus prohibendis.

Idem. Si quis adversus conducto
rem vestrum aliquid agendum
crediderit viro illustri comiti
rerum privatarum referri opor
ne et iudici estimationis et officio
eius salutis discrimen immineat.

Idem. Dominicis colonis et pa
trimonialibus gravitatem tuam
censuimus disceptatorem esse debe
re. Duces enim et prepositos militum
et castrorum et rectores provinci
arum a vocandis et arcendis
colonis abstinere oportet.

Idem. Cum aliquid colonus an
fiuus rei privatae nostre contra disci
plinam publicam admiserit ipse
tra[h]i se ad iudicium rectoris pro
vincie venire cogendus est sic
videlicet ut presente rationali vel pro
curatore domus nostre inter eum et
accusatorem causa tractetur et si facinus
fuerit ad probatum iuris severitas
exerceatur.

Impr. Vinuisi fiduciam gerit
ut si quis eorum ab actore re
rum privatarum vel a pro
curatore fuerit vexatus iniuriis
super eius contumeliis vel depre
dationibus deferre querimoni
am sinceritati tue vel rectori pro
vincie non dubitet et ad pu
blicam suam vindicte sine
aliqua trepidatione convolare

querere cum fuerit probationibus decl
arata scimus et edicimus ut si
in provincialem hanc audiam
quisquam in olim ausus fuerit pu
blice vivus concremetur.

Impr. Nullum ex officio rationa
lis qui exactor vel cartis inser
viat alio iudicio adduci opor
tet nisi forte cuiuspiam accu
satio legibus diffinita pulsaverit.

Impr. Hac lege scimus ut si
agat domorum nostrarum co
lonus aut inquilinus aut ser
vus seu pulsatur ab aliquo
super criminali vel civili negotio non
alibi quam quod tunc culminis
ac vir spectabilis comitis do
morum petetur examen null
ius allegatione super fori prescrip
tione penitus admittenda.

Ut quando liceat unicuique sine iudice
iudicare se vel publicam devotionem
defendendo.

Impr. Liberam resistendi cunctis tri
buimus facultatem
ut quicumque militum vel
privatorum ad agros nocturnus
populator intraverit aut iti
nera frequentata insidiis aggressio
nis obsederit permissa cuicumque
licentia digno illico supplicio sub
iungetur ac mortem quam mi
nabatur accipiat et id quod in
tendebat incurrat. Melius est
enim occurrere in tempore quam post
exitum vindicare. Vobis itaque
vobis permittimus ultionem
et quod serum est punire iudicio sub
iungamus edicto ut nullus par
cat militi cui obviare telo o
portet ut latroni.

Bona lex … off.

[illegible]

Novissima lege si quatuor sunt vel pauciores ex substantia deficientis triens, si plures semis debetur eis quoquo relicti titulo ex equo, scilicet inter eos dividenda, scimus portionis nec in usufructu quod fraudari possunt a parente.

Et si parens in quendam liberorum seu quosdam immensam fecit donationem, quisque tamen ex hereditate tantum feret nomine falcidie quantum debitum potest ante donationem. Hec autem ei qui largitate immunis abstinet ab hereditate dummodo suppleat ex donatione aliorum portionem si opus sit.

Imperator. Opprimendorum deserto rum facultatem provincialibus iure permittimus. Qui si resistere ausi fuerint in hiis velox ubicunque esse iubemus supplicium. Cuncti enim adversus latrones publicos desertoresque militie ius sciant pro quiete communi exercende publice ultionis indultum.

De inofficioso testamento.

Cum de inofficioso matris sue testamento filius contendit adversus eum qui ex causa fideicommissi hereditatem tenet, non est iniquum hoc ei accommodari ut perinde fideicommissarius teneatur ac si pro herede aut pro possessore possideret.

Quamvis de inofficioso testamento acturum te bonorum possessionem accepisse proponas, tamen scriptis heredibus auferri possessionem inciviile est.

Si mater filiis duobus institutis heredibus tertio filio post testamentum suscepto commutare idem testamentum potuisset, hoc facere neglexisset, merito ut potentibus non iustis rationibus neglectus de inofficioso querelam instituere poterat. Sed cum eam in puerperio vita cessisse proponas, repentinum casum iniquitas per coniecturam materne pietatis emendanda est. Quare filio tuo cum mecum preter maternum fatum imputari non possit, virilem portionem tribuendam esse censemus, actionibus filios heredes institutis. Si autem heredes scripti extranei erant, tunc de inofficioso testamento actionem instituere non prohibetur.

Cum ex causa fideicommissi feminam decurionum patronus in libertate morati sitis filios in suscepistis quamvis postea dominum vestrum inofficiosum testamentum sit pronunciatum agente filio, non est equum filios libertatis conditionem.

Cum queratur an filii de inofficioso testamento prius possint dicere, si quartam bonorum mortis tempore testator reliquit inspicitur.

Neptem defuncti actionem de inofficioso testamento quamvis pater eius emancipatus defunctus fuerit instituere posse ignorare non debes.

Parentibus dividende hereditatis inter liberos arbitrium adimendum non esse cum nemini nisi is qui pietatis est conscius et partisque intestato defuncto potuit ad eum pertinere quartam ex iudicio parentis optineat. Qui autem agnovit iudicium defuncti eo quod premium debitum pro hereditaria parte persolvit vel alio modo in satisfecit si minus quam ei debeatur relictum est si is maior xxv. annis est accusare inofficiosam patris voluntatem quam probavit non potest.

De inofficioso testamento militis vel munere immunitari vel civili sive vel centurionis vel tribunum militum nec filios posse conveniri certum est.

Si hereditatem Quintilianum quem patrem tuum dicis esse adversus

Imperator. Si paternis ponte contumax vel proximum proposito viris inofficiosum fratris testamentum diceretur herede relicto decessit cum ceptam vel quamquam non placitam illi exequi non prohibens.

quos de inofficioso testamento acturus eras iure successionis bona ad fiscum pertinent usque quintum annum bona utpote vacantia fiscus teneat causam apud procuratorem meum agere potes.

Idem. In arenam non dampnato set sua sponte arenario constituto legittime successores integre sunt sicuti civitas et libertas manet. Si testamentum parentis eius fecit nec de inofficioso testamento accusatio neque bonorum possessio ei competit. nam talem filium merito quis indignum sua successione iudicat. nisi ipse similis condicionis est.

Idem. Si pater puelle cuius curatores esse dicitis filio ex semisse. ipsam autem ex triente et uxore ex reliquo sextante scriptis heredibus fidei filiorum commisit ut si quis eorum intra xxv. annos etatis decessisset superstitibus portionem suam restitueret. et per uxorem ut id quod ex causa hereditatis ad eam pertinuisset filiis post mortem suam restitueret fideicommisit calumpniosam inofficiosi actionem adversus iustum iudicium testatoris institui non debetis cum ex his fideicommissam a restitutione tam matris quam fratris eius portio ad eam potuit pervenire.

Imperator. Cum duobus heredibus institutis uno ex v. altero ex vii. unciis adversus eum qui ex vii. unciis heres institutus fuerat iusta querela contenderis se ab altero autem victum te fuisse allegas. pro ea parte qua solutum est testamentum cum iure intestati qui optinuit succedat. neque legata neque fideicommissa debentur quamvis libertates et directe competant et fideicommissarie prestari debeant.

Imperator. Cum qui inofficiosi querelam delatam non tenuit a sua accusatione non submoveri placuit. Idem observatur et si ex crimine fuerit crimine instituto victus pro ea de inofficioso actionem exercere voluit.

Imperator. Filiam preteritam ad successionem eius contra inofficiosi querelam aspirare non posse explorati iuris est.

Imperator. Contra maiores xxv. annis duplicem actionem inferentes primam quasi testamentum non iure sit perfectum. alteram quasi inofficiosum licet iure perfectum prescriptio ex persona iudicii mora quinquennalis temporis non nascitur que officere non cessantibus non potest.

Imperator. Cum filium tuum te preterita sororem heredem instituisse proponas inofficiosi querelam apud presidem provincie persequi potes.

Imperator. Cum te pietatis religionem non violasse sed mariti coniugium quod filias suetas sortita distrahere noluisse ac propterea offensum atque iratum patrem ad exheredationis notam prolapsum esse dicas si inofficiosi testamenti querelam inferre non vetabis.

Idem. Filia morbitate patris re

dicta cum marito tuo invito te nupta colens concordiam iustam offensionis pro eiusdem matrimonii perseverantiam causam non praestat, nec ex moribus tuis voluntatibus nupta atque vidua esse compellitur.

Idem. Si filia tua eo quod turpiter et flagitiosa foeditate vivit a successione tua eam excludendam putas, si non inconsulto calore sed ex meritis eius ad odium incitatus es, postremum iudicii liberum arbitrium habebis.

Idem. Fratris vel sororis filium patrui vel avunculi amitae et materterae testamentum inofficiosum frustra dicere, cum nemo eorum qui ex transversa linea veniunt exceptis fratre et sorore ad inofficiosi querelam admittatur. Sane de falso paccationem criminis quaeri non prohibentur.

Idem. Si maritus tuus facto testamento te quidem ex asse toto scripsit heredem, filiam autem quam habuit in potestate exheredatam fecit, minime probatur nec ei quicquam relictum est, neque iustam causam offensae praestitisse convincatur, eam de inofficioso testamento patris querentem totam hereditatem optinere posse non ambigitur. Cum si iam optinuit vel postea vincat, quod cum maritus mortis suae tempore debuisse est probatur id ab ea reddi oportet.

Idem. Testamenti factionem per attestationem vos intellexisse minus profitentes iustitiam offensae manifeste testamenti.

Idem. Testamentum militis filii familias in castrensi peculio factum neque a patre vel ab his eius per inofficiosi querelam potest rescindi.

Idem. Filiis matrem quae de mariti moribus secus suspicatur ita posse consulere iure competenti, ut eos sub hac condicione instituat heredes si a patre emancipati fuerint, atque eo pacto sententiam vobis postremum cum recte accipientem videri qui condicioni minime optemperavit, neque enim nomine filiorum inofficiosi eorum actionem posse competere, cum nullam iniuriam fecit matris, sed potius putavit providendum. Restituere ergo debet.

Idem. Ex tribus unciis heredem instituto filio intra pubertatis annos directam non mutilatam a patre factam substitutionem constat esse.

Imperator. Fratres vel sorores uterini ab inofficiosi actione contra testamentum fratris vel sororis penitus arceantur. Consanguinei autem durante vel non agnatione contra testamentum fratris vel sororis de inofficioso querelam movere ita possunt si scripti heredes infamiae vel turpitudinis vel levis notae macula aspergantur, vel liberti qui perperam et non bene merentes maximisque beneficiis suum patronum adsecuti instituti sunt, excepto servo necessario herede instituto.

Idem. Liberi de inofficioso querelam contra testamentum parentum moventes probationem debent praestare quod obsequium debitum iugiter prout ipsius naturae religio flagitabat parentibus adhibuerunt, nisi scripti heredes ostenderint

[illegible]

Ut ibi. Sex sta[tim] ut ibi non...

De inofficioso liberi debet...

[illegible]

malunt ingratos liberos suos parentes extitisse. ¶ Sin autem neque filii testamentum inofficiosi accusatorem instituat, in quem diligentiam iubemus utrum filius nulla exquisita calumnia in item novissima lesit voluntate eo quod nec victualiosam ei legitimam reliquit portionem ut testatorem omnino successio deficiat. ¶ Si tamen minus honestis sectis atque indecentibus machinationibus filium forte obsedit insidiis que eum vel clam vel testimonii sui insultans appetiit vel cum inimicis suis amicitiam suam copulaverit aut malis sic usus est ut inimicus eius potius quam filius crederetur, ut hoc probato invita in filii acquiescat voluntati.

Imp. ¶ Quoniam novella constitutio divi Leonis ante nuptias donationem a filio conferri ad similitudinem dotis que a filia confertur precepit in ante nuptias donationem filio in quartam precipimus imputari. ¶ Eodemque modo in casu ubi pro filia dotem vel pro filio ante nuptias donationem vel avus paternus aut maternus vel avia paterna vel materna pro sua nepte vel nepote vel proavus itidem paternus vel maternus vel proavia paterna vel materna pro sua pronepte vel pro suo pronepote dederint, itidem eandem dotem vel donationem conferri et imputari in quartam partem ad excludendam inofficiosi querelam tam dotem datam quam ante nuptias donationem prefato modo volumus imputari si ex substantia eius profecta sit cuius

...de hereditate agitur.

Imp. ¶ Omnimodo testatorum voluntatibus prospicientes magnam et innumerabilem occasionem subvertende eorum dispositionis amputare censemus et in casibus in quibus de inofficiosis defunctorum testamentis vel alio modo subvertendis moveri solebat actio certa statuta legitima mortuis censemus consulere quam liberis eorum vel aliis personis quibus eadem actio competere poterat, ut sive adiciatur in testamento de adimplenda legitima portione sive non, sit firmum quod testamentum. Liceat vero his personis que testamentum quasi inofficiosum vel alio modo subvertendum queri poterant id quod minus portione legitima est relictum eis adimplendam eam sine ullo gravamine vel mora exigere, si tamen ingratitudinis morbis non arguantur cum eos scilicet ingratos circa se fuisse testator dixerit. Nam si nullam eorum quasi ingratorum fecit mentionem non licebit eius heredibus ingratos eos nominare et huiusmodi questionem introducere. Et hec quidem de his personis statuimus quarum mentionem testator fecerit et aliquam eis quantitatem in hereditate vel legato vel fideicommisso licet minorem legitima portione reliquerint. ¶ Sin vero preterierint aliquam earum personarum iam natam vel ante testamentum conceptam adhuc in ventre constitutam vel exheredatione vel alia eorum mentione facta in hereditate penitus reliquerint tunc ve

[illegible]

post luci testatoris. puta erat statutum. ut succederet militans et post xx. an. dantur x. heredi. eius a domino mi[litie] [illegible] et militia redeat ad dominum si post xx. an. et quinque.

herede vel dic quod totum occupavit. legitimam quia legitima habet appellat. minus clam. in hereditate. puta partem capitula restitutione tamen sibi per fideicommissum. a fine vel in universali hereditatem [illegible]

optinet. s. et cederet et militans quantum ad heredem suis mittet et tamen nec quantum imputabit. silentiarie quibus imputatur sua in minima sub secreto continetur. ex aplis. ut i. silentiarii. l. xii. l. xii. computetur et est ei qua hic existente scilicet quem eis vel quantum. o. s. ille ... l. si. ii.

Quoniam scimus s. et ceteros. ac. Quoniam in prioribus sanctionibus. l. omnes. omnimodo. per censentem. at vel habentur sine aliquo gravamine. gravamen. velut in. ut s. et sic est et ut infra. l. l. ut infra. s. illa corrigitur diu. s. e. i. novissima. tollatur. ut supra. s. et quod. patet. sine scriptis dicitur ut fecit perficiens si non. n. s. e. l. filii. l. si ... fiet in vulgaribus. ascribitur. nec nisi voluerit et facere testamenti subsitiendo in testamento non positum. ut s. e. l. ex titulo. l. s. et ... si. ii. et ipsi. talis sub. l. humanitatis. et alii dicunt. l. preterea. s. e. corrigi per istam. item non licuit le [illegible] nutile.

tantum locum habere scimus. nullam ex presenti promulgatione novationem accepturam. Imputari vero filiis et aliis personis que dudum ad inofficiosi querelam vocabantur in minimam portionem et illa volumus que occasione militie ex pecuniis mortui eisdem personis acquisite posse vicia in eas personas manifestum est eo quod talis sit militia ut vendi possit vel mortuo militante certa pecunia ad eius heredes perveniat ita tamen ut ille gradus eiusdem militie inspiciatur quem in morte testatoris militans optinet ut tanta pecunia eius in minimam portionem computetur quantam dari statutum est si in eo gradu mortuus esset is qui militiam ex pecuniis testatoris eius adeptus est. Exceptis vero solis viris spectabilibus silentiariis sacri nostri palatii quibus iam per statuta specialia beneficia tam de aliis capitulis quam de aliis pecuniis supra memorata militia a parentibus eorum datis ne in minimam portionem eis computentur statutam esse percipimus cuncti vero personis predictam observationem tenere volumus.

Id. Que mihi ad testamenta conservanda nec facile rescindenda scimus ut rite facta die mune illis personis delicta que ad inofficiosi testamenti querelam ex prioribus vocabantur legibus non pertinent testamentum sed quod deest legitime portioni id est quarte parti ab intestato successionis tamen repleatur exceptis illis quibus nichil in testamento relictum est in quibus prisca iura illibata servamus et ad testamenta sine scriptis facienda locum habere scimus. l. singularis

Id. Quoniam in prioribus sanctionibus illud statuimus ut si quid minus legitima portione hiis derelictum sit qui ex antiquis legibus de inofficioso testamento actionem movere poterant hoc repleatur ne occasione minoris quantitatis testamentum rescindatur. hoc in presenti additiendum esse scimus ut si conditionibus vel dilationibus quibusdam aut aliqua dispositione vel moram vel modum vel aliud gravamen introducente ut eorum iura qui ad memoratam actionem vocabantur imminuta esse videantur ipsa conditio vel dilatio vel alia dispositio moram vel quodcumque onus introducens tollatur et ita res procedat quasi nichil eorum testamento additum esset. l. allegabilis

Id. Si quis suo testamento in parva quantitate portionem in vobis derelinquit minusculam aut aliis vel aliis de sua stirpe progenitis ipsa tamen legitimam suam hereditatem vel in legato vel in fideicommisso vel non possit locus inofficiosi testamenti querele fieri. Ille quoque qui ex pupillo genitoris sui consequitur substitutionem eam suscipere maluit quam aut ex maiore parte eam impletus est sive unus vel si plures sint non statim et sine contentioso proposito vel ulla mora eam restitui voluerunt sed expectato vi

lecum sequentia. et quod sub conditione de legato dicunt heredem in substitutionis. ut in auctenticis. ut cum de ap. co. s. illud. aliud vel ambo sive restitutionis. s. aliter totum occupavit. et sequitur. s. et si quantitatis illius minus. aliter atque quantitatis et non me large. et ff. de legatis. l. si. ii. quisque. s. sed ut infra totum. am. ut cetere. ut. s. fideic. l. si. ii. s. et ... natur. s. et s. de plus petitionibus. l. testamentum sine scriptis. et f. ex eo. sine scriptis repelli. aliud bene. et hoc a ... male. et s. gravetur. non. ut. s. et ... l. si. ... et s. de penis l. et ... et s. de hiis qui ... l. ... filius non ... ut ... fallit. et s. ... si ... et s. ... l. et ... quos tamen ... intelli[gitur] ... sequitur de ... ex ... fillo ... fallit. et ... l. observa ... magistri ... propriam ... tenetur ... fallit. et

non vivari. sic. i. de testamentis. l. testium. et ff. de hereditate. instituendis. hereditatis modicum et ff. quando ap. sit. l. i. et. vidi. ut si ar. et ff. de arb. pedum. Si quis libero in plan[illegible] vero tamen conveniunt declinari. ut ff. de v. sig. l. non est. minusculam certam ab universali

dimisit. l. si et si pupillo. et de testamentis instituendis. et ff. quis. quisque. ... sed sit sibi potest coterminorum ... sub conditione ut. s. e. filius in [illegible]. existimari. et sic exheredari non potest. ut hic. et i. de lib. p. l. si. et. si. diximus.

In [illegible] relinquit [illegible] pater relinquit aliquid filie [illegible] Queritur an filia possit petere legitimam [illegible]

Sed negat [illegible] relicto [illegible]

Siquis constitutum. si ei in uno anno nō sit acceptus nullo iure ad hereditatem eius admittitur. ut. ff. de iniusto. t. siquis filio. ff. lib. xxvi. i. de suis et le. l. titius. §. si. s. inofficioso. inui ex sua persona. ut ff. e. si is qui. q est. de cõ. tutel. de succ. ii. §. si ñō testim. pr. h. ex persona patris uolebat admitti. ibi ex sua ut dic q h etiam ex sua persona. nō admittit. quia hic ne preciat p titulus

it querelam t pet. hr. ee ite q est falsum ut diximus. e. l. qui de inof ficioso t h expe quia age do querela. pat. at pe. hr. omne admittorum. ff. um ali pr. em pterea ex ute no debuit ex heredari. nā subuit t sup uixit. t ff. de inuisto. t. testā. l. siqs filio. e. l. item hereditatum tu subitit. m. ti. t e. nepos p. l. qui filius est respectu. nu. nepoti. de funti. aui. relinquit si cū fuit. quia ipso iure facti sic sed imparatae. ut sparatae si potuit. ut. t. e. l. p. ff. si. e. l. at. no admisseri. ne pos sic etc. ut sinis. ff. lib. l. seruo. u. uellei. ao. dix. ff. inxit. quia lex uel lelia dicit ne potem eo cā. loco patris succedere cum primo decer sernit. ut. ff. de lib. t post. l. gallus. nup. in e ti. ne lege si. l. qui anus. cāma. querelā ipso aut inre recindere si potuit. ff. ex inuist. t. te. testā. si ex bi. l. ff. t de liber. t post. si quis postumos. e. si filius. item nō hic querela

ditiorum strepitu et multis uariisque certaminibus habitus per longum tempus ex fratrys iudicas uix tandem recludit crudelitatem eius pena competenti aggredimur ut sibi fuimit subsecuta nō tamen in eo quod testator uoluit eum res titue condempnaret. sed et aliam tamen partem quantitatis que fuit derelicta testo modis omnibus reddere ut auaritia eius innis ictibus feriatur. alys omnibus que in eodem testo uel elogio scripta sunt, proprio tenore ad effectum perducendis. Elegis autem uetis iniquitatem tollentes ut non diutius erubescat lex posita quam iulius paulus in suis scripsit questionibus hanc pessimam aggredimur sanctionem cum enim infantem suum non posse ingratum ante sua uocari scripsit neque propter hoc ab ultima sue matris hereditate repelli nisi hoc odio fecit sui mariti ex quo infans progenitus est hoc iniquum iudicantes uel alieno odio alius pergrauetur penitus delendum esse censemus et hoc etiam illis nostram infantibus sed et quamcumque agentibus etate opponi minime concedimus cum possit sub condicione emancipationis hereditatem suam in filio derelinquere et prius odium punire et non filii sui minime nocere nec suam naturam fallere sat enim nobis crudele esse uidetur eum qui non sentit ingratum existimari.

Id. Siquis filium suum exheredatum fecit alio scripto herede reliquerit aut ex eo nepote uel nunnum ut in uentre nurus sue constitutum deinde ante uel scripto herede filius exheredatus cessit nulla hereditatis petitio ex nomine de inofficioso constituta uel preparata omne adiutorium nepotem dereliquit. nec enim patre nepoti aliquod ius cum decessit ex patris sui testamento dereliquerit. quia et postea adita est ab extraneo hereditas et si superuixit pater auo eius ut nec ex lege uelleia possit in locum patris sui succedere et rescindere testamentum. Et non nulli iurisconsulti hoc in medio proponentes inhumane reliquerunt. Sed nos qui omnes subiectos nostros filios et nepotes here existimauimus affectione paterna et imitatione in quantum quod possibile est de eis omnium commoda prospicientes uidemus in tali specie eadem uiam nepoti dari que filius habebat et si non preparato facta est ad inofficiosi querelam instituendam tamen posse nepotem eamdem causam proponere et si non his aptissimis probationibus ostendit ingratum patrem nepotis circa testatorem fuisse testo remoto ab intestato eum uocari nisi certa quantitas patri eius minor parte legittima relicta est tunc enim secundum nouellam nostri nominis constitutionem repletio quantitate partis nepoti superest. et si qua patri eius competebat et firmatur nostro beneficio a uetustate que neglecta omnino uigore autem recatus si pater adhuc superstes uel repudi

tpsito nō dat querela sicut s. fuisset exheredatus hic nepos ut in lege etiam. quum quem nu. ad hoc s. quibus. e. aut. testi. nō ē ue. l. ad uolescentie. here ditatem. h. refer tas adonitam q̄ ii ne ante ad ditam hereditatem repudiare querele ualere ut pe. l. potest. cum hereditate adita nascatur ad id. ut. ff. e. l. pr. si contra matre agit quis. h. i. si qui his. in princ. pe. quique neum t apud te omnē non admittitur te ut hereditatem testi. s. p. aff. ac.

Siqui cotrem. Si quia ar non poterat testari. ut ff. de testi. l. e. eam. l. de statu. si aut ab potat testari i sollemnitas remissa. interim ne nichil operetur concessio ut ff. ad min. capitulo. l. i. t ff. telu. si qui. t ff. de consi. pri. l. fi. siq dicit testamenti facto. in amatiua accipe significatione. ut in institut. tehi. q. ua. t dist. testis in uerbis uice ceteri. ut ff. de bo. h. l. f. si. q est ceteri. ab i. sa ciens p in receps alienum liberti testi. consentit factum h ne sa eatur hec libertate ut ubi dirit non obstante. l. aliq. hic uero nō dixit ul mag. iubente deletur hereditas quia patronis. ite

nō spreatam tamen si mittit quia spem pater habuit. t. ut. t in codicillis ali obligat cõe. ut in inst. de v. ob. et ff. ex condicionali plu conub. ut. t 13. e. omnino remota. per querelam ingratitudinem nepotem. sed si ponamus filium ingratum an repellitur nepos

e. ff. de inuisto. t. t. l. siquis. ex. e. sed si quis fuit. so. cui quidem conceditur. primum in militi. uidetur ei concedi quia militi. t io iur militari testari potest. ar. ff. de testam. l. ex militari. si set uitii. cui aut pagano conceditur facere testamentum. uidetur ei concedi.

[…]gnit querelam in quemquam ta[…]

Licet et praeditam hereditatem […]

Quoniam talis concessio imperialis processit per quam ultima testamenti factio conceditur, nihil aliud videri principem concedere nisi ut habeat consuetam et legitimam testamenti factionem. neque enim credendum est romanum principem qui iura tuetur huiusmodi totam observationem testamentorum multis vigiliis excogitatam atque inventam velle everti.

Illud constituimus ut si quis a patre certas res vel pecuniam acceperit et pactus fuerit quatenus de inofficiosi querela adversus testamentum patrium minime ab eo moveatur, et post obitum patris filius cognito paterno testamento non agnoverit eius iudicium sed obpugnandum putaverit, veteri iurgio expulso huiusmodi pacto filium minime gravari secundum Papiniani responsum in quo diffinivit meritis filios ad paterna obsequia provocandos magis quam pactionibus astringendos, sed hoc ita admittimus si nullas satisfactiones ad heredes patris nostri filius celebraverit in quibus apertissime iudicium patris agnovit.

Et generaliter diffinimus quando pater minus legitima portione filio reliquerit vel aliquid dederit vel mortis causa donatione vel inter vivos sub ea condicione ut haec inter vivos donatio in quartam ei computetur, si filius post obitum patris hoc quod relictum vel donatum est simpliciter agnovit, forte et securitatem heredibus fecerit quod relictum est ei accepisse non adiciens nullam sibi superesse de repletione questionem, nullum sibi facere filium preiudicium sed legitimam partem repleri, nisi hoc specialiter sive in apocha sive in transactione scripserit vel pactus fuerit quod contentus relicto vel data parte de eo quod deest nullam habet questionem: tunc enim omni exclusa querela paternum amplecti compellitur iudicium.

Que omnis sanctio suas radices extendit non solum ad filium filiam vel ceteros sed ad omnes personas que de inofficioso querelam contra mortuorum ultima elogia movere possunt.

Scimus antea constitutionem fuisse relatam quia cautum est si pater minorem debita portione filio suo reliquisset, omnimodo et si non adiciatur boni viri arbitratu repleri in filio attamen ipso iure inesse eandem repletionem.

Querebatur itaque si quis rem donatam vel inter vivos vel mortis causa vel in testamento relictam agnovit et pro parte sibi habuit, deinde eadem res evicta vel tota vel pro parte fuerit, an debeat ex nostra constitutione pro sua legitima portione eius evictionem suppleri, sive ex lege Falcidia minuantur legata vel fideicommissa vel mortis causa donationes. debet tamen ex hoc casu supplementum introduci ne dum totam Falcidiam accipere heres meruerit totum commodum hereditatis amittat.

Sancimus itaque in omnibus istis casibus sive in totum evictio subsequatur sive in partem et eandem imminutam vel aliam rem vel pec-

amittat. relicto testo per querela inofficiosi et ad leges […]

tum a se restitui et repletionem, si vitio falcidia interveniente vel sive a beneficio minus fuerit derelictum sive extrinsecus qualiscumque causa interveniens aliquod gravamen imponat vel inequalitate vel in tempore hoc modis omnibus repleri et [illegible] purum filiis inferri repletionem aut si ex ipsa substantia patris. Non si quid ex aliis causis lucratus est filius vel ex substitutione vel ex iure accrescendi utputa usufructus: humanitatis enim gratia sancimus ea que omnia que iure ei adventitio inveniuntur repletionem aut ex rebus patris sibi fieri. Cum autem quis extraneo herede instituto filio suo restituere eum hereditatem suam cum moriatur disposuit vel in tempus certum restitutionem distulit: quia iam constitutio que iam constituta est omnem dilationem omnem moram censuit esse abstrahendam, ut quarta pars pura (?) ex filio restituatur, in hiis speciebus quid faciendum sit dubitabatur. Sancimus itaque quartam de qua patris est restitutionem iam nunc celebrari non expectata nec morte heredis nec temporis intervallo. Reliquum autem quod plenum (?) in portione restat tunc restitui quando testator disposuit. Sic enim et filius suam habebit portionem integram et qualem leges et nostra constitutio diffinivit, et scriptus heres commodum quod testator ei reliquit cum suo modo minime sentiet. Quod potiora sancimus ut tempora de inofficiosi querela ab adita hereditate secundum Ulpiani opinionem currant. Herennii (?) in odiosum sententia recusata qui a morte testatoris illico cursum de inofficioso querele temporibus dabat.

Ut non liceat heredi quando voluit adire, ne per huiusmodi machinationem filius defraudetur debito naturali. Sancimus itaque si testator decessit alio scripto herede et speratur de inofficioso querela necessitatem heredi scriptum heredem si quidem presto est in eadem provincia commanens intra sex mensium spatium, si autem seorsum utraque persona in diversis provinciis degit tunc intra annale tantummodo spatium similiter modo per continuum a morte testatoris numerandum omnimodo adire huiusmodi hereditatem vel manifestare suam sententiam quod hereditatem minime admittit expeditius et enim ita tentatus indicetur filio memoratam querelam movere eodem. Et si minus scriptus heres intra statuta tempora minime adierit possit quidem iudicis scriptum heredem compelli hoc facere. In medio tamen id est a morte quidem testatoris ante aditam hereditatem et si decessit filius huiusmodi querelam non preparavit ad suam posteritatem transmittet ad extraneos vero heredes tunc tantummodo quando et iudicibus iustam faciat preparationem.

Quoniam in antiquis legibus declaratum est ut militaria testamenta de inofficioso querelam evadant multi alii casus emergunt in quibus dubitationes exorte sopiri necesse est. Castrensibus enim pe[...]

[illegible]

culus introducta et alia sup divisio peculii triplex inveniatur. aliud enim paganum est peculium, vel castrense, vel quod medietatem inter utrumque optinet quod quasi castrense nuncupatur. et in tali quidem peculio quod quasi castrense appellatur quibusdam personis tantum concedit conditor quod testarentur, non omnibus militibus quo voluerint. nos autem communi et licito eorum ordine observando quemadmodum constitutum fuerat in consulibus et prefectis legionum et presidibus provinciarum et omnibus generaliter qui in diversis dignitatibus et administrationibus positi a nostra consequuntur manu vel ex propriis salariis quasdam largitates sibi habere, quod personae testamenti faciendi habent facultatem in ipsis tantummodo peculiis que iam munita sunt. Si autem veterani qui tempore quo militie eius peculium acquisierunt et militiam deposuerunt testamentum licito tamen modo non probarent. In his igitur omnibus qui castrensibus peculiis dubitabatur si ab eis testamentum de inofficioso querelam ostendi oportet. Cum eius quod erat nominis qui quasi castrense peculium habent testari non possunt quia non omnibus passim sicut de personis hoc privilegii loco concessum est quia militibus quidem etiam veteranis testamenta facere in peculio castrensi undique concessum fuerat, sed militibus quidem in expeditione constitutis iure suo, veteranis autem iure communi. De aliis autem personis omnibus quam

personale privilegium hoc acceperunt si possunt testamentum dubitatum fuerat ut puta viris disertissimis personis causarum undique devotissimis memorialibus et agentibus in rebus nec non magistris studiorum liberalium artium medicis principum archiatris et omnibus omnino qui stipendia perceperunt provincialibus. his itaque scimus omnibus quod ad imitationem peculii castrensis quasi castrense peculium meruerunt super omnibus qui tale peculium possident super his tantummodo rebus que quasi castrensis peculii sunt ultima conditione secundum leges tantum posse elogia. hoc in eis omnibus addito privilegio ut in eorum testamento de inofficioso querela expugnentur. Si enim patronus adversus res quas libertus eius ex castris quesierit indubitanter constitutus patronus fuerit ab ingrato liberto tamen et ex his peculium et tabulas bonorum possessionem non habet secundum veterem legis sanctionem quemadmodum oportet prefata peculia que ad instar castrensis peculii introducta sunt de inofficioso querele esse supposita. Si hoc tamen ero donec in sacris parentum suorum constituti sunt hi qui quasi castrense peculium possident. Si enim sui iuris effecti fuerint procul dubio est eorum testamenta et pro ipsis rebus quas ante a quasi ex castrensi peculio habebant posse de inofficioso querelam sustinere cum iam nomen peculii permanet sed aliis rebus confirm

[illegible]

[illegible gloss]

dituret similem fortunam accipit quemadmodum et cetere res eorum in ad unum congregantur ex omnibus patrimonium.

Impr. De inoffic. donac. querela. R.

Si tutrix vel curatrix vel... ipsa ... [illegible]

Sicut alie querela... gatis inter vivos ad dejudicandam inofficiosi querelam pene universas facultates suas dum ageret in rebus humanis factis donationibus filii in quosdam liberos sive in extraneos exhausit ac postea vos in duabus unciis fecit heredes eaque legatis vel fideicommissis exinanire gestivit non iniuria vix forma de inofficioso testamento constitutorum subveniri vobis utpote querelam patre non habentibus desideratis.

Impr. Si pro omne patrimonium suum impetu quodam immense liberalitatis in filium effudit aut in potestate eius is permansit et arbitrium familie herciscunde officio congruit ut ei quarta debite ab intestato portionis pretet incolumem aut si antea emancipatus fuit quia donatio non indiget alieno adminiculo sed suis viribus nititur vix constitutiones is qui providentiam regit ad similitudinem inofficiosi querele auxilium equitatis impertiet.

Idem Precibus quas tuis proposita receptaeos parentes denotantur qui cum testamento facto universum patrimonium suum immensis donationibus exinanissent et inane nomen heredum liberis reliquissent sed ad intestatos quoque eadem ratio equitatis extendit.

Impr. Si filius tuus immoderate liberalitatis effusione patrimonium suum exhausit preses provincie arbitrio vel eius qui discussa fide veri sum integrum restitutionem ex filii persona competere ob improbabilem donationis enormitatem animadvertit in removendis his que perperam gesta sunt ei subveniet sicque non est necessarium adversus immodicas donationes auxilium ad instar inofficiosi testamenti.

Idem Si totas facultates tuas per donationes vacuas fecisti quas in emancipatos filios contulisti id quod ad submovendas inofficiosi testamenti querelas non ingratis liberis relinqui necesse est ex factis donationibus detractum ut filii vel nepotes qui postea ex quocumque legitimo matrimonio nati sint debitum bonorum subsidium consequantur ad patrimonium tuum revertitur.

Idem Cum donationibus in fratrem tuum collatis facultates patrem tuum exhaustas esse eundemque patrem nostrum ea que superfuerant codicillis inter vos divisisse proponas si voluntatem eius non agnovisti nec beneficio etatis aliquam... ...pensus sub veniam potius nec tantum dos a patre data et fideicommissum continet quantum ad submovendam querelam sufficit de enormitate donationum ad exemplum inofficiosi testamenti pre...

[illegible]

[illegible gloss]

[illegible]

... preses prouincie iurisdictionis sue partes exhibebit.

Idem. Si mater tua ita patrimonium suum profunda liberalitate in te et fratrem tuum euisceratis opibus suis exhausit ut quarta partis dimidium quae ad excludendam inofficiosi testamenti querelam aduersus te sufficiet in hiis donationibus quas largita est non habeas, quod inmoderate gestum est reuocabitur.

Idem. Si liquet infirmandi tuam intuende questionis inofficiosi causa patrimonium suum donationibus in unicum filium collatis exhausisse, cum aduersus eorum cogitationes qui consiliis suis supremum iudicium anticipare contendunt et actiones filiorum exhauriunt, aditum querele non deposcat quod datum est per rem que ad instar inofficiosi testamenti conuicti diminuitur. Nam quod uxor a marito in se mutuum tempore donationis causa collatum emancipato filio eodem consentiente domino donauit uel ut ex bonis patris de cuius substantia prohibente minime non potuit exire datum accipi non est, tamen bonis fidem consilium et euentum comprehendit lex quam de patrimonio minus edixit.

Idem. Imp. Non conuenit dubitari quin in modicarum donationum omnibus querela ad similitudinem inofficiosi testamenti legibus fuerat introducta, sic in hoc actionis utriusque uel una causa uel simul extimanda uel idem ius temporibus in moribus.

[illegible]

Imp. De inofficiosis dotibus.

Cum omnia bona [illegible] tua in dotem dicant exhausta concordare legibus permittitur ut ad exemplum inofficiosi testamenti aduersus dotem inmodicam exercende actionis copia tribuatur et filiis conquerentibus emolumenta debita defeniuntur.

De petitione hereditatis.

Senatus. Imp. Senatusconsultum auctore diuo Adriano auo nostro factum quo cautum est quid et ex quo tempore cuncta hereditate restitui debeat non solum ad fisci causas sed et ad priuatos hereditatis petitores pertinet.

Usuras non pecuniarum ante litem contestatam ex die uenditionis hereditariarum rerum ab eo facte qui animo possidebat collectas nec non et fructus bone fidei possessores reddere cogendi non sunt, nisi ex hiis locupletiores extiterint. Post litem autem contestatam fructus non uenditarum rerum non solum quos perceperunt sed et quos percipere potuerant, quin usuras pretii rerum ante litem contestatam uenditarum ex die contestationis prestandas omnium iura compellant.

Imp. Si post motam controuersiam mente gratis bonorum partem dimidiam inuisceris ab herede scripto questionis illate non ignarus comparauit, tam ipse quam male fidei possessor quam heredes eius fructus restituere coguntur. Et si nundum uenditionem lite...

[illegible]

antiquiorem esse liquido probaretur ex eo die fructus restituantur ex quo lis in iudicium deducta est. Fructibus autem augetur hereditas cum ab eo possidetur a quo peti potest. Emptor autem qui pro titulo possessionis in intus est in singularum rerum iure convenitur.

Idem. Hereditatis mattere petitam infringi talius hereditatis petitionem que venit ex alia successione. Sed et si quominus titulus prior inofficiosi testamenti causa huiusmodi iudicate rei praescriptione non obstaret eandem hereditatem ex alia causa vendicementi.

Imperator. In restituenda hereditate compensatio eius habebitur quod te in mortem infirmitatem in sumptum quoque funeris bona fide de proprio patrimonio erogasse probavis.

Idem. De hereditate quam bona fide possidebas si contra te pronuntiatum est in restitutione eius detrahitur quod creditoribus eiusdem hereditatis exsolvisse te bona fide probavis nam repeti a creditoribus qui suum receperunt non potest.

Imperator. Si putas non iure tutores datos nepotibus tuis quos dicas in potestate tua esse petere ab his hereditatem filii tui emancipati in morientis eius commodum ad te pertinere dicis iudice statuturo an a preside alibi actis discedendum sit qui eis tutores dedit cum in tua potestate negarent esse.

Imperator. Hereditatis petitionem que adversus pro herede vel pro possessore possidentes exerceri potest praescriptione longi temporis non submoveri nemini incognitum est cum mixte personalis actionis ratio hereditatis compellat. Ceterum autem tum specialibus in rem actionibus vendicari posse manifestum est si non agentis intentio per usucapionem vel longum tempus explosa sit.

Idem. Liberis nec ne fuit testator an omnia discutienda dum hereditas petatur.

Idem. Si suscepti heredes delatam successionem cognati repudiaverunt et hanc honorario vel civili iure quesisti res hereditarias que in eadem causa durant hereditatis petitione vendicare potes.

Idem. Si filius familias delatam sibi hereditatem per longum tempus detinuit eo ipso utpote agnita hereditate patri suo eius commodum acquisisse videtur.

Imperator. Cogi possessorem ab eo qui expetit titulum sue possessionis dicere incivile est. Preter eum qui dicere cogitur utrum pro possessore an pro herede possideat.

Imperator. Cum hereditatis petitioni locus fuerat exceptio assumebatur que tuebatur hereditatis petitionem ne fieret ei preiudicium. magnitudo enim et auctoritas centumviralis iudicii non patiebatur per alios tramites viam hereditatis petitionis infringi. Cumque multe varietates et controversie exorte sunt eas certo fine concludentes scimus si quis hereditatis petitionem vel suscipere sperat vel movere alius aut supervenies

ul' ex deposito ul' commodato
ul' ex legato ul' ex fideicommisso
ul' ex aliis causis inquietare ul'
reum ul' agentem ex persona
defuncti credidit se esse necessarium.
Sed quod p legato ul p fideicommis-
so hoc faciat rem expedite quo-
niam esse cum possit scriptus heres
cautione interposita non differre
hanc petitionem sed recte exigi l'
legatum ul fideicommissum
sub ea cautela ul satisdatione p
qualitate personarum ut si in
optinuerint eius iura restituet
legatarius ul fideicommissar-
ius ei datam peccuniam cum
usuris ex quarta centesime parte
occurrentibus ul agrum cum
fructibus quos percepit ul domi-
num cum pensionibus s. minus
cau eorum expensis ana nec-
essariis et utilibus deductis ul supe-
rinaluit litem quam contestari ex-
spectare aut petitionis heredit-
atis eventum hoc ei liceat fa-
cere ut testo si competet cum le-
gitimis augmentis legatar-
io ul fideicommissario acced-
at. Sin autem ex creditoribus defuncti
agatur contra possessorem hereditatis
uel eius rei de qua agitur sed quid res
sint ul deposite ul commodate
ul pignori date ul alie que ex-
tant non differri sub pretextu
hereditatis petitionis memoratum
iudicium. Quemadmodum si p
servata peccunia ul alia persona-
li actione agatur contra possessorem ul
petitorem non debet iudicium
differri sed exitum suum acci-
pere proximum tenuit hereditatis pe-
titionis iudicium finem acci-
piet tunc inter petitorem here-
ditatis et possessorem omnibus contractis in
alii possessor convictus fuit heredita-
tem restituere compelli nisi pro
omnibus que in re ab eo gesta sunt
petitor ei satisfaciat. Quod si petit-
or victus fuit simili modo a pos-
sessore iudicis officio ei satisfaciat
ul si hoc fuit permissum nego-
tium gestorum ul ex legis condicione.
Sin autem libertates a possessore
ul a petitore fideicommissar-
ie petantur ul directe ipso iure
dicantur competere annale tan-
tummodo spatium expectet a mor-
te testatoris numerandum et
siquidem hereditatis petitionis
iudicium intra id spatium
terminum accipiat secundum eventum
iudicii et libertates ul effectum
habeant ul evanescant. Sin at
tempus annale emanavit tunc
favore libertatis et humanitatis
intuitu competant quod directe
libertates et ex fideicommissariis
aut in libertatem fuerint perductum
ita tamen si non falsum testamentum
apparetur. Sub ea scilicet condicione
ut si actores sint ul alii ratiociniis
suppositi ut proximum pervenerint in
libertatem necessitas eis impon-
atur res hereditarias et rationes red-
dere viro pro natus iudice com-
petente ei qui ex legibus ad id
possit vocari. Nulloque in poste-
rum dubitetur ob suando ut et
ipsa hereditatis petitio omnino in
bone fidei iudiciis connumeretur.

Imp. De rei uendicatione.

Etiam p alienum ser-
uum bona fide posse-
ssum ex re eius q eum

[illegible]

possidet ul' ex opib; suis acquiri dominium ul' obligationem placuit. Cum sit qd bona fide possedisti eundem fundum et ex nu(m)mis tuis mancipia eo tempore comparauit potes sm iuris formam uti defensionib; tuis.

Mancipium aut' alienum mala fide possidenti nich' pot' acquire. S; qui tenet n' tam ip(s)i m(ancipium) (set) i opas eius. nec non ancillaru(m) ptum. 7 animalium fetus redere cogitur.

Id. S. i inferiorem ptem edificij que solum contingit. ad te ptine pbare potes. eam q(ua)m uicinus tuus imposuit accessisse dominio tuo non ambigitur. S; id qd in solo tuo edificatu(m) e quoad in eadem ca(usa) manet ex iure ad te ptinet. Si u(er)o fuit dissolutum. materia eius ad p(ri)stinum dominium redit. siue bona fide siue mala fide edificium i(n)structum e. si non donandi a(n)i(m)o edificia alieno solo imposita.

Imp. Mater tua ul' [illegible] sunt. maritus fundum tuum inuita ul' ignorante te uendere iure n' potuit. S; rem tuam a possessore uendicare i(n) non oblato precio potes. Cu(m) aut' p(ro)xa de eadem uenditione consensisti ul' alio m(odo) p(ro)prietatem eius amisisti. aduersus emptorem q(ui)d nullam hes actionem. aduersus uenditricem u(er)o de p(re)cio actionem exercere negotiorum g(estorum) non p(ro)hibens.

Imp. Aduersus eos qui male fidei possessorib; fundum bona fide compararunt ita t(ibi) hac actio competit ut si prius q(ua)m usucapionem implerent ul' lo(n)gi t(em)p(or)is p(re)scriptionem possessionis adipiscerent(ur) dominium ad te p(er)uenit.

Id. Domum q(ua)m ex nu(m)mis succ(essi)one ad te ptine pbauis. 7 ab aduersa pte iniuria occupatam ee ostendis p(re)ses p(ro)uintie cu(m) pens(ion)ib; quas p(er)cepit aut p(er)cipe potuit et omni ca(usa) da(m)pni dati restitui iubebit. Cultus at' qd impendit r(ati)o(n)em h(abe)re n' posse i(n)cito rep(er)tum e. Cum male fidei possessores eius q(uod) in rem alienam impendunt non eorum negotium gerentes quorum res e nullam h(abe)ant repetitionem n(isi) necc(essari)os sumptus fecerint. Si m aut' utiles l(icen)tia eis p(er)mittit(ur) sine lesione p(ri)oris status eis eos auferre.

Id. Si ex pecunia q(ua)m deposueras is apud quem collata fuerat s(ib)i possessiones comparauit ip(s)i q(ue) tradite sunt. t(ibi) ul' omnes tradi ul' quasdam ex his compensationis ca(usa) ab inuito eo in te conferri iniquu(m) est.

Id. Partum ancille matris sequi conditionem nec statum in hac sp(eci)e p(at)ris considerari placet explorati iuris est.

Id. Si ut p(ro)ponis pars diuisa pecunia tua quedam nomine suo comparauit p(re)ses p(ro)uintie utilem uendicationem optentu(m) i(n)ttie t(ibi) eo nomine imptiri desid(er)anti p(ar)tes equitatis non negabit. Eidem mandati q(uo)q(ue) ul' negotiorum g(estorum) actionem i(n)ferenti t(ibi) iurisdictionem prebebit.

Imp. Dote ancillam de qua

[illegible]

[illegible]

supplicas dotalem fuisse innocationem predictis quo patefacto indubium non erit vendicantem neque se ab uxore tua.

Imp. Cum super iuris mancipiis nulla instrumenta te habere asseveres, in iudicio quo negocium ceptum esse proponitis id quod in presentem contulisti postulare debuisti. Si dominium non ignorat suorum dominia in certa instrumentorum exhibitione aliis probationibus vel ipsorum interrogatione posse ostendi.

Idem. Si quis sciens agrum alienum serit vel plantat vel imposuit, postquam hec radicibus terram fuerint amplexa solo cedere rationis est. domino enim magis segetem vel plantas quam per huiusmodi factum solum suum facit. Et sane eum qui bona fide possidens fecerit hoc per doli mali exceptionem contra vendicantem dominum servare sumptus iuris auctoritate significatum est.

Idem. Incivile est atque iniustum quod postulas ut mancipium quod tradidisti et hoc modo dominium eius transtulisti invito eo ex intervallo temporis tibi assignetur. unde intelligis semel ancille emptoris facte filios ipse agnatos dominium eius esse qui cuius in ventre eorum eo tempore fuit. Et sane de pretio si non hoc te probatum fuerit recepisse convenire adversarium tuum.

Idem. Ordinarium iuris est ut mancipiorum orta questione prius exhibitis mancipiis de possessione iudicetur. ac tunc demum proprietatis causa ab eodem iudice decidatur.

Idem. Cum a matre domum filii te sciente comparasse proponas adversus eum dominium vendicantem, si matri non successit, nulla te exceptione potes tueri. Quod si venditricis optinet hereditatem, doli mali exceptione pro qua portione ad eum hereditas pertinet uti non prohiberis.

Idem. Quotiens duobus in solidum predium iure distrahitur, manifesti iuris est eum cui priori traditum est in detinendo dominio esse potiorem. Et si igitur antecedente tempore te possessionem emisse ac pretium exsolvisse apud presidem provincie probaveris, optentu non datorum instrumentorum expelli te de possessione non patietur. Erit sane in arbitrio tuo pretium quod dedisti cum usuris recipere ita ut pro receptorum fructuum et sumptuum ratio habeatur. Cum et si erga donationis utrique dominium rei vendicetis eo cui priori possessio tradita est solidi potiorem convenit.

Idem. Si in area communi domum aliquis extruxerit, hanc vobis communem iuris fecit ratio. Clarius portionem ab eo qui bona fide possidens edificavit si velis vendicare, sumptus offerre debere, ne doli mali possis exceptione submoveri.

Idem. Si fundum vestrum vobis precedente denuntiatione ammonentibus volentem ad emptionem accedere quasi distrahentis non fuit

[illegible]

non recte is, quem possessorem fundi dicitis, comparavit ab alio mala fide emerit, tam fundum vim constitutum probantur, quam fructus quos eum mala fide percepisse fuerit probatum, additus praeses provinciae restitui iubebit.

Item. Retia apud aliquem inventa proprietatis errore mechanice potuit non alia causa esse teneri intervenerint.

Item. Iudicia acta quae iure non respuuntur non minorem probationis quam instrumenta continent fidem. quo iure si de proprietate domus ambigis negotium integrum est uti non prohiberis.

Item. A possidentibus vendicata mancipia quorum dominium ad vos pertinere intenditis si probatione quam impleveritis item eadem si non restituantur iurandi sollempnitate secuta condempnato procedet.

Item. Non suum quam res tuas detinere asseveras sed eius dominum de rebus repetendis conveniendum esse perspicis.

Item. Certum est male fidei possessores omnes fructus solere cum ipsa re praestare. bone vero fidei extantes. post litis autem contestationem universos.

Item. Si mancipium tuum per vim vel furtum ablatum alii ex nulla iusta causa distrahi probaveris vendicanti tibi dominium solvendi pretii nulla necessitas irrogatur.

Item. Nullo iusto titulo p... cedente possidentes rei eius qui recte prohibet dominium. ideoque cum in usucapio cessat intento dominium non absumitur. unde cum possessionem iure soluto actore ubi finitae actionis rescissione directa permanet integra vendicatio.

Item. Sollempnibus pensionibus rei publicae per alium satisfaciente non interveniente venditione solutionis causa minime dominium facit.

Item. More litis causam possessionis non instruunt ad inducendam longe possessionis praescriptionem quae post litem contestatam in preteritum extimatur.

Item. Servum emptor non traditum sed praesentem vendicare non potest.

Item. Res alienas possidens licet nullam iustam causam habeat tenendi non nisi suam intentionem implenti restituere cogitur.

De usufructu et habitatione et ministeriorum servorum. Rubrica.

Imperator. Ususfructu constituto consequens est ut satisdatio boni viri arbitrio praebeatur ab eo apud quem id commodum pervenit quod nullam lesionem ex usu proprietati inferat nec interest sive ex testamento sive ex voluntario contractu ususfructus constitutus est.

Imperator. Si ususfructus omnium bonorum testamento uxoris marito relictus est quamvis cautionem ante prohibuerat exigi testator tamen non aliter a debitoribus solutam pecuniam accipere potes quam oblata secundum formam senatus consulti cautione.

illa regula fallit ... [illegible] ... quod se voluntatem ... [illegible] ... quod potest ... [illegible]

... si leges locum non habeant ... [illegible] ... ibi usumfructum tibi lego ... [illegible] ... legat ... precibus imperatori oblatis. fallit ... ususfructus non tollitur ... [illegible]

[illegible]

Id. Verbis testi que patribus inse|ruisti usumfructum legat|tamen ad ultimus que rem n|impedit, proprietatis dominium|obligare creditori proprietatem|manente scilicet integro usufruc|tu tui iuris.

Imp. Si patri tuo ususfructus|legatus est defuncto eo inchoatus|ad te pertinet. cum morte eius|cui fuerat legatus ususfruc|tus vel alio modo acquisitus|ad proprietatem regredi solet.

Cum ususfructuario autem superstite|usque dominus proprietatis rebus|humanis eximatur, ius uten|di fruendi tamen non tollitur.

Imp. Si pater usumfructum|prediorum in tempore vite pubertatis|minori vite reliquit, finito u|susfructu proprium vos adolescen|tis portionis temporis fructus per|ceptos ab ea repetere potestis|quos nulla ratione sciens de ali|eno percepit.

Id. Interest an usumfructum|solum maritus tuus in dot|em accepit an proprietas que doti|data sit. Nam pactum inter|sit ut moriente eo vel eadem po|so redderetur; nam usufructu|arius que proprietatem impign|orare non potuit. Qui autem|proprietatem estimatam in do|tem accepit non ideo minus|obligare eam potuit quia so|luto matrimonio restituenda esset es|timatio eius fuit.

dantibus hoc revocaverint, sancimus neminem licere penitus iterum ad sacramentum recurrere. Satis enim absurdum est redire ad hoc, cui renuntiandum putaverit, et cum desperaverit aliam probationem, tunc denuo ad religionem convolare, et iterum iudicem et nullo modo eos audire ad tales iniquitates venientes. Si quis autem sacramentum intulerit et hoc revocare maluerit, liceat quidem ei hoc facere et alias probationes si voluerit praestare, ita tamen ut haec licentia usque ad litis tantummodo terminum ei praestetur: post diffinitivam autem sententiam quae provocatione suspensa non sit vel quae per iam fuerit appellatione corroborata fuerit, nullo modo iuramentum revocare et iterum ad probationem venire cuidam concedimus, ne repetita lite finis negocii alterius causae fiat exordium.

Generaliter de omnibus iuramentis quae in litibus offeruntur vel a iudice vel a partibus diffinientes dum enim iam decrevit iudices in plenissima diffinitione sacramentum imponere, evenit ut provocatione lite suspensa hi quidem qui iusiurandum praestare iussi sunt ab hac luce forte subtraherentur, probationes autem rerum cadant, cum multum discrepet iuramentum hereditarium a principali sacramento. Necessitate itaque rerum coacti probationibus pinguius subvenientes ad hoc venimus sanctionem. Omne igitur iuramentum sive a partibus iudicibus illatum sit vel in principio litis vel in medio vel in ipsa diffinitiva sententia sub ipso iudice detur, non exspectata vel ultima diffinitione vel provocationis formidine. Iuramento illato cum hoc a partibus fuerit factum et a iudice approbatum vel ex auctoritate iudicis cuicumque parti illatum, si quidem is cui imponit sacramentum iudex ad hoc fuerit relictatus et hoc praestiterit vel relatum necessitate ei imponenda cui refertur religionis subire sacramentum, vel si hoc recusaverit cui illato sacramento praestito causa vel capitulum decidatur, nullo loco provocationi relinquendo. Cuius enim sententiae est ad appellationis venire auxilium in his quae ipse facienda procuravit? Sin autem is cui sacramentum est illatum vel a parte vel a iudice hoc subire minime voluerit, sententiam quae hoc sacramentum recusare. Iudex autem si hoc omnimodo praeferendum esse aestimaverit, sic causam dirimat quasi nolente eo sacramentum sit recusatum, et ita cetera sive capitula sive totius negocii causa examine et lis suo marte procurrat, nullo obstaculo obviante. Si perat qui sacramentum sibi illatum dare recusavit vel hoc attestetur vel si forte non audeat hoc sed in ultima provocatione repositum auxilium. Si iudex appellationi praesidens bene quidem illatum iusiurandum et rite aut recusatum pronunciaverit, res firma quasi iudicatum est permanebit. Sin autem non rite quidem illatum est recte aut recusatum sacramentum pronunciaverit

[illegible gloss, lower left: "... Nescitur ... Actori delato ... Delata ..."]

[illegible gloss, lower right: "... lege si scius sibi iuravit deberi ... l. cum intertitem in reo absoluto provocatione ..."]

clamaverit: tunc ei licebit emendare sententiam iudicis que quidem ex sacramento recusato processit, et iudex peremptus nec pravitatem nec iniusti dispendium evicium quod incurret: sed causae cursus ab initio usque ad novissimum terminum non impediatur: et lis equali lance trutinatur. Sive autem illatum iusiurandum fuerit prestitum, sive recusatum ipsi parti que hoc intulit, nullum provocationis remedium in hoc servabitur: cum nimis crudele est parti que hoc detulit propter hoc ipsum quod iudex eius petitionem secutus est, superesse provocationem. Omnis de presentibus personis statutis nec absentes nos fugiunt: sed et eos huic legi subiugamus. Et si persona non presens inveniatur cui sacramentum illatum est vel forte per procuratorem ventilatur, necesse est vel ipsam principalem personam datis certis induciis ad iudicem venire, ut ea que de sacramentis statuta sunt impleat: vel si iudex existimaverit in provinciam ubi degit sub actorum testificatione iusiurandum ab eo dari vel referri vel recusari, hoc procedente singulis casibus eventus iam diffinitus imponatur. Ultima concedenda parti alteri vel per se vel per procuratorem super hoc ipso ordinatum adesse his que de iureiurando aguntur: vel si neutrum facere maluerit ex una parte sub fide tamen gestorum iusiurandum prestari vel referri vel recusari. Expensis his pro causa prestandis officio iudicis trutinandis an ab utraque parte vel alterutra

eas dependi[illegible] nullo tamen ex hoc litibus impedimento generando: sed donec ea procedunt aliis capitulis vel litis membris audiendis examinandisque. Si proximi fuerint ei intimata gesta super iuramento subsecuta, tunc iterum ad hoc capitulum iudice redeunte et eo adimpleto ad cetera perveniente: omnibus aliis que de presentibus sancita sunt et in absentium parte observandis. In omnibus autem casibus vel causis in quibus sacramenta prestantur observationem iudicialem permanere censemus secundum personarum qualitatem: sive sub ipso iudice prestari iuramentum oporteat, sive in domibus, sive sacrosanctis scripturis tactis, sive in sacrosanctis oratoriis. Simul [illegible] in sua firmitate manente que de calumnie iureiurando vel relato sacramento legibus cauta sunt vel a nobis vel a retro divis principibus inducta. Non enim ut aliquid derogetur antiquioribus legibus hec probata sunt: sed si quid deesse eis videbatur hoc repleretur.

I. Cum quis legatum vel fideicommissum utpote sibi relictum exigebat et testamento forte non apparente per consilium ei ab herede relatum est: et is religionem suam prestavit affirmans sibi legatum vel fideicommissum derelictum esse et ex huiusmodi testamento id quod petebat consecutus est, postea autem manifestum est in ei penitus

tus fuisse relictum. apud antiquos querebatur utrum iurisiurandi stricti illum e[st] an restitue[re] d[ebe]t hoc q[uo]d accepit. c[on]s[tan]ter [Fal]sissima[?] Mobilitatq[ue] uisum ē melius repeti ab eo legatum ul' fidei commissum nullumq[ue] ex his puris lucrum ei accede[re]. ul' si re uera ei relictum fuit legatum ul' fideicommissum si de minus lingam h[er]edi falcidiam si competat ex hoc retine[re]. Qu[od] si uerum fuit inuentum quarte retentionem inducat si tu locum h[ab]eat nequis ex h[oc] delicto lucrum impunium au[fe]rre nis[i] legibus concedat.

Imperator. Si certum petatur.

Nec eq[ui]tum neq[ue] iust[um] ... hereditatem rem desidas ut es alienum pro p[ar]te tua non p[ro] portionib[us] hereditarijs exsoluatis tu et frater tuus coh[er]edes. s[ed] p[ro]testimone rerum p[re]legatarum cum sit explorati iuris hereditaria honera ad scriptos h[er]edes p[ro] portionibus hereditarijs non p[ro] modo emolumenti p[er]tine[re]. q[uo]d nec tu ignorare uideris cum creditori b[us] s[ecundu]m formam iuris p[ro] portione tua caueris.

Imperator. Quamuis pecuniam tuam Asclepiades suo no[m]i[n]e credidit stipulando tu s[ed] iuris obligationis quesiuit. Eius tamen pecuniam ut possis petere mandatis t[ibi] ab eo actionibus consequeris.

Imperator. Eos qui officium administrant neq[ue] p[er] se neq[ue] per suppositas p[er]sonas ip[s]i ... suis fenus in p[ro]uincia agitare posse sepe rescriptum est.

Imperator. Si absentis pecuniam nomine eius fenori dedisti ac reprobato nomine mandatis actionibus ex p[er]sona presidis p[ro]uincie iurisdictionem suam prebebit. Eidem si cessare mandatum animaduertit utilem aduersus debitorem eo nomine actionem competere n[on] negabit.

Imperator. Et eo q[uo]d a multis p[er] eos debiti singulorum obligationis uno tamen instrumento p[ro]bo continetur exactio non impellatur. Cum si p[ro]pecunia q[ua]m mutuo dedisti tu unum stipulanti qui debuerunt spoponderunt negocij gesti p[ro]nia certum h[ab]ituri recte non constituit uicium.

Imperator. Si non singuli in solidum acceptam mutuam q[uan]titatem ut stipulanti creditori sponte uos obligastis. s[ed] cum numerata sit pecunia sui intercessionis nomine hanc p[ro] reo suscepistis obligationem. frustra ueremini ne eius pecunie nomine uos in solidum conuenire possit q[ua]m alij mutuo dedit si intra p[re]stitutum tempus rei geste q[uo]de[m] detulistis. Hec multo magis manet timorem g[er]itis si pecunia numerata oleum susceptum in strumento sit collatum cum si reddendi stipulo nulla subiecta ē ... rei ē h[ab]ita sollempnis contestatio in suo statu remanente eo q[uo]d uere fieri intercessit ex olei accepti scriptura me[t]ū debere manifestum est.

Imperator. Si ex p[re]cio debite q[uan]titatis

[illegible]

fieri novationem per stipulationem usu-
ras licitas ab eo exegerim supp-
licas. Stipulatus es falsa mu-
tue quantitatis demonstratio-
ne promissa, cum obligationis non
defecerit substantia, quominus usque
ad modum placitum usure
possint exigi, nichil nocet. Si
non est iunctum vinculum stipulationis,
tamen mutuam pecuniam da-
tam scriptum et eius praestari fe-
nus convenit, simulatis pro
infectis habitis, hoc placitum
nichil de precedenti mutavit ob-
ligatione.

Idem. Si pro mutua pecunia quam
a creditore poscebas, argentum
vel vestimenta vel alias species utriusque
consensu extimatas accep-
isti, dato auro pignori, licet ultra
unam centesimam usuras
stipulanti spopondisti, tamen
sors que extimatione placito
partium diffinita est et usurarum
titulo licita tantum recte petitur.
Summam necque quamquam tibi prodesse
potest quod minoris esse pretii pignus
quod dedisti proponis quo minus
huius quantitatis solutioni parea[s].

Idem. Non unde originem pec-
unia que mutuo datur habet,
sed qui creditor proprium numma-
vit, in his obligationibus requiritur.

Idem. Cum te in Gallia cum Sin-
tropho certum auri pondus ita,
ut ei numeratam pecuniam mu-
tuo dedisse, ut Rome solveret,
profiteris, adversus eas aditus compe-
tens iudex, si duos reos sti-
pulandi vel te pro solido tibi quesi-
tam actionem sine ab heredibus
Sintrophi procuratorem te
factum animadvertit, totum de-
bitum, alioquin quod dedisti
solum restitui tibi iubebit.

Idem. Si unicam cum Iove
summam professi mutuo pecuni-
am nec te nec sollempnita-
te verborum vos obligastis
in solidum et eam postea inte-
gram solvisti, de restituenda
tibi parte eius Iovem expriment ut
debitum posceres, iudice cog-
noscente potes.

Idem. Mutue pecunie quam alii
dedit creditor citra sollempni-
tatem verborum subscriben-
tem instrumento non habet obligatum.

Idem. Non adversus te creditores,
qui mutuam pecuniam sump-
sisti, sed eius cui hanc credidisti
heredes experiri, evenit e[v]iden-
ter postulas formam.

Imperator. Quisquis iudici feni-
lebrem pecuniam mutuam
vel si in provincia fuit versatu-
s contemptor legum atque pru-
dentie vel siquis collectaneus ho-
noris pretium dedit, ambien-
tis exilii pena una cum ipso
iudice plectetur.

Idem. Eum qui mutuam sump-
sit pecuniam, licet in res aliena
creditore non contemplacione
dominii rerum eam fenori dan-
te, principali obligatione
obnoxium remanere.

Imperator. Super cyrographariis
instrumentis hec pro communi utilitate
sciendam duximus, ut si quis
pecunias credere supra dictis libris,
aut voluit vel super reddito
debito securitatem accipere et
amplius sit memorata quod

[illegible]

Sed et novo iure quinque testes adhibendi sunt si fiat creditum ab imperito litterarum in scriptis et in civitate excedentis unam libram auri. Nam siquis facere qualibet creditum ex non scripto voluerit, manifestum est aut per testes aut per iusiurandum fidem percipiat: actore quidem testes deducente, pulsato autem iurante aut referente, sicut iudex disposuerit. In agris autem que hactenus valuerunt apud eos et nunc sunt firma.

siquidem imperitus litterarum contrahat et scriptis et quantitate exigunt .v. testes. interquos exquirit tabellio omnes subscribere debent ...

...titate sciat non aliter debere chyrographum a debitore vel creditore percipere quam si testimonium trium testium probate opinionis per eorum subscriptiones idem chyrographum capiat. Nam si citra huius observationem chyrographum pro pecuniis memoratam auri quantitatem excedentibus prolatum fuerit, minime hoc admitti a iudicantibus oportet. Quod in futuris creditis vel debitorum solummodo locum habere oportet.

Imperator. De suffragio. Rubrica.

Si qui desideria sua explicare cupientes ferri se a quoquam suffragium postulaverint et ob referendam vicem se sponsione constrinxerint, promissa restituant cum ea que optaverint consequuntur. Sed si artibus moras nectent, ad solutionem debiti coartandi sunt. Sed si quid eo nomine in auro vel argento vel ceteris rebus mobilibus datum fuerit, traditio sola sufficiet, et contractus habebit perpetuam firmitatem, quoniam collatio rei mobilis mutua integra fide ac ratione cumulatur. Sed si predia rustica vel urbana placitum continebit, scriptura que in alium transferat emittatur, sequatur quoque traditio corporalis, et rem fuisse completam gesta testentur. Aliter enim ad novum dominum transire non possunt, neque de veteri iure discedere. Sed si quis de solo contorio suffragio mittit bona duxerit occupanda, temeritatis ac violentie retinebit atque in statum pristinum possessio reducetur, eo a petitione excluso qui non dubitavit invadere quod petere debuisset.

De prohibita sequestratione pecunie. Rubrica.

Imperator. Prociens ex quolibet contractu pecunia postulatur, sequestrationis necessitas conquiescat. Oportet enim debitorem primo convinci et sic ad solutionem pulsari, quam rem non tantum ius nostrum sed et ipsa equitas persuadet, ut probationes secum afferat debitorque convincat pecuniam petitur.

Imperator. De condictione indebiti.

Pecunie indebite per errorem non ex causa iudicati solute esse repetitionem iure condictionis non ambigitur. Si quid igitur probare potueris patrem tuum, cui heres extitisti, amplius debito creditori suo persolvisse, repetere potes. Usuras autem eius summe praestari frustra desideras. Actione enim condictionis ea sola quantitas repetitur que indebita soluta est.

Imperator. Si citra ullam transactionem pecuniam indebitam alieno creditori per errorem delegata es, adversus eam que te delegavit condictionem habere potes.

Imperator. Cum et soluta indebita quantitas ab ignorante repeti possit, multo facilius quantitas indebite imposite scripture condictio competit vel doli exceptio agenti opponitur.

[illegible]

Id. Ea que per infitiationem in lite crescunt ab ignorante indebita soluta repeti non posse certissimi iuris est. Cum sicut in indebite pecunie ex eadem causa inponatur condictioni locum non esse constat.

Id. Si patre eius in cuius potestate es rei non intra tempora prestituta iure honorario successisti quamquam indebitum pro ea per errorem utpote pro heres successor dedisti eius redem te competente actione iuris.

Id. Si per ignorantiam facti solutam pro alio non debitam quantitatem solvisti hoc adito rectore provincie fuerit probatum hac eidem cuius nomine soluta est restitui eo agente providebit.

Id. Fideicommissum vel legatum indebitum per errorem facti solutum repeti posse exploratum iuris est.

Id. Creditoris falso procuratori solventi adversus eum indebiti repetitio non obligationis liberatio competit.

Id. Indebitum solutum sciens non repetit. Cum contra mandatum aut ab alio re distracta dominus evictare vel ob precedens vicium satis emptori faciens non indebitum prestitit de post. sed plus factum ratum contentum habuisse probans a se debitum ostendit solutum.

Impr. Si quis suum certi nominis aut quandam solidorum quantitatem aut aliam rem promiserit et cum liceat ei unum ex his solvendo liberari utrumque per ignorantiam solvit dubitabatur cuius rei datur ei a legibus repetitio utrum ne fundi an pecunie et utrum stipulator an promissor habeat huius rei facultatem. Ulpianus quidem electionem ipsi prestat qui utrumque accepit ut hoc reddat quod sibi placuerit et tam Marcellum quam Celsum sibi consonantes refert. Papinianus autem ipsi qui utrumque persolvit electionem donat quia et antequam dependat ipse habet electionem quod velit prestare. Sed huius sive sublimissimum testem adducit Salvium Iulianum summe auctoritatis hominem et pretorii edicti ordinatorem. Nobis hoc decidentibus Iuliani et Papiniani placet sententia ut ipse habeat electionem recipiendi qui et dandi habuit.

De condictione ob causam dator[um]

Impr. Pecuniam quam te ob dotem accepisse pactum quod interpositum ut si cum viro matrimonium dirimitur assolet pro omnis impediente quocumque modo in votis auctore te nuptias constare nullam de dote actionem habeas pro ea pecuniam quam eo nomine accepisti iure condictionis restituere debes et pactum quod ita interpositum est proinde ac si interpositum non esset haberi oportet.

Id. Pro dubietate eorum qui in mente titubante indebitam solvunt pecuniam etiam in legislatoribus incidit utrum ne id quod ancipiti animo persolvunt possunt repetere an non quod

[illegible]

nos decedentes sancimus omnibus qui incerto animo indebitam pecuniam dederunt vel aliam quandam speciem persolverunt repeticionem non denegari: et presumpcionem transactionis non contra eos induci nisi hoc specialiter ab altera parte approbetur.

Impp. Ea lege in vos collata donatio ut neutri alienandae suae portionis facultas ulla competeret, id efficit ne alteruter eorum dominium prorsus alienaret vel ut donatori vel heredi eius condictio si non fuit condicio servata quaeratur.

Impp. Si ut proponis pater tuus ea lege sorori tuae praedia dedit atque quorum meministi donavit ut creditoribus ipsa satisfaciat ac si placitum observatum non est donatio resolvetur: eaque contra fidem negotii gesti versata est. non est iniquum actionem condictionis ad repeticionem rerum donatarum tibi qui patri successisti decerni.

Impp. Si cum exiguam pecuniam tenuiter suscipiens longe maiorem te accepisse cavisti eo quod tibi proximum adversarius tuus repromitteret cum dicas fidem promissi non secutam ut liberis obligatione eius quod non acceptum est post spatium proximum spopondisti per condictionem consequeris.

Impp. Si militem ad negocium tuum procuratorem fecisti cum hoc legibus interdictum sit ac propter hoc pecuniam ei numerasti, quicquid ob causam datum est causa non secuta restitui tibi competens iudex curare debebit.

Idem. Cum ancillam precium ut eam manumitteres supplicatis dedisse proponatis interest multum utrumne donandi animo dedit an ob manumittendam filiam quam ancillam existimabat: cum perfecta quidem donatio revocari non possit, causa vero dandi non secuta repetitio competit.

Idem. Si repetendi quod donaveras uxori eius quem ad proficiscendum tecum hac liberalitate provocare posse speras nullam addidisti condicionem remanet integra donatio cum levitati perfectam donationem revocare cupientium iure occurratur.

Idem. Dictam legem donationi si non impossibilem continebat causam ab eo qui hanc suscepit non impletam condicioni facere locum iuris dictat disciplina. Quapropter si titulo liberalitatis res tuas in sponsam conferendo certam dixisti legem nec haec illa cum posset paruit successores ipsius de repetendis quae dederas si hoc tibi placuit convenire non prohiberis.

Idem. Sub condicione ut filii tui manumittantur aliquid dedisti causa non secuta de hoc tibi restituendo condictio competit.

Etiam si quid servus de peculio domino dedit, certe nullam actionem habere potest, sed dominum qui semel accepit pecuniam pro libertate passus est, aditus rector provinciae hortabitur salva reverentia famae et libertatis placito suo stare.

[illegible]

Idem. Pecuniam a te datam licet causa pro qua data est non culpa accipientis sed fortuito casu non est secuta minime repeti posse certum est.

Idem. Advocationis causa datam pecuniam si per eos qui acceperant quo minus susceptam fidem implerent stetisse probetur restituendam esse convenit.

Imperator. **De condictione ob turpem causam.**

Si ex cautione tua conveniri ceperis, nullam te accepisse pecuniam sed ob turpem causam et quam fieri prohibitum est interpositam esse, ei qui scire recognitionis est probandum, ex eo impleto absolutio sequetur.

Idem. Cum te propter turpem causam contra disciplinam temporum meorum domum adversarie dedisse profitearis, frustra eam restitui tibi desideras, cum in pari causa melior possessoris conditio habeatur.

Imperator. Quod evitandi tyrocinii causa dedisse te apud competentem iudicem eidem quo queris in dubia probationis luce constiterit, instantia eius recipies, si memor censure publice post redditionem pecunie et concussionis crimen multum esse non patietur.

Idem. Meretricem te habuisse uxorem proponis, unde intelligis confessionem tuam lenocinii preces tuas continere et caute quantitatis ob turpem causam exactioni locum non esse. Nam etsi utriusque turpitudo versatur ac soluta quantitate cessat repetitio, tamen ex his stipulatione contra bonos mores interposita denegandas esse actiones iuris

auctoritate demonstratur.

Idem. Quotiens accipientis non dantis turpis invenitur causa, et hec secuta sit, datum condici tamen non in usure peti possunt.

Idem. Ob restituenda que subtraxerat accipientem pecuniam cum eius tamen intervenerat turpitudo, condictione convenienti et hanc restitui debere convenit.

Idem. Eum qui ob restituenda ea que abegerat pecora pecuniam accepit, tam hanc quam quam pro hoc commissum tenuit restitui debere convenit, sive mortua vel alio fortuito casu perisse dicantur, cum in hoc casu in re mora fiat. **De furtiva condictione.**

Res expuncti. Idem. Inficiens furti quidem actione singulos quosque in solidum teneri. Condictionis vero nummorum furti subtractorum electionem esse actione teneri, si ab uno satisfactum fuerit ceteros liberari iure proferre sententiam curabit.

Imperator. Ante oblationem rei mancipi pro furtive dampnum ad furem pertinere certissimum est.

De condictione ex lege et sine causa vel iniusta causa.

Imperator. Licet ante tempus debita exigi non possit, tamen si te ex primipilo debitorem fisci constitutum ac patrimonium tuum exhaustum presens procurator compererit, ut ad solutionis securitatem solum fenebris pecunie subsidium supersedendum, commovebit debitorem tuum si sal

[illegible]

tem ipse solvendo sit. ut nisi dif-
finitum tempore debita vel repraesentet
ut fisco cuius ob necessitates pu-
blicas causam potiorem esse op-
ortet debita vel pecunia exsolvatur.

Idem. Dissolutae quantitatis reten-
tum initium in mensa et penes
creditorem remanere et ideo pro dote
recepti oportere non est iuris ambiguum.

Idem. Mala fide possidens de proprie-
tate victus, per exstantibus fruc-
tibus vindicatione, consumptis vero
condictione conventus horum resti-
tutioni parere compellitur.

Idem. Si non est numeratum quod ve-
lud acceptum te assumpsisse mutuo scripsisti et necdum
tempus transisse statutum vel intra
hanc diem litem contestatione
monstrando recte cau-
tionem per sidali notione postulare
potes.

De actionibus et obligationibus. Rubrica.

Imperator. Delegata etiam pecuniae quan-
titate ei cuius memi-
nisti invicem debiti
actiones vel adversus debitorem
per quo solvisti dicis esse manda-
tas, antequam eo nomine litem
contestaretis sine herede creditorem
fati munus implesse proponis.

Idem. Quae si ita sunt utilis actio vel competit.

Imperator. Nominibus in dotem da-
tis quamvis nec delegatio praecesserit
nec litis contestatio sit subsecu-
ta, utilem tamen actionem ad simi-
litudinem eius qui nomen eme-
rit marito dari oportere saepe re-
scriptum est.

Idem. Ob causam proprii debiti locatori
conventi colonos pensionibus
ex placito satisfacientes p(er)...

...iniuriosum est.

Idem. Bonam fidem in contractibus con-
siderari aequum est.

Idem. Sicut libera potestas unicuique
est in initio vendendi vel non vendendi
contractus, ita renuntiare semel con-
stitutae obligationi adversario non
consentiente minime potest. Proinde
intellegere debetis voluntariae
obligationi semel vos nexos ab
hac non consentiente altera
parte cuius precibus fecistis men-
tionem minime posse discedere.

Idem. Si a creditore nomen comp-
arasti ea pignora quae creditor
venditor nominis persequi pos-
set apud praesidem provinciae vendi-
cabis, si debitum ex cuius per-
sona res obligatas tenentes
non transferant, iure communi pign-
ora distrahere non prohibens, sa-
ne si a creditoribus in ordine pig-
norum antecedentibus venunda-
tis qui possident comparaverunt
vel longi temporis praescriptione muni-
ti esse perhibentur, pignorum distra-
hendorum te non habere faculta-
tem perspicis.

Idem. Siquidem donationis causa ei quem
affectione patris te dilexisse pro-
ponis tuam accepi pecuniam per-
misisti et hanc liberalitatem re-
nuntians te a procuratore suo a-
liam pecuniam suis me percepit
rebus humanis ante perceptionem
fuit exemptus, nec quod de domo as
recuperare cum perfectam habuit do-
nationem, nec quod vel dare manda-
verat necdum vel traditum a pro-
curatore petere potes. Si ... in-
vito decedisti nec a delegato dari
novandi causa stipulatus es sic ...

cessores eius soluti parere compelluntur.

Idem. Si in solutum nomen debitoris tuus sive debitor tuus dedit tibi quod in rem tuam procuratorem fecit, pignora que specialiter vel generaliter res obligata persequeris ab his quibus fuerant obligata cum potiores erant distracta preventur ab emptoribus revocari non posse perspicis.

Idem. Negantes debitores non oratione vitiosa, sed petitore quidem non implente suam intentionem vel exceptione submoto absolutos seu convictos aut condempnatos actionis remediis ad solutionem urgeri convenit.

Idem. Adversus debitorem electis pignoribus personalis actio non tollitur, sed eo quod de pretio servari non potuit in debitum computato de residuo manet integra actio.

Imperator. Nimia credulitate circumventa es, quia quod colonis si rem suam mutuo dedisti a domino predii te postulare posse credidisti, nec ad eum obligandum actorum ipsius adiuvat te presentia.

Idem. Ob aes alienum servire liberos creditoribus iura compelli non patiuntur.

Idem. Cum eum mutuam dedisse pecuniam ad solutionem non urgere competenti debes actione. Nam adversus negotiatores quos ex mercibus pecuniam abstulisse tuo debitori proponis nullam habes actionem.

Idem. Est in arbitrio tuo personali debitoris heredes actione convenire eum qui ab his distracta sibi condita pignora tenet in rem persequi, si non longi temporis prescriptione munitus sit, an utroque convenias.

Ut actiones ab herede et contra heredem incipiant.

Imperator. Cum et stipulationes et legata et alios contractus post mortem compositos antiquitas quidem respuebat, nos autem pro communi utilitate hominum recepimus. Consentaneum enim erat et illam regulam qua vetustas utebatur more humano emendare: ab heredibus enim incipere actiones vel contra heredes veteres non concedebant, contemplatione stipulationum ceterarumque causarum post mortem conceptarum. Sed nobis necesse est ne prioris vitii materiam relinquamus et ipsam regulam de medio tollere, ut liceat et ab heredibus et contra heredes incipere actiones et obligationes, ne propter nimiam subtilitatem verborum latitudo voluntatis contrahentium impediatur.

Ne uxor pro marito vel maritus pro uxore vel mater pro filio conveniatur.

Imperator. Frustra disputas de contractibus cum marito tuo habitis utrum necne iure steterint an minime, cum tibi sufficiat, si proprio nomine nullum contractum habuisti, quo minus pro marito tuo conveniri possis, quia nec si sponte pro eo intercessisses

Id. quaecumque ante per senatus consultum exigi iure potuisset.

Id. Ob maritorum culpam uxores inquietari leges vetant. Cum igitur rationalis noster res que a fisco occupate sunt dominii tui esse probaveris, ius publicum sequetur.

Id. Cum te possessiones non in dotem pro filia tua dedisse, sed ad sustentandam eam ex causa dotis filie tue praedia assignasse proponis, civilium munerum vel onerum municipalium optentu ex persona mariti eius quominus res ex persona filiorum interpellari non possunt, cum neque maritum ex uxoris obligatione conveniri posse constat nisi ipse pro ea se obnoxium fecit. Certissimum enim est ex alterius contractu neminem obligari.

Id. Cum de eo ex persona filii tui commemores conveniri, quod pro debitis eius aliquid intulisse videaris, defensionibus tuis uti apud eum cuius super ea re notio est minime prohiberis, ut is ad solutionem alieni debiti urgeri te non patiatur.

Ne filius pro patre vel pater pro filio emancipato vel libertus pro patrono teneatur.

Imp. Neque ex eius filii persona qui cum sui iuris esset mutuam pecuniam accepit, pater eius si non fidem suam obstrinxit conveniri potest, neque ex eius quem in potestate habet si sine iussu eius contractum est, neque senatus consultum macedonianum mutua data pecunia amplius duntaxat quam de peculio actionem sustinere cogitur. Quamquam pater tuus quod si ei pecunia a creditore filii tui extorta est ob quam reddendam non tenebatur, praesidis provincie auctoritate eam recuperabis.

Imp. Nec contra iuris auctoritatem ab eo qui patrem virum a quo emancipatos vos dicatis ad munus civile devocaverat, indebitum praeses provincie providebit.

Id. Si filii familias mutuo [...] vivo patre decuriones creati sunt, pro patre inquietari non posse iuris manifestissimi cautum est.

Id. Patris nomine superstitis filium nec munerum civilium nec debiti causa personali posse conveniri constat actione.

Id. Ex persona vel dominium contractu liberti vel filii conveniri non possunt.

Imp. **An servus pro ex suo facto in manumissione teneatur.**

Damnus cum statu [...] hibo ceteris tamen ex [...]angelo te non habere cum eo post impletam condicionem libertatis actionem scire debes.

Imp. Creditoribus tuis qui te in servitute pecuniam crediderunt nulla adversus te actio competit, maxime cum in peculium tibi non esse legatum proponas.

Imp. Promisisse tibi pecuniam a servo tuo ut eum manumitteres, si post ea quam manumisisti stipulatus ab eo non es, adversus eum petitionem pro in factum actionem habes.

abbati

Habita sup hoc diligenti epor. ducum marchionu z omnium aliorum procerum sacri nri palacii examinatione omnibus qui causa studiorum peregrinantur scolaribus et maxime diuinarum atque sacrarum legum pfessoribus hoc nre pietatis bnfitium indulgemus ut ad loca in quibus exercentur litterarum studia tam ipsi quam eorum nuncii ueniant et habitent cum eis secure. dignum namque existimamus ut cum bona facientes nram meantur laudem et tuicionem. quorum scientia mundus illuminatur ad obedientiam dei et nos eius ministris informandam quadam spali dilectione de fendamus. ...

[illegible]

Impr. Licet fiuitutis tpre q pecuniam mris tue subrip uisse dr ob hr manumissum con ueniri non potuerat adubita tem tn pducta nam caput noxa sequitur furti actione.

Id. Si ut allegas an qm te. a dna manumittens fuidos eius coluisti pxea qd a dempto peculio libtati donatus es ob reliqua siqua pridem co tcta sunt res bonorum qs pxea ppriys laboribus quesisti inquietari minime posst.

Impr. Si ue fui sunt hy quo rum pcibus fecisti mentonem domi eos conueniri. quia in ter dominos z fuos iudiciu nullum constare pot. siue post delictum manumissi sunt ex antecedentibus post datam libtatem eos nulla rone iuris a domino quonda conueniri patitur. Same si p manumissionem quid illicite commiserunt hoc a pside puincie argue accept turus ex iure sinasti.

Qn fiscus ul priuatus debitores debitoris sui exigere possit

Impr. Ropt es rca. Alienum pupilli res tutoris qui in ciuil ex bonis eius tenet pig nori capi non oportet.

Impr. Si in eam iudicati ua lentis quem t iudicatum ex ponis inche qd sine q pignoris loco capi z distrahi possit. debitores eius conue niri ad solonem auctore pside prouintie compellintur.

Impr. Si debitum n insicia tur hy quos obnoxios deb itoribus fisci ee ppoms no pot uidi ee iniquum qd desidas ut ad solonem possim pcur atoris compellantur. nam si qd aliqua resitur id concedi non oportere et ipe pspicis.

Impr. Non prius ad eos qui debitoribus fisci nri sunt obli gati actionem fiscalem exten di oportet nisi patiuerit pnci pales reos ydoneos non ee. Iectissimi iuris est.

Id. Insolutum nomine da to non aut nisi mandatis actionibus ex psona sui debito ris aduersus eius debitores creditor expiri pot. suo aut no mine utili actione recte utet.

Impr. **De obligationibus hereditariys.**

Pecuniam qm tra mre debitam fuisse dicis ab heredibus eius coheredibus tuis p parte compe tenti pete debes. Si z res sique ob idem debitum obligate sunt psequi non phiberis.

Impr. Heredem tui mariti qm dam de dote reddenda t conue ni. Psonalem enim actionem ee debitores hereditarios dec in t frustra postulas.

Impr. Pro hereditariis ptibus heredes onera hereditaria agnoscere z in fisci ronibus placuit nisi tcedat pignus ul ypothexa. tunc enim possor obligate rei conueniendus e.

Impr. Ut debitum an adita hereditate t soluat actio si ad te per tinet hereditas quen iubeam.

H. Set ita demum si in constituendo personaliter de se promittat; alioquin impersonaliter loquendo non obligatur.

N. Si quando aliquis pro se vel alia persona pecuniam spopondit vel constituit sic dicens: satisfaciam tibi de pecunia quantitate quam promisit. Si autem sic: satisfiet a me et ab illo, aliis quoque non consentientibus, quos nominavit, pro rata tantum portione persolvet. Casum autem sic: fiet tibi satis aut a me aut ab illo et illo quoque nunc nominato non consentiente, solus in solidum tenebitur.

Et si dixit: ita soli bene erit satisfactum, solus tenebitur in solidum.

si quis de l. ecclesia ff. l. i. § cont. ff. de dolo. l. eleganter § servus vel de dolo datur. sed ubi non promisit servus domino... cet. de nox. l. i. § non enim quia hic non dicimus quod servus ...

... posteriora tua petitio est. Etenim cum te socerii successionem quaesitam pariter debiti petitionem per confusionem extinguit, non ambigitur.

Idem. Sub praetextu aetatis pupilli debitoris hereditarii creditorum exactionem differri non posse, minus evidens est. Unde cum te tutorem proponas, quemadmodum a pupillis creditoribus satisfaciat, tu intelligere debes.

Idem. Si adulta cuius curam gerens, praetermisso priuo suo quem in tutelam eius administrasse proponis, heres extitit, nec ab eo quicquam exigere prohibita est, debitum a coheredibus eius pro te esse petere non prohibetur, secundum ultra eam portionem qua successit petitio non confunditur. Nam adversus adultam tuam rescindi postulas testamentum. Sed quia coheredes eius adeuntes hereditatem se obligantur, et si non solvendo constitutum probentur, postulata separatione nullum damnum ei fieri patietur.

Idem. Creditores hereditarios salvis legatariis non habere personalem conveniendi actionem, quippe cum evidentissime lex XII. tabularum heredes huic rei faciat obnoxios.

In quantum heredes conveniantur pro delicto.

Constitutis defunctis ... contestationem. De eo qui vim fecit vel concussionem intulit vel aliquid deliquit defuncto, successores eius in solidum alioquin in quantum ad eos pervenit conveniri iuris absolutissimi est, ne alieno scelere ditentur.

Imperator. De constituta pecunia.

Si pro alieno debitore te soluturum constituisti, pecuniae constitutae actio non solum adversus te sed et adversus heredes tuos perpetuo competit.

Imperator. Recepticia actione cessante, quae sollemnibus verbis composita inusitato recessit vestigio, necessarium nobis visum est magis pecuniae constitutae naturam ampliare. Cum igitur praefata actio, id est pecuniae constitutae, in his tantummodo casibus vetitis conclusa est, ut exigeret res quae in pondere numero mensura vel sunt, in aliis autem rebus nullam haberet communionem; et neque in omnibus casibus longeva sit constituta, sed in speciebus certis annali spatio concluderetur; et dubitaretur si pro debito sub conditione vel in diem constituto eam possibile esset fieri, si pure constituta pecunia certa valet: hac apertissima lege definimus, ut liceat omnibus constituere non solum res quae pondere numero mensura vel sunt, sed et omnes alias res sive mobiles sive immobiles sive se moventes sive instrumenta vel alias quascumque res quas in stipulationes possunt homines deducere; et neque sit in quocumque casu annalis, sed sive pro se quis constituat sive pro alio, sit et ...

ipsa in tali vice mensura in qua omnes actiones personales posite sunt, id est in annorum metis XXX. Et liceat pro debito puro vel in diem vel sub conditione constitui. Et non absimilem penitus stipulationi habeat dignitatem, suis tamen naturalibus privilegiis minime defraudata sit, sed et heredibus et contra heredes competat, ut neque recepticie actionis neque alio indigeat remedio, pro huiusmodi casibus adminiculo, sed sit pecunie constitute actio per nostram constitutionem sic omnino sufficiens, sic tamen ut hoc ei inhereat, ut pro debito fiat constitutum, secundum antiquam recepticiam actionem exigebatur, et si quid non fuerat debitum, cum satis absurdum est tam nostris temporibus quam iustis legibus contrarium est permittere per actionem recepticiam res indebitas consequi, et tam multas ponere conditiones, que et pecunias indebitas et promissiones corrupti restitui diffiniunt. Et ut non erubescat quod tale legum iurgium, hoc tantummodo constituatur quod debitum est: omnia que de recepticia actione in diversis libris legislatorum posita sunt aboleantur. Et sit pecunia constituta omnes casus complectens, qui per stipulationem possunt explicari, ne quemquam moveat quod sub nomine pecunie et omnes res exigi diffinimus, cum in antiquis libris prudentium licet

pecunia constituta nominabatur, tamen non pecunie tantum per eam exigebantur, sed omnes res que pondere numero mensura constitute sunt. Sed et possibile est omnes res in pecuniam converti. Si enim certa domus vel certus ager vel certus homo vel alia res que expressa est in constituendis rebus ponatur, quid distat a nomine ipsius pecunie? Sed ut et subtilitati eorum satisfiat qui non sensum sed vana nominis vocabula amplecti desiderant, ita omnes res veniant in constitutum tamquam si fuisset pecunia constituta, cum et veteres pecunie appellatione omnes res diffiniunt, et huiusmodi vocabulum et in libris iuris auctorum et in alia antiqua prudentia manifestissime inventum est. Hiis videlicet que argenti distractores vel alii negociatores indefense constituerunt, in sua firmitate secundum morem usque adhuc obtinentem durantibus.

In divi Adriani epistolam que de periculo dividendo inter mandatores fideiussores loquitur, locum habere in hiis qui pecunias pariter simul constituunt necessarium est. Equitatis enim ratio diversas species actionis excludere nullo modo debet.

De probationibus. Imperator.

Ut creditor qui pecuniam petit numeratam implere cogitur, ita rursum debitor qui solutam affirmat eius rei probationem prestare debet.

Imperator. Possessiones quas ad te pertinere dicis more iudiciorum persequere. Nec enim possessori incumbit necessitas probandi eas ad se pertinere, cum te in probatione cessante dominium apud eum remaneat.

Imperator. Ex persona collegae autem conveniri non debetis, si eundem collegam tempore depositi officii solvendo fuisse ostenderetis.

Idem. Proprietatis dominium non tantum instrumento emptionis sed ex quibuscumque aliis legitimis probationibus ostenditur.

Imperator. Instrumenta domestica seu privata testatio seu annotatio, si non aliis quoque adminiculis adiuventur, ad probationem sola non sufficiunt.

Idem. Rationes defuncti, quae in bonis eius inveniuntur, ad probationem sibi debitae quantitatis solas sufficere non posse saepe rescriptum est. Eiusdem iuris est, et si in ultima voluntate defunctus certam pecuniae quantitatem aut etiam res certas sibi deberi significaverit.

Imperator. Exemplo perniciosum est, ut ei scripturae credatur, qua unusquisque sibi annotatione propria debitorem constituit. Unde neque fiscum neque alium quemlibet ex suis subnotationibus debiti probationem praebere posse oportet.

Imperator. Frustra vereris, ne ab eo, qui in lite pulsatur, probatio exigatur.

Idem. Cum te minorem viginti quinque annis esse adseveras, praesidem provinciae adire debes et de aetate probare.

Idem. Neque natales tui, licet ingenuum te probare possis, neque honores quibus te functum esse commemoras, idoneam probationem filiae tuae pro ingenuitate continent, cum nihil prohibeat te ingenuum et eam ancillam esse.

Idem. Cum res non instrumentis gerantur, sed in hoc gestae rei testimonium conficiatur, factam emptionem et in vacuam possessionem inductum patrem tuum pretiumque numeratum quibus potes iure petitis probationibus docere debes.

Idem. Non epistulis necessitudo consanguinitatis, sed natalibus vel adoptionis sollemnitate coniungitur. Nec adversus absentem hereditatis dividendae gratia velut contra fratrem per ancillam petitus arbiter sententia premit veritatem. Sive itaque quasi ad sororem quam ancillam te posse probare confidis epistulam misisti, sive familiae herciscundae quasi coherede petitus arbiter doceat, ingenuitatis quod per hoc tolli non potuit.

Idem. Non nudis adseverationibus nec ementita professione, licet utrique consentiant, sed matrimonio legitimo concepti vel adoptione sollemni filii civili iure patri constituuntur. Si itaque hunc esse quem supplicas alienum filium esse confidis, parte vel procuratorem ad confirmationem eius filiam detegere.

Idem. Vis eius qui se dominum contendit ad imponendum onus probationis suo nomine minime procedit. Cum ergo aufugisse te de domo senem profitearis, nec ab illo iusto initio sed per violentiam adseveres esse detentum, inquisito prius

Qui semel produxit testes aut bis et testificationes vitavit aut adversario hoc faciente disputationem accepit et hec testificata didiscit non habebit licentiam ultius testimoniis uti, productione et ex divina iussione. Cum vero hoc non exegit tunc non didiscit testificata eorum testium. tunc danda est ei ita productio testium sacramento prius ab eo dando quod neque subtraxit neque percunctatus est testationes ipse vel aliquis advocator eius vel alius pro eo agens nec per dolum aut machinationem vel artem quartam productionem fieri petit.

Et sic duo erant peccata. emisti. nec est aliquo facti amplius. ... a procuratore antille quasi ipsi esset coheres ... hic erat in possessione sororitatis. ... probat. ...

Non filius. petebat paterna beneficia ... dis asseverationibus. asseverare est sine interrogatione aliquid verum falsum. ne affirmare aliquid sine interrogatione ... testis hoc profiteatur. vel professio. professione i. falsa. consentiat.

an in possessione libertatis sine dolo malo constitutus fis- tinctionus probationis qui debe- at subire per hos eventum de- clarabitur.

Idem A. Rescriptum heredem ab amita tua vel testamenti vitio vel quacumque alia ratione non posse optinere hereditatem, probare te posse confidis de hac hereditate apud rectorem provincie age.

Idem A. Si ne vos possessi[...] potes- tatis predia que a patre communis donata fuisse emancipati contendentes vendicant ipsis incumbit fieri probationis necessitas. Cum vero ipsis ea predia que a patre vestro donata tenentibus vos heredes constituti patris petatis ut intentionem vestram non constitisse detegant, vestri dominii facti sunt.

Idem A. Matrem tuam consecutam libertatem ac te procreatam ut ingenuam probari possis ostendi convenit. quod enim fratribus tuis nulla movetur questio ad defensionem tuam nichil prodesse potest.

Idem A. Cum proponatis significes ignorante te predium eum cuius meministi venditum a te donationis instrumentis inseri fecisse suum, a sunt que indidisti nec ad nomen perfecte donationis fundus iste pervenit. unde adito iudice competenti probare te oportet tuam voluntatem hunc fundum istum adversarium tuum subscribi laborasse ut secundum tenorem rescripti nostri possis consequi sententiam.

Idem A. Exceptionem dilatoriam opponi quidem initio, probari vero postquam actor monstraverit quod asseverat oportet. A.

Idem A. Ad probationem uti dominium aliena subtrahentes instrumentis hi minime possunt quippe cum lectio horum non recitantes sed quem tenor scripture designat adiuvat. cum itaque nec certa probationum iudicia representet iure competenti prediorum que in questionem veniunt dominium ad te ostende pertinere. Nam res vendicantem ab emptore suos numeratos nummos asseverantem erga probationem laborare non convenit. sed quod hinc vel prebetur fieri intentionem nullum prestet adminiculum.

Idem A. Ad probationem servitutis genitoris matrem eius ac fratrem servilia fecisse ministeria non sufficit. cum neque ingenuorum coniunctis necessitudine prejudicet neque de fratribus eadem matre natis unus libertatem adipisci prohibeatur.

Idem A. Actor quod asseverat se probare non posse profitendo reum necessitati monstrandi contrarium non astringit, cum per rerum naturam factum negantis probatio nulla sit.

Imperator Iubemus omnes qui scripturas suspectas conminiscantur, cum quid in iudicio proferunt nisi ipsi astruxerint veritatem nec probaverint scripture eos qui fallaces esse detinendos.

Imperator Sciant cuncti accusatores eam rem se deferre debere in publicam notionem que munita sit testibus ydoneis vel instructa

[illegible]

Si dicatur testis esse filius conditoris ... (gloss, partly legible) ... plecatur eius testimonium et subita disputatio ... Si vero libertum se dixit prius instrumentum ostendat ... Item alibi probationes habere. quo facto testatio quae scribatur ... dicatur odiosus et mota lite criminis inter eos ... iudicetur. Si vero ex lite pecuniaria vel alia odiosus est ... disputationum fuerint ...

[illegible]

... aptissimis documentis vel iudiciis ad probationem indubitatis et luce clarioribus expedita.

Imp. Si de possessione servitutis in possessionem libertatis proclamat Eutychia, cum petitori probationis onus incumbat, intentione sua defecta ... minime potest. Sin in servitutem petatur, ad eum probationis non est iudicis, alias ... instrumentum ingenuitatis monstrare sufficiat.

De testibus.

Imp. Si contumacia ingenuitatis fiet, defende causam tuam instrumentis et argumentis quibus potes. Soli etenim testes ad ingenuitatis probationem non sufficiunt.

Imp. Etiam iure civili domestici testimonii fides improbatur.

Imp. Solam testationem prolatam nec aliis legitimis adminiculis causam approbatam nullius esse momenti certum est.

Imp. Eos testes ad veritatem adiuvandam adhiberi oportet qui omni gratiae et potentatui fidem religioni iudiciariae debitam possint praeponere.

Imp. Parentes et liberi invicem adversus se nec volentes ad testimonium admittendi sunt.

Imp. Nimis grave est quod petitis ingenuitatem ad celebritatem pertinentem ... adversariorum per quos status negetur fiat. Unde intelligitis quod intentionem vestram per alias afferre debetis probationes, non adversus se ab adversariis adduci.

Imp. Servos pro domino quem adversus eum interrogari non posse non ambigitur.

pro facto aut suo interrogari posse

Imp. Iurisiurandi religione testes priusquam perhibeant testimonium iam dudum artari praecepimus. Et ut honestioribus potius fides testibus adhibeatur. Simili modo sancimus ut unius testimonium nemo iudicum in quacumque causa facile patiatur admitti. Et nunc manifeste sancimus ut unius omnino testis responsio non audiatur, etiam si praeclarae curiae honore praefulgeat.

Imp. Omnibus in re propria dicendi testimonii facultatem iura submoverunt.

Imp. Quoniam ubi testes ad causas postulantur alienas, si socii et participes criminis non dicantur, sed fides ab his notitiae proferetur. In exhibitione necessariarum personarum, hoc est testium, talis esse debet cautio iudicantis ut his venientibus ad iudicium per accusatorem aut ab his per quos fuerant postulati sumptus competentes dari praecipiat. Quod iure et si in pecuniaria causa testes ab alterutra parte producendi sunt.

Imp. Adversus pronos ad illicitas atque improbas voces libitorum penitus obiectorem praecludimus, atque ita ut non modo sponte prodire audeant, sed nec vocati quidem in iudicium venire cogantur.

Imp. Nullum penitus cum semel ad iudicem quamvis licet non suum dicendi gratia testimonii fuit ingressus armatam forte militiam vel quamlibet aliam fori praescriptionem ad evadendum iudicis motum quem vel testi...

[illegible]

Rogati ut in testamentis non fortuiti vel transeuntes. Idem est si pro solutione rogati intersint confessioni creditoris dicentis pecuniam sibi solutam fuisse.

Si quis aliquid ab aliquo ex lege petat et velit testes producere et eorum testimonium publicare, adversarius ammoneatur a iudice, et sic eo presente attestationes recipiat. Et si adesse noluerit, et eo absente iudex attestationes eorum recipiat, et perinde valebunt ac si eo presente recepte fuissent, nec opponi potest id quod ex una parte date sunt.

monium iuvorum improbitas vel rei qualitas flagitaverit, posse impendere perpetimus. Sed omnes qui in cuiuslibet causa suum perhibeant testimonium et separato tanquam annuditum intimi deposito, exceptionis fori privilegio huius presidio denudato, sitque iudicantis intrare secretum, ut quicumque autem eius offenderit, non dubitet sibimet formidandum, data cunctis iudicibus absque ullo prescriptionis obstaculo sicut sepedictum est testes quorum voces falsitate et fraude non carere perspexerit, pro qualitate videlicet delicti animadvertendi licentia.

Imperator. Si quis testibus usus fuerit, idemque testes adversus eum in alia lite producantur, non liceat ei personas eorum excipere, nisi ostenderit inimicitias inter se et illos postea emersas fuisse, ex quibus testes repelli leges precipiunt.

Non admonenda scilicet ei licentia exceptionis de personis testimonium arguere. Sed et si liquidis probationibus datione vel promissione pecuniarum eos corruptos esse ostenderit, eam allegationem integram ei servari precipimus.

Idem. Testium facilitatem per quam multa commenta veritati preferuntur, prout possibile est resecantes, omnibus predicimus qui in scriptis a se debita retulerunt, quod non facile audientur si dicant omnis debiti vel partis solutionem sine scriptis fecisse, velint quo viles et forsitan redemptos testes super huius solutione producere, nisi quinque testes ydonei et summe atque integre opinionis presto fuerint solutionem celebratam, hi quoque cum sacramenti religione deposuerint sub presencia sua debitum esse solutum, ut scientes omnes ita ea statuta esse, non aliter debitum vel partem eius persolvant, nisi vel securitatem in scriptis capiant vel observaverint prefatam testium probationem. Eius scilicet qui sine scriptis debitum vel partem iam ei solverint presentis sanctione minime excipiendis. Et si non facta quidem securitas sit fortuito non casu vel incendii vel naufragii vel altius infortunii perempta, tunc liceat huius qui perpessi sunt casum per in propositis probantibus et debiti solutionem per testes probare dampnum quoque examinatione iusti effugere.

Idem. Si quis indutos testes in pecuniariis causis ex nostra lege aliquis tradere maluerit, sique sua sponte fideiussionem sue persone sine dampno prestare, volumus hoc fieri. Sin autem noluerint, non carcerali custodia retrudi, sed sacramento eos committi censemus. Si enim pro toto litis examine vinculum iurando edendum esse testium putaverint hi qui eos produxerint, multo magis suam presentiam testibus in sacramento eorum esse debent. Sed cum oportet minime testes in huiusmodi causis protellari et pro alienis commodis sua imminuere facultates, disponimus non amplius testes observare iudices compelli preter in fine certaminis, nisi tamen .xv. dies intra quos iudices provideant quatenus cognitionem suscipiant

in qua testes nominati fuerunt vel omnino licencia eis iudicibus concedatur, altera tamen parte cessante tunc [iudices] eos observare volentes si per executores ammoniti venire noluerint testes accipere, per alteram partem presente que eos in testimonium ducit testimonia capere eorum.

Hiis autem diebus effluentibus licet a quo testibus discedere a iudice nullam habente licentiam eos quia absunt iterum recitare. Cum prima iudicem super eum steterit quominus testimonium preberetur parti lese omnem iacturam probabiliter causa illatam ex suis facultatibus resarcire disponimus.

Idem. Cum apud compromissarios iudices testes fuissent producti variatum erat utrum dictorum depositionibus in iudicio litigatori uti an non esset audiendus. Et si nisi quid in compromissis aliquid plenius cautum statutum non est hoc observandum. Sin autem inde conventum in huius causis est siquidem supersint testes memoriam huiusmodi esse quam depositiones eorum perfuncti si eas recitaverint concedere testes iterum adduci non opponi eis quoniam testimonium suum dederunt vel si hoc concedere minime malunt depositiones eorum quas fecerant accipere omni iure salvo quod ei competit adversus eas servato. Si autem omnes ab hac luce subtracti sunt tunc necessitatem imponi ei fide scripture approbata in qua depositiones eorum resumunt eas quas fecerat accipere. Si autem res permixte fuerint et quidam ex hiis mortui alii viventes sunt tunc in superstitum quoque testimonio eandem electionem litigatori fuisse adversus quem testimonia proferuntur. Circa morientium autem personas depositiones eorum non esse respuendas omnimodo firmiter quam iam perduximus adversus eas et teste iure suo quod ei competit adversus quem proferuntur integro reservato.

De fide instrumentorum et amissione eorum et factis faciendis et debitorum que sine scriptura fieri possunt.

Debitores tuos quibus cum numerationibus debere te pecuniam si probavimus ad solvendum compellet aditus nec obest tam missio presidis provincie nec obest te amissio instrumentorum si non manifestis probationibus eos debitores esse apparuit.

Idem. Si cautio de qua alius accusatus convictus est et patitur esse sibi tamen usurum fuerit ei a quo pecuniam petis eiusdem criminis reum facere et discrimen periculi pene legis Cornelie subire non obest sententia a qua nec is esse quam data est appellavit nec tu qui tunc criminis non eras subiectus appellare debuisti.

Idem. Si adversarius tuus apud acta presidis provincie cum fides instrumenti quod proferebat in dubium revocaretur non se usurum contestatus est vereri non debes ne ex ea scriptura quam non esse veram in professione eius constitit negotium denuo repetatur.

Idem. Illate dispensator pecunie si ob instrumentorum amissionem casum probatione defeci suspecto

rōnum fiscalium fidem de
monstrabit.

Id. Sicut iniquum ē instrumentis
ingnis extinctis debitores
quantitatum debitarum re
nuere solutionem ita n̄ statim
casum conquerentibus facile c̄
dendum ē. Intellige itaque de
bitis non existentibus instrumentis
vel aliis argumentis probare fide
precibus adesse.

Id. Statum tuum natali p
fessione pdita mutilatum n̄
esse certi iuris est.

Id. Si sollempnibus stipēdiis
honeste sacramento solutus es
licz sup hiis instrumenta ut dicis
fca pdita sunt tamen si aliis eui
dentibus probationibus veritas ostendi
pot veteranorum priuilegia te
usurpare posse dubium n̄ ē.

Id. Si constiterit pprietatem
possessionis de qua agitur apud
uos ēē. pruidebit iudex ex p
sona fluctuantium instrumentorum pre
iudicium dominio compa
rari. p amissione instrumentorum

Id. Instrumentis ī non intuementi
bus semel diuisio recte fca nō
habeatur irrita.

Id. Cum instrumentis ī non intue
mentibus uendicio fca rata m
aneat. sequitur amissis ī que
intercesserant non tolli sbam
veritatis placuit.

Id. Emancipacione fca si
n̄ actorum tenor existat si
tamen aliis inditiis pbationibus
vel ex psonis vel ex fide instrumento
rum incorrupta fcam esse
emancipacionem pbari possit
actorum interitu veritas cōvel
li non solet.

Id. Non ideo minus in ua
cuam inductus pcū donati
onis possessionem q̄ eius fēi pret
missum instrumentum asseuatur
hanc optinere pot.

Id. Apud eos qui rem ges
tam ignorarunt amisso
instrumentorum hita testacō in
chul ad pbōem veritatis pdēē

Id. Sceptuṙe diuise et pot
fidem sibi inuicem derogante
ab una eademque pte plate.
inchoandi firmitatis hiere potuerit.

Impr. In excendis litibus ea
dem uim optinent tam fi
des instrumentorum quam depone
testium.

Impr. Contractus uendonum
vel pmutacōnum vel donaci
onum quas intimari nō ē
necessarium dacōnis ī arrarum
vel alterius cuiuscumque cause
illos tantum quos in scripturis fieri
placuit transactionum ī qua
instro recipi conuenit n̄ ali
ures hre sancimus nisi instrume
ta in mundum recepta subscrip
tionibusque partium confirmata
ī sup tabellionem conscribat̄
ī ab ipso completa ī postremo
ptibus absoluta sint ut nulli
liceat prius q̄ hec ita pcesserint vel
a sceda conscripta licz litteras v
nius ptis vel ambarum hēt
vel ab ipso mundo qd n̄ dum
ē impletum ī absolutum ali
qd ius ē ex eodem contractu vel transac
tione uendicare. Adeo ut n̄
illud in his uendonibus liceat
dicere quia pcio statuto necessitas ue
ditori imponatur vel contractum uen

Apud eloquentissimum iudicem vel defensorem civitatis vel in provinciis sive in urbe sive ab urbe in provinciam hec prestite ... sed hoc in causis civilibus. nam in criminalibus apud iudicem testes sunt presentandi et cum res exegit tormentis subiciuntur ... non inficiente stipulatione vel traditione ut ff. de pactis.

[illegible marginal gloss]

ditionis perficere vel id quod emptoris interest ei persolvere. ¶ Que tamen in preteritis confitiendis instrumentis que in hiis que iam scripta sunt nondum autem absoluta locum habere precipimus nisi iam super hiis transactum sit vel iudicatum que retractari non possunt exceptis emptionalibus instrumentis iam in sceda conscriptis vel in mundo ad que presentem sanctionem non extendimus sed prisca iura hiis tenere concedimus. ¶ Illud etiam adicientes ut et in posterum si que arre super facienda emptione cuiuscumque rei date sunt sive in scriptis sive sine scriptis licet non sit specialiter adiectum quid super hiisdem arris non procedente contractu fieri oporteat tamen et qui vendere pollicitus est vendere eandem recusans in duplum eas reddere cogatur: et qui emere pactus est ab emptione recedens datis a se arris cadat exactione earum scilicet deneganda.

L. Iudices sive in hac inclita urbe sive in provinciis sint ea que disposuimus ut possint si hoc perspexerint occasione testium in aliis locis degentium litigantes vel eorum procuratores ibi destinare ut depositionibus sub utriusque partis presentia factis res ad eos referatur. ¶ Hoc etiam in aliis fieri volumus qui in [com]platis instrumentis fidem adhibere exiguntur ut si poposcerint in aliis locis id eis facere permittatur et si hoc iuste peti iudex invenerit sumptus prestatur similiter ut proxime in locis oportunis fide instrumento data vel minus data fuerit referatur negotium ad priorem iudicem.

L. Plures apochas ... dicem vel reditum vel usurarum perceptis si quando super hiis fuerit dubitatio exorta eas habere negando ius agentium faciunt vacillare cum coloni ad usus dominorum extantes et si umquam forte libertatem vendicantes vel debitores creditoribus suis temporalem prescriptionem opponere cupientes ad easdem infitiationes pervenerant quod resecantes iubemus ut prefatis casibus vel aliis privatis similibus si voluerit is qui apocham conscripsit vel exemplar cum subscriptione eius qui apocham suscepit ab eo accipere vel eum apocham suscipere omnis ei licentia hoc facere concedatur necessitate imponenda apoche susceptori antapocham reddere. ¶ Ita tamen ut si his qui apocham conscribit facere neglexerit vel non curaverit nullum preiudicium ex eo quod antapocham non recepit generetur cum hoc quod pro quibusdam introductum est inferre eis iacturam minime conveniet.

L. Equitatis

In compactionibus litterarum ex cyrographis et aliis instrumentis que non sunt publice confecta satis habundeque occasionem criminis falsitatis dare et in iudiciis et in contractibus manifestum est. ¶ Ideoque sancimus non licere compactiones litterarum ex cyrographis fieri nisi

[illegible gloss]

Ad hec ex hijs litteris quibus adversarius tuus utitur et profert recte petis examinationem fieri. Item ex carta que profertur ex archivio publico testimonium quod publicum habet.

Et si contractus fiat in civitate et ultra unam libram auri omnino collationi assit argumentum non credatur ei soli.

Licet ab emptore ... [illegible] ... vel volumus quod est ... urbe romana ... et nova.

[illegible]

tium testium habuerint sub-
scriptiones et prius litteris eorum
fides imponatur. vel ex ipsis
deponentibus sive cunctis sive
omnino duobus ex hijs sive
comparatione litterarum testium
procedente et tunc ex huiusmodi cartu-
la iam comprobata comparatio
fiat. Nam aliter eam fieri compa-
rationem nullo concedimus modo. Li-
cet in semetipsum aliquis car-
tam conscriptam confitetur. Set
tamen omnino vel ex forensibus vel pub-
licis instrumentis vel ex huiusmodi cyrograp-
his que enumeravimus compara-
tionem fieri mandamus. Omnes
autem comparationes non aliter fieri conce-
dimus nisi iuramento antea prestito
ab hijs qui comparationem faci-
unt fuerit affirmatum quod neque
lucri causa neque inimicicijs neque
gratia tenti huiusmodi faciunt compar-
ationem. Et hoc observari tam
in omnibus iudicijs nostris cum
appellatione omnium sublimissime pre-
fecture nec non magisterie
potestatis ceterisque omnibus iu-
dicijs qui in orbe terrarum constitu-
ti sunt constitutum hijs omnibus
in posterum observandis. Compa-
rationes enim iam ante factas re-
tractari ex periculum imminere.

Sed cum quidam instrumentum pro-
tulit vel aliam cartulam eique
fidem imposuit per se aut per per-
sonam cum ista persona vel instrumentum est
prolatum contra quem hoc instrumentum red-
arguere nititur, ne dubium
videtur utrum necessitatem ei qui
protulit imponi oportet repeti-
ta iterum vice hoc proferre in iudicio

at ei fides iam pridem appro-
bata. Sancimus si aliquid tale
evenerit eum qui petit iterum car-
tam proferri prius sacramentum
prestare quod existimans se posse fal-
sum redarguere quod prolatum est ad
huiusmodi venit petitionem. Quid enim
si eum noscit deperditam esse cartam
vel concrematam vel alio modo
diminutam hanc requiret
assimulans et ad difficultatem
productionis respiciens huiusmodi fecit
petitionem. Et post quam hoc ab ac-
tore vel petitore fuerit iuratum
tunc inscriptionum pagina apud eum
petentem iudicem depositam esse
necessitatem imponi ei qui protu-
lit cartam de qua questio vertitur eam
apud iudicem eminus proferre
quatenus possit apud eum examinatio
falsitatis ventilari. Sin autem non
dicat non esse possibile eam ostende-
re quia per fortuitos casus huiusmodi co-
pia ei abrepta est. tunc subeat sa-
cramentum quod neque habet eandem car-
tulam neque alij eam dedit neque
apud alium voluntate eius
constituta est nec dolo malo fecit quo
minus ea appareat. Sed re vera ipsa
cartula sine omni dolo deperdita
est et productio eius est impossibi-
lis esset. Si tale subeat sacramentum
ab huiusmodi necessitate eum relaxari.

Sin autem predictum iusiurandum sub-
ire minime maluit tunc eius
ista cartula nullas habeat vires
adversus eum contra quem prolata est. Sed
penitus vaciata sit neque ei
ulterius penam producere contra eos
non iuraverint volumus cum
forsitan quidam tam subtil-

[illegible]

[p]revenientia tenti nec vim sacramenti praestare patiuntur. [C]andem aut copiam ei praestamus donec causa apud iudicem ventilatur. Si ei iam plenissimum finem acceperit neque per appellationem suspensa est neque per solitam retractationem adhuc lis vivere speratur, tunc satis durum est his qui clam indulgentia in infinitum causae retractentur, sopita iam negotia per huiusmodi iterum recipiantur et certum aliquid innovetur.

Impr. **Plus valere quod agitur quam quod simulate concipitur.**

[I]n contractibus rei veritas potius quam scriptura perspici debet.

Impr. [A]cta simulata velut non ipse sed uxor eius comparavit veritatis substantiam mutare non possunt. Questio itaque facti per presidem provinciae examinabitur.

Idem. [E]mptione pignoris causa facta non quod scriptum est sed quod gestum est inspicitur.

Impr. [S]i quis gestum a se fecerit alium egisse scribi plus actum quam scriptum valet.

Idem. [S]i falsum instrumentum emptionis conscriptum tibi velut locationis quam fuerat mandaveras subscribere te non relecto sed fidem habente suasit, neutrum contractum in utroque alterutrius consensu deficiente constitisse procul dubio est.

Imperator. **De commodato. R.**

[E]a quidem que vi maiori auferuntur detrimento eorum quibus res commodantur imputari non solet. [S]ed cum is qui a te commodari sibi postulabat bove hostilis incursionis contemplatione periculum amissionis ac fortunam futuri dampni in se suscepisse proponatur, praeses provinciae si probaveris eum indemnitatem tibi promisisse placitum conventionis implere eum compellet.

Idem. [Q]uum eum qui temporali ministij causa suscepit ancillam ad restituendum eius bona fides urgeat, consequens est socerum tuum huius rei causa tradidisse ancillam adito preside provinciae probare ut fidem susceptam is adversus quem supplicas compellatur agnoscere.

Idem. [D]e restituendis rebus quas obligandas per se dedisti pro qua debitum fuit extenuatum, commodati actionem in adversus heredem eius exercere potes.

Idem. [P]raetextu debiti restitutio commodati non probabiliter recusatur.

Impr. **De pigneraticia actione. R.**

[Q]uod ex operis ancille quam ex pensionibus domus quam pignori detinueris perceptum est debiti quantitatem relevavit.

Idem. [C]reditorem qui pretium pignoris sine nexum detinuit fructus quos percepit vel percipere debuit in rationem exonerandi debiti computare necesse habet. [E]t si agitur creditorem constituit eo quo nomine pigneraticia actione obligatur.

Idem. [P]actum vulgare quod proposuistis ut si intra certum tempus pecunia soluta non fuisset praedia pignori vel hypothecae data vendere liceret non adimit debitori actionem pigneraticiam adversus

Ipsius creditorem.

Idem. Si creditor sine vicio suo argentum pignori datum perdidit, restituere id non cogitur. Sed si culpa reus deprehenditur vel non probat manifestis rationibus se perdidisse, quanti debitoris interest condempnari debet.

Idem. Que fortuitis casibus accidunt, cum previderi non potuerint, in quibus etiam aggressura latronum est, nullo bone fidei iudicio prestantur: et ideo creditor pignora que huiusmodi casu interierunt prestare non compellitur, nec a debiti peticione submovetur, nisi inter contrahentes placuit ut amissio pignorum liberet debitorem.

Idem. Creditor qui fundos vel domos pignori vel ypothece accepit, dampnum in decidendis arboribus et in domibus destruendis ab eo datum in rationem debiti deducere cogitur, et si dolo vel culpa rem suppositam deteriorem fecit, eo quoque nomine pignoraticia actione tenebitur, ut talem restituat qualis fuit tempore obligationis. Creditori autem necessarios sumptus quos circa res pignoraticias fecit exigere non prohibetur.

Imperator. Pignus in bonis debitoris permanere ideoque ipsi perire in dubium non venit. Cum igitur asseveres in horreis pignora deposita, consequens est secundum ius perditum pignoribus debitori, pereuntibus, si tamen in horreis quibus alii solebant publice uti res deposite sunt, personalem actionem debiti reposcendi causa integram te habere.

Idem. Nec creditores nec qui his successerunt adversus debitores pignori quondam res nexas petentes, reddita iure debita quantitate vel his non accipientibus oblata consignata et deposita, longi temporis prescriptione munitum possunt. Cum intelligis quod si originem rei probare potes adversario non tenente, dominium vendicare debeas.

Ut autem creditor pignoris defensione se tueri possit, extorque rei necessitas probandi debiti. Cum si tu teneas pro vendicatore eiusdem pignoris lex eadem inducitur, si sic non erit difficilis solutione vel oblatione atque sollempni depositione pignoris liberatio.

Imperator. Si nulla culpa seu segnitia creditoris imputari potest, pignorum amissorum dispendium ad periculum eius minime pertinet. Sane simulata amissione si nunc eadem pignora, ut asseveras, a parte diversa possidentur, adversus eum experiri potes.

Idem. Pignoris causa rem obligatam soluto debito restitui debere pignoraticie actionis natura declarat, quo iure si titulo pignoris obligati mancipia per eandem actionem uti potes. Nec creditor citra conventionem vel presidalem debiti causa visionem res debitoris arbitrio suo auferre.

Idem. Quominus fructus pot tuum quos creditor ex rebus obligatis accepit habita ratione ac de residuo debito soluto vel si per creditorem stetit quominus solvetur, pignora que in eadem causa

durante restituat debitori in ullo spatio longi temporis defecit.

Imp. De institoria et exercitoria actione.

Servus tuus si pecuniam mutuam accipiendo ita demum de institoria actione obligavit, si eum eum officio alicui vel negotiationi exercende preposueris, ut id faceret, vel permissum a te probetur. Quod si ea actio locum non habet, si quid in rem tuam versum probabitur, actione in eam rem preposita cogeris exsolvere.

Imp. Exercitoribus suorum, quamvis de peculio duntaxat domini teneantur, de eo tamen quod in rem eorum versum est, vel cum institore ex causa preposititus fuit, certum est in solidum conveniri posse dubium non est.

Institoria tamen adversus eum actio competit, a quo fuerit preppositum dicis, si eius negotii causa, quod per eum exercebatur, deposita pecunia nec reddita potest probari.

Imp. Et si a muliere magistratus prepositus fuit exercitoribus eius ea exercitoria actione ad similitudinem institorie tenetur.

Si mutuam pecuniam de institore accipere domicianus mandavit et hoc posse probare confidis, ad exemplum institorie eundem domicianum apud competentem iudicem potes convenire.

Quod cum eo qui in aliena potestate est negotium gestum esse dicitur vel de peculio et quod iussu.

Imp. Et de in rem verso. R.

Consecutus domini voluntatem cum servo ipsius habuit certum contractus actionis institorie de solido dominum convenit.

Imp. Cum filiusfamilias tutor aut curator datur, pro tutele actione vel negotiorum gestorum iudicio de peculio et de in rem verso est conveniendus. Quod si voluntate eius filius decurio sit creatus et a magistratibus tutor constitutus, pater in solidum satisfacere cogitur, idonus exemplo ceterorum munerum civilium inductum intelligatur.

Imp. Etiam si non mandante neque subscribente domina neque volente pecuniam mutuo suo preside dedisti, si tamen quantitas in rem domine eius versa est, ergo omnibus versa est de in rem verso apud suum iudicem eam convenire consecuturus secundum iuris formam id quod tibi debitum apparuit.

Imp. Eius sive nomine quecumque filiosfamilias certum est sine sua voluntate sive eius in cuius potestate fuit sive in peculium ipsius sive in rem patris ea pecunia redacta esset, si prima hereditate abstinuit, actionem nisi in id quod facere possit non dari perpetuo edicto interpretatione declaratum.

Si exercitu patris iussu eius pecuniam accepisti, teque eius hereditate abstinens frustra veteris ne creditoribus eius inquietaris.

Imp. Nulla res prohibet filiosfamilias, si patres maiores xxv annis fideiussi in ea actione adversus eos

competenti tenearis. ¶ Si filius tuus aut
de peculio tecum agatur defen-
sionibus si quae tibi competunt uteris.

Impp. Si filius tuus sine permis-
su tuo accepta pecunia mutua
in usurarum vicem habitandi
facultatem concessit, nullo iu-
re adversarius tuus hospicium
ex hac causa sibi vendicat, cum te ad
eum factum non obligaverit. Et ingre-
diens rem tuam contra voluntatem tuam
auctoritate competentis iudicis pro-
tegeris.

Impp. Si quis filio alieno dat
mutuam pecuniam, quam-
diu superest filius, item post mor-
tem eius intra annum de pe-
culio contra dominum competere
actionem, vel si in rem domini haec
versa sit quantitas post annum etiam ho-
norariam actionem non est am-
bigui iuris. ¶ Quapropter si quidem
in rem domini versa pecunia est,
heredes eius convenire potes
de ea summa quae in rem proces-
sit. ¶ Si vero hoc probari non potest, conse-
quens est ut superstite quidem filio dominum
de peculio convenias vel si iam
filius rebus humanis exemptus
est vel distractus est seu manumis-
sus nec annus excessit, de pe-
culio quondam adversus eum ex-
periri possis. ¶ Alioquin si cum
libero rem agente eius cuius pre-
cibus meministi contractum habuisti
et eius personam elegisti, pervides
contra dominum nullam te habuisse actio-
nem nisi vel in rem eius pecunia
processit vel hunc contractum ratum habuit.

Idem. Si mandatore pro filio tuo ex-
titisti vel iussu tuo cum eo contractum
in potestate tunc habuisti contractum
est, intelligis in sortem et usuris te pa-
ti oportere. Si te his omnibus obli-
gasti, ut res quae pignoris iure
detinentur liberari possint. ¶ Quod
si fideiussor contracte pecunie inter-
cessisti, teneri te ex ea obligatione ex-
plorati iuris est.

Idem. Si ex alio contractu non ex illicita
mutui datione debitor extit-
isti vel quod patrem tuum in fidem sus-
cepisti, tam in patris positus po-
testate iure teneris quam in morte
genitoris tui iuris effectus. Et
si quidem patris heres extitisti in solidum,
alioquin in quantum facere potes
secundum edicti formam. Sed si eman-
cipatione tui iuris factus es, subi-
re te posse conventionem debes intelligere.

Idem. Si liberam peculii administra-
tionem habentes equas de peculio
cum fetu suo venum dederunt, re-
probandi contractum dominus nul-
lam habet facultatem. ¶ Quod si
non habentes liberam peculii ad-
ministrationem rem domini-
cam ignorante eo distraxerunt,
neque dominium quod non habent in
alium transferre possunt neque con-
dicionem eorum vel in scien-
tibus possessionis vitium afferunt
in causam suam non immutato nec tempori
praescriptionem his possessoribus prodesse
manifestum est, quoque res mobi-
les a servo ementes in furti actione
tenentur.

Idem. Cum ancilla contrahenti quam
iure non obligari constat, ad-
versus dominum in quantum lo-
cupletius eius peculium factum
est ea superstite ac post mortem eius

intra utilem annum dandam actionem non ambigitur.

Imp. Dominum per servum obligari non posse actione de peculio deducto, scilicet quod naturaliter servus domino debet, eius creditoribus dandam actionem vel siquid in rem eius versum probetur de in rem verso edicto perpetuo declaratur.

Imp. Dominos ita constringi manifestum est actione pretoria que appellatur quod iussu, si certam numinam perceperint suo actori vel peccuniam. Item perpetuum edictali lege scimus ut qui suo colono creditori actori vel possessionum peccuniam mutuam det sciat dominos possessionum cultores vel etiam eorum obligari non posse, neque familiares epistolas quibus homines plerumque commendant absentem in id trahi convenit ut peccuniam quam non fuerat rogatus impendisse per predominentiatur, cum non specialiter ut peccuniam prestaret a domino fuit postulatus, idem dominus teneri non possit, et credita quantitate multari volumus credentes creditores huiusmodi personis non iubente domino nec fideiussoribus specialiter acceptis fuit credita peccunia. Sane creditori licentiam damus ut fructibus arborum quas gerebat fuit inventus actor fructus procurator vel prediorum utilis actio pateat de peculio.

Per quas personas nobis acquiritur.

Imperator. Excepta possessionis causa per liberam personam que alterius iuri non est subdita nihil acquiri posse indubitati iuris est. Si igitur procurator non sibi sed ei cuius negotia administrabat re integra rei vendicationem pactus est, idque pactum in stipulatione subsecuta est, nulla domino obligatio acquisita est. Eius autem res tradite dominium acquirunt.

Imp. Si duo vel plures communem servum habent et unus ex his iussit ut nomine suo servus ab aliquo stipuletur, decem puta aureos vel aliam rem, ipse autem servus nominatim non eius qui iussit sed alicuius ex dominis suis mentionem fecit et nomine illius stipulatus est, inter antiquos in sapientiam quiebat cui acquiratur actio, iudicium quod ex hac accidit causa utrum ne ei qui iussit an ei cuius servus mentionem fecit an ambobus. Cumque ex omni latere magna pars auctorum multum effudit tractatum, nobis in uxorem eorum sententia videtur qui domino qui iussit assumunt stipulationem et ei tantummodo acquiri dixerunt quam aliorum qui in alias opiniones defluxerunt. Neque enim malignitati servorum indulgendum est ut liceat eis domini iussione contempta sua libidine facere stipulationem et ad alium dominum qui eum forsitan corrupit alienum lucrum transferre, quod neque ferendum est servus impius domino quod qui iussit minime obediendum estimavit, ad alium autem qui forsitan ignorat et nescit repentinum attulerit solatium. Cum enim et apud antiquos dicebatur domini iussionem non esse ad silentium nominatori, tunc dominum optinere causam

servus iussus ab uno ex dominis stipulationem faceret sine stipulatione nomine stipulatus est, tunc enim ei soli adquirit qui iussit. Sin autem expressit alium dominum, soli illi necesse est adquisitionem celebrari. Multo enim amplius operatur valere domini nominis mentionem quam herilem iussionem.

Idem. Cum pubertam si pecuniam per se dam alterius nomine fuit numerata, adquiritur ei cuius nomine pecunia credita est personalis actionem condictionis, non autem ypotheca vel pignus que creditori data sive supposita sunt domino creditus adquiruntur. Talem differentiam expellentes sancimus et condictionem et ypothecariam actionem vel pignus ipso iure et sine aliqua cessione ad dominum creditus pervenire. Si enim creditori necessitas legibus imposita est domino creditus cedere actionem, quare non ab initio quemadmodum in personali actione cessio videbatur supervacua, non autem in ypothecis et pignoribus videatur supervacua, ut simul modo dominus creditus habeat ypothecariam actionem seu pignoris vinculum vel retentionem sibi adquisitam.

Ad senatusconsultum Macedonianum.

Imperator. Si filius cum in potestate patris esset mutuam a te pecuniam accepit cum se patremfamilias diceret eiusque affirmationi credidisse te iusta ratione edocere potes, exceptio ei denegabitur.

Imperator. Zenodorus cum filium sui iuris esse publico videbatur aut patris voluntate exercitat aut in eam rem pecuniam accepit que patris honoribus incumbentibus vel sive potestatis constitutus nova actione fecit fidem suam obligavit vel aliter debitum agnovit, non esse locum rescripto amplissimi ordinis notum est.

Idem. Si filiusfamilias aliquid mercatus pretium stipulanti venditori cum accessione usurarum spondeat, non esse locum senatusconsulto quo feneratoribus filiorumfamilias prohibitum est nemini dubium est. Origo enim potius obligationis quam titulus actionis considerandus est.

Idem. Si permittente patre filiofamilias pecuniam mutuam dedisti, senatusconsulti potestas non intervenit, ideo persecutio pignoris quod in bonis patris fuit non negabitur. Pactum cum eodem filio habens extinctum est, modo nullus alius iure conventionis ratione temporis et ordinis potior apparuerit.

Idem. Macedoniani senatusconsulti auctoritas petitionem eius pecunie non impedit que filiofamilias studiorum vel legationis causa alibi degenti ad necessarios sumptus quos patris pietas non recusaret credita est. Sed et ex contractu filii post mortem eius de peculio actio in patrem competere ita demum potest si anni utilis spacium petitionem non impedit. Sane si iussu patris datum mutuum probetur, nec in quos usus versa sit pecunia disquiri necesse est, sed petitio in patrem et mortuo filio actio est.

Imperator. Si filius tuus in potestate

[illegible]

tua agens contra senatus consultum Macedonianum mutuam sumpsit pecuniam, actio de peculio adversus te eo nomine efficaciter dirigi nequaquam potest.

Senatus consulti auxilium liberis filii familias memini ad nepotes et pronepotes porrigitur.

Imperator. Si filius familias citra patris iussionem vel mandatum vel voluntatem pecunias creditas acceperit, postea autem pater ratum habuerit contractum, veterem ambiguitatem decidentes sancimus, quemadmodum si ab initio voluntate patris vel mandato filius familias pecuniam creditam accepisset obnoxius firmiter constituebatur, ita et si postea pater ratum habuerit contractum, validum esse huiusmodi contractum, cum testimonium paternum respuere satis iniquum esse videtur. Est enim ratihabitionem patri principali patris mandato vel consensui non absimilem secundum nostra novella lege in generali omnis ratihabitionis prorsus tractavit et confirmat, eaque ab initio subsecuta sunt. Et haec quidem de privatis hominibus sancienda sunt. Cum autem miles filius familias pecuniam creditam acceperit sive sine mandato sive consensu et voluntate vel ratihabitione patris, stare eorum contractum nulla differentia introducenda, ob quam causam pecuniae creditae vel ubi consumptae sunt. In plurimis enim iuris articulis filii familias milites non absimiles videntur hominibus qui sui iuris sunt, et ex praesumptione omnis miles non creditur in aliud quicquam accipere pecunias et expendere nisi in causa castrensi.

Imperator. Ad senatus consultum Velleianum.

Mulieribus que mu. alienam obligationem suscipiunt aut in se transferunt, si id scientes non ignorant, senatus consulto subvenitur. Sed si pro aliis earum obligate non essent, pecuniam exsolverunt, intercessione cessante repetitio nulla est.

Idem. Frustra senatus consulti exceptione, que de intercessionibus feminarum facta est, intemptas, cum principali tu ipsa debitrix fuisti. Eius enim senatus consulti exceptio tunc mulieri danda est, cum principali ipsa nichil debens pro alio debitore apud creditorem eius intercessit. Cum autem pro creditore suo aliis se obligaverunt vel ab eo se vel debitorem suum delegari passe sunt, huius senatus consulti auxilium non habent.

Idem. Sicut tu ipse pecuniam mutuam accipiens, mater tua clarissimi ordinis contra senatus consultum fidem suam interposuit, exceptione tueri se potest.

Imperator. Senatus consultum locum habet, sive eam obligationem que in alterius personam consistit in se transtulit vel participavit, sive cum aliis pecuniam acciperet ipsa se constituit ab initio ream. Et inter earum pro aliis obligationibus admissum est. Sed si pro debitrice tua maior annis xxv vendidisti, pro marito pecuniam solvisti, deficit auxilium senatus consulti.

Idem. Si sine voluntate tua res tue a marito tuo pignori da

[illegible]

de sunt non tenentur. C. Vos si consensisti obligationi sciente creditore de auxilio senatus consulti uti potes. C. Et si pacta iam prestitisti ut ea quae suas res maritus obligaret decipere voluisti mutuam pecuniam dantem, in eo non succurretur senatus consulto, quo infirmitati non calliditati mulierum consultum est.

I. Idem. Si mater cum filiorum suorum gereret patrimonium tutoribus eorum securitatem promisit et fideiussorem prestitit vel pignora dedit, quamquam dampno suum negotium gessisse videtur, senatus consulti auxilio neque ipsa neque fideiussor ab ea prestitus neque res eius pignorate adiuvantur. C. Si maritum tutorem se excusare volentem se ipsa interposuit indempnitatem ei repromittens, auxilio senatus consulti uti minime prohibetur. C. Si vero tutores petiit et sponte periculum suscepit quominus teneatur, auctoritate iuris tuetur.

I. Impr. Si sciens creditor a marito pro debito proprium fundum mulieris licet ea consentiente pignori accepit, per senatus consulti auxilium vendendo eum dominium mulieris auferre nequivit. nec tibi necesse est prestito pretio emptori vendicare si minor xxv annis extitisti.

I. Idem. Si pro aliena obligatione in tuum masculum sexus virum in filie emancipate in se receperint, quamvis filie vinculis obligationis per exceptionem eximantur per exceptionem que ex senatus consulto velleiano descendit, tamen filios in id quod se obligaverunt teneri. C. Futurarum quoque subducta persona patrem in id convenire posse in quo conveniretur si filie non intercessissent dubium non est. C. Pignora tamen prius si in posteriore obligatione accepta sunt sine dubio tenentur. C. Sed et si in priore fuit obligatione quatenus ad patrem per restitutoriam actionem redit hactenus tenentur.

I. Idem. Quamvis pro alio debitum solvere possit mulier, tamen si precedente obligatione quam senatus consultum de intercessionibus efficacem esse sinit solutionem fecit, eius senatus consulti beneficio munitam se ignorans locum habet repetitio.

I. Impr. Si adversarius tuus non cum marito tuo sed tecum negocium gessit aliqua conductionis quae dicis esse contracta optentu huius obligationem non potes recusare. C. Enim vero si cum eo sicum eos fundos non tuos sed marito tuo locaret personam tuam ut reo neram secutus est beneficio amplissimi ordinis quod est factum de intercessionibus feminarum tueri potes.

I. Idem. Etiam constante matrimonio ius ypothecarum seu pignorum marito remitti posse exploratum est.

I. Impr. Si dotare filiam volens genero res tuas obligasti, pertinere ad te beneficium senatus consulti frustra putas. hanc enim causam ab eo beneficio esse removendam prudentes viri putaverunt.

I. Impr. Si feneb(r)is pecuniam acc...

[Glossa:] Quamvis ignorans intercessissent ... [illegible]

... Siue a me siue ab alio pro me propter nuptias donatio fiat ... [illegible]

fidem tuam creditori eius data est et tota quantitas fenoris siue per eius in usum mariti processisse proponatur, decepto pactum non adiuvans sed creditorem cum interventus non ignoraverit.

Idem. Imp. Mulierem contra senatus consulti Velleiani auctoritatem non posse intercedere eademque exceptione fideiussorem eius uti posse iuris auctoritas probat. Unde si maternus marito quondam suo heres non extitit, satis idonee exceptionis remedio tuta est.

Idem. Si uxor pro marito contra senatus consultum intercessura te rogavit mandatorio nomine ut pro ea fidem tuam astringeres, munitio contra te exceptionis auxilium obligationi tuae cohesit (al' adhesit) securitas que convenientius defendi potest.

Idem. Si mulier alienam suscepit obligationem, cum ei per exceptionem Velleiani senatus consulti succurritur, creditori contra priores debitores rescissoria actio datur.

Idem. Si cum prius contra Calistrato mutuam sumpsisses pecuniam, velud hanc eius uxor accepisset, instrumentum conscriptum est, nec ad exceptionis tractatum ex senatus consulto venientem pervenire convenit, cum eam veritatis substantia constituta potior quam simulata gesta tueantur.

Idem. Feminis alienas novas vel veteres obligationes aliqua ratione suscipientibus subveniemus, non creditor aliqua ratione per mulierem deceptus sit; nam tunc replicatione doli senatus consulti exceptionem removeri constitutum est.

Idem. Cum ad eas obligationes que ex muliebris persona calliditate creditoris sumpserint primordium, decretum primum quod de intercessione feminarum factum est pertinere, eo quo petuo declaratur. Si tamen creditor qui contrahere cum alio potuisset mulieris personam elegit, exceptione contra petitores sine ea que asseveras defendi potes.

Idem. Heredes quoque mulieris adversus creditores eandem exceptionem que ex senatus consulto introducta est uti posse non dubium est.

Imp. Iubemus licere mulieribus pro uno contractu vel certis contractibus seu pro una persona vel certis personis seu rebus vel ypothecarum nomine competenti per consensum proprium renunciare, et quod ita gestum sit hac auctoritate nostra firmum illibatumque custodiri. Ita tamen ut et si generalis sit talis renunciatio pro uno vel certo contractu seu certis contractibus vel ad unam vel certas res seu personas consensum proprium accommodantes vise sunt vel fiunt, eadem renunciatio in illos contractus et illas res seu personas quibus consensum proprium accommodaverint coartentur; nec aliis speciebus contractibus quibus minime mulieres consenserant pretendentibus eam opponendi licentia prohibeatur. His scilicet omnibus que in presenti per hanc legem consultissimam statuimus ad preteritos nichil omnino contractus pertinentibus vel negociis controversiis necdum transactionibus vel diffinitivis sententiis vel alio licito modo sopitis locum habituris.

Imp. Si mulier perfecte etatis pro intercessionem vel cautionem co…

[illegible]

Si qua mulier conficiat instrumento consentiat in re propria cum intercessit pro marito aut scribat aut se aut rem propriam obligaverit, licet frequenter consentiat, tamen non valet, sed ita est ac si non esset scriptum, nisi manifeste probetur in propriam utilitatem mulieris processisse.

Set hodie non tenetur nisi manifeste probetur pecuniam in utilitatem mulieris conversam esse.

consensus ut C. e. l. si mulier ...

scriptis vel pignus aut intercessionem prestiterit. Scimus antiqua legum varietate cessante. Si quis intra biennale vige tempus post primam cautionem numerandum pro eadem causa fecerit cautionem vel pignus aut intercessorem dederit, mulier sibi preiudicare, que adhuc ex consequentia sue largitatis et fragilitatis in suam iacturam incidit. Sin autem post biennium hoc fecerit, sibi imputet, si quod sepius cogitare potuit et evitare non fecit, sed ultro firmavit. Videtur enim ex huiusmodi temporis prolixitate non pro aliena obligatione se illigare, sed pro sua causa aliquid agere, et tam ex secunda cautione se obnoxiam facere, in quantum hoc fecerat, quam pignus aut intercessionem utiliter dare.

Idem. Veterum ambiguitatem decidentes scimus si quis servo suo manumissionem imponat, ut mulierem accepit obnoxiam sub certa quantitate faciente, si in libertatem eum perduxerit, sive principali mulier se obligavit, sive pro eo hoc fecit, tenere eam recte omnimodo senatus consulto Velleiano in hoc casu tacente, nec imputantes. Satis enim acerbum est et pietatis rationi contrarium dominum servi qui credidit mulieri sive pro suo manumissionem et libertatem suo imponere, et suum famulum perdere, et ea minime accipere quibus fretus ad huius venit libertatem.

Idem Senatui. Scimus ut si quis maior xxv annis sive masculus sive femina dotem pollicitus sit vel spoponderit pro qualibet muliere, cum qua nimirum licitum sit, omnimodo compellatur suam confessionem adimplere. Neque enim ferendum est quasi casu fortuito intuemente mulierem sui dotatam et sic auro forsitan repelli distrahi minime. Sicut enim scimus favore dotium et antiquos iuris conditores severitatem legis sepius mollire, ita et nos ad hoc pervenimus sanctionem. Nam si spontanea voluntate ab initio liberalitatem suam ostendit, necesse est eum vel eam suis promissionibus satisfacere, ut quod ab initio sponte scriptum aut in pollicitationem deductum est, hoc ab invitis postea compleatur, omnimodo auctoritate Velleiani senatus consulti in hac causa cessante.

Idem. Antique iurisdictionis retia et difficillimos nodos resolventes et supervacuas distinctiones exulare cupientes, scimus mulierem si intercessit sive ab initio sive postea aliquid accipiens ut sese interponat, omnimodo teneri et non posse senatus consulti Velleiani uti auxilio, sive sine scriptis sive per scripturam sese interposuit. Et si quidem in ipso instrumento intercessionis dixerit se aliquid accepisse et sic ad intercessionem venisse, et hoc instrumentum publice confectum inveniatur et a tribus testibus consignatum, omnimodo esse credendum eam pecuniam vel res accepisse et non esse ei ad senatus consultum Velleianum regressum. Sin autem sine scriptis intercessit vel instrumento non sic confecto, tunc si possit stipulator ostendere eam accepisse pecuniam

non requiritur quibus cessat velleianum

Veterum. Imp. inter favore libertatis ut ...

Generaliter mollire ...

ulteris si hic fuisse obligationem, repelli eam a senatus consulti Velleiani munimine. Et si uero hoc minime fuerit approbatum, tunc mulieri sed esse auxilium, et antiquam actionem aduersus eum fuerit, per quo mulier intercessit, aut ei actionem praestari. Sed si inuentus idonea muliere constituta aliquis pecunias uel res dedit, ut pro eo se obligaret mulier, quod quere re uera haec accepit, nullus pateat aditus ad senatus consulti auxilium creditori aut uice actione aduersus eam uenire, et quod potuit ab ea exigere, et in reliquum debitorem antiquum aggredi, uel in partem si aliquid a muliere possit accipere, uel in toto si ea penitus inopia fatigatur. Sed autem mulieres perperam sese pro aliis interponant, sancimus non aliter eas in tali contractu posse se pro aliis obligare, nisi instrumento publice confecto et a tribus testibus subsignato accipiant homines a muliere pro aliis confessionem: tunc etenim tantummodo eas obligari et sic omnia tractari, quae de intercessionibus feminarum ueteribus legibus cauta uel ab imperiali auctoritate introducta sunt. Si autem ex eadem obseruationem mulieres fuerint obligationem intercedentes pro aliis, habeatur huiusmodi scriptura uel sine scriptis obligatio tamquam nec confecta nec penitus scripta, ut nec senatus consulti auxilium imploretur, sed sit libera et absoluta, quasi penitus nullo in eadem causa subsecuto.

De non numerata pecunia.

Imp.

S[i] pecuniam ant. non esse numeratam atque non frustra cautionem emissam a te, si pignus datum probaturus es, in rem experiri potes. Nam intercessio dati pignoris neque numeratae pecuniae non aliter tenebit quam si de fide debiti constitit. Eadem ratione ueritas consuetur sit te possidente pignus aduersarius tuus agere coepit.

Imp. Minorem pecuniam te accepisse et maioris cautionem interposuisse si apud eum qui super ea re cogniturus est constiterit, nihil ultra quam accepisti cum usuris in stipulatum deductis te restituere iubebit.

Idem. Si ex cautione tua, licet hypotheca data, conueniri coeperis, exceptione opposita seu doli seu non numeratae pecuniae compelletur petitor probare pecuniam tibi esse numeratam: quo non impleto absolutio sequitur.

Idem. Cum fidem cautionis agnoscens te solidam portionem debiti uel usurarum fecisse intelligi, de non numerata pecunia minime tam de quaestionem deferre.

Imp. Aduersus petitiones aduersarii siquid iuris habes, uti eo potes. Ignorare autem non debes non numeratae pecuniae exceptionem ibi locum habere ubi quasi credita pecunia petitur. Cum autem ex praecedenti causa debiti in chirographum quantitas redigitur, non requiritur an tunc cum cauebatur numerata sit, sed an iusta causa debiti praecesserit.

Idem. Frustra opinaris exceptione non numeratae pecuniae esse te munitum, cum uelut fateris in eius

[illegible]

iuvenem qui erat obligatus substitutus te debitorem.

Idem. Si quasi acceptam mutuam pecuniam adversario cavistis que numerata non est, per condictionem obligationem repetere, et si actor petat, vel exceptione non numeratae pecuniae adversus agentem uti potestis.

Idem. Si intra legibus diffinitum tempus qui cautionem exposuit nulla querimonia usus defunctus est, residuum eius temporis heres habebit tam adversus creditorem quam adversus heredes eius. Sin autem questus est, exceptio non numeratae pecuniae heredi et adversus heredes eius perpetuo competit.

Cum novissimum tempus excessit in querimoniam creditore minime deducto, omnimodo heres eius et si pupillus sit debitum solvere compelletur.

Imp. Cum ultra hoc quod accepit re obligari minime posse constat, et stipulatione interposita placita creditor non dedit, in factum dandam exceptionem convenit. Sane cum tempus infra quod huius rei querela deferri debet transierit, si intra hoc testando minime paratum sit, mensis ultra hoc quod accepisti sortis a te nomine rectorum provincie exigi patietur.

Idem. Asseveratio debitum solutum contendentis temporis diuturnitate non extenditur, nec huic obloquitur quod exceptio non numeratae pecuniae certa die non delata querela penitus evanescat, cum in eum qui factum asseverans onus subiit probationis, et negantem numerationem, cuius naturali ratione probatio nulla est, et ob hoc ad petitorem eius rei necessitatem transferentem, magna sit differentia.

Idem. Si vice transactionis causa dare pecuniam stipulanti spopondisti, exceptione non numeratae pecuniae defendi non potes.

Idem. Tam mandatori quam fideiussori non numeratae pecuniae exceptio exemplo rei principalis competit.

Imp. Generaliter sancimus, si quid scriptis cautum fuerit pro quibuscumque pecuniis ex antecedente causa descendentibus, eamque causam specialiter promissor edixerit, non iam ei licentia sit causae probationes stipulatorem exigere, cum suis confessionibus acquiescere debeat, nisi certe apertissimis rerum argumentis scriptis inserta religionem iudicis possit instruere quod in alium quemquam modum et non in eum quem cautio perhibet negocium subsecutum est. Nimis enim indignum esse iudicamus ut quod quisque sua voce dilucide protestatus est, id in eundem casum infirmare testimonioque proprio resistere.

Idem. Sicut non numeratae pecuniae competere possit exceptio in eos, qui sedente tali auxilio uti vel presente vel absente creditores eius possint exceptionem opponere, sive ipsi conveniantur utpote res eius detinentes ab his qui debita eius exigunt, cui competit haec exceptio vel dotis vel alterius causae nomine, sive etiam alios possidentes aliquam actionem moveant, ipsi possint in examinando

[illegible]

nego ad summam tandem non numeratae pecuniae exceptionem opponere nec eo privilegio gaudeant quod principali debitori ea nunc quamvis in usu est. Ita tamen ut neque principali debitori neque fideiussori eius aliquid praeiudicium generetur si is qui eam exceptionem opposuit victus fuerit, sed possint illi pro ea si conveniantur intra statuta scilicet tempora ea se exceptione tueri.

Indubitati iuris est non numeratae pecuniae exceptionem locum habere in talibus nominibus vel feneraticiis vel aliis cautionibus quae et sacramenti habent mentionem. Quae enim differentia est in hac exceptione sive iusiurandum positum est sive non tam in feneraticiis cautionibus quam in aliis instrumentis quae talem exceptionem recipiunt.

In contractibus in quibus pecuniae vel aliae res numeratae vel datae esse conscribuntur non intra quinquennium quod antea constitutum erat non numeratae pecuniae exceptionem obicere possit qui accepisse pecunias vel alias res scriptus sit sed intra solum biennium continuum ut eo lapso nullo modo querela non numeratae pecuniae introduci possit. His scilicet qui per aliquas causas specialiter legibus expressas etiam lapso quinquennio in temporibus praefinitis adiuvabantur et in posterum licet biennium pro quinquennio statutum est eodem auxilio potituris.

Sed cum in securitatibus et instrumentis depositarum rerum vel pecuniarum talem exceptionem opponere litigatores conantur, iustum esse perspeximus huiusmodi potestatem in certis quidem casibus prorsus amputare, in aliis vero brevi tempore concludere. Ideoque sancimus in instrumentis quidem depositionis certarum rerum vel certae pecuniae securitatibus publicarum functionum sive in solidum sive ex parte solutae esse conscribantur, nullis in securitatibus quae pro confectione dotalium instrumentorum de soluta dote ex parte vel in solidum exponuntur nullam exceptionem non numeratae pecuniae penitus opponi. In ceteris vero securitatibus quae super privatis debitis a creditoribus conscribuntur partem debiti sortis vel usurarum nomine solutam esse significantes vel adhuc feneraticia actione cautione apud creditorem manente solidi tamen debiti solutionem factam esse demonstrantes vel futuram redhibitionem instrumenti feneraticii promittentes vel si qua alterius cuiuscumque contractus gratia in qua numeratio pecuniarum vel datio certarum rerum scripta est securitas similiter data sit dependas esse pecunias vel alias res vel partem earum significans intra xxx. tantummodo dies post huiusmodi securitatis expositionem numerandos exceptionem non numeratae pecuniae posse obicere his quibus transactae fuerint eaedem securitates a iudicantibus omnibus modis admittatur. Nec licere ei qui securitatem exposuit post excessum memoratorum dierum non esse solutas pecunias vel alias res dicere. Videlicet illo observando ut

quibus non permittitur exceptionem non numeratae pecuniae opponere vel ab initio vel post taxatum tempus elapsum, in his nec usu suam dum offerri liceat. Cum autem praevio quod memoratae exceptioni taxatum est, licebit ei cui talis exceptio competit vel denuntiationem scriptis missis querellam non numeratae pecuniae manifestare ei qui numerasse eam vel alias res dedisse in scripto scriptus est. Vel si abest eum his locis in quibus contractus factus est, contigit in hac quidem alma urbe apud quemlibet ordinarium iudicem, in provinciis vero apud viros clarissimos rectores earum vel defensores locorum eandem querelam manifestare, eoque modo perpetuam sibi exceptionem efficere. Cum autem si quis praesens sit qui pecunias numerasse vel alias res dedisse scriptus est, aliquis autem non ad administrationem aut in hac alma urbe vel in provinciis gerat, ut difficile esse videatur denunciationem ei mittere, licentiam damus ei qui memorata exceptione uti velit alios iudices adire vel in hac alma urbe vel in provinciis, et per eos ei manifestare tamen exceptionem huiusmodi obiectam a se super non numerata pecunia querelam esse. Cum si in provinciis vel non sit alius administrator civilis vel militaris, vel per aliquam causam difficile sit ei qui memoratam querelam opponit adire eum, eas quae dicta sunt facere licentiam ei damus per virum reverentissimum episcopum eandem suam exceptionem creditori manifestare, ita tamen ut statutum tempus interrumpatur. Quae etiam in exceptione non numeratae pecuniae dotis locum habere censitum est.

De compensationibus

Imperator. Senatus censuit et saepe rescriptum est compensationi in causa fiscali ita demum locum esse, si eadem statio quid debeat quae petit. Hoc iuris propter confusionem diversorum officiorum tenaciter servandum est. Si quid autem ex ea statione cuius mentionem fecisti debitum constiterit, quam primum recipies.

Idem. Si constat pecuniam invicem deberi, ipso iure pro soluto compensationem haberi oportet ex eo tempore ex quo ab utraque parte debetur, utique quoad concurrentes quantitates, eiusque solius quod amplius apud alterum est usurae debentur, si modo petitio earum subsistit.

Idem. Si ex causa iudicati solutum repeti non potest, eapropter nec compensatio eius admitti potest. Cum vero qui iudicati convenitur compensationem pecuniae sibi debitae implorare posse minime dubium est.

Imperator. In ea quae reipublicae te debere fateris compensari ea quae invicem ab eadem tibi debentur is cuius de ea re notio est iubebit, si neque ex kalendario neque ex vectigalibus neque ex frumenti vel olei publici pecunia neque tributorum neque alimentorum neque eius quae statutis sumptibus servit neque fideicommissi civitatis debitor sis.

Idem. Etiam si fidei commissum tibi ex eius bonis debitum constat, cui debuisse te minorem quantitatem dicis, equitas compensationis usurarum excludit computationem. Petitio autem eius quod amplius tibi debetur probatus sola relinquitur.

Imp. Nec ex scriptura qua cautum est accepta que negas tradita obligari te certum est, si fidem veritatis potuit; et compensationis equitatem iure postulas, non enim prius exsolvi quod debere constiterit equum est quam petitioni mutue responsum fuerit, eo magis quia ea te persequi dicis que amiserit curatori eam amota queris.

Idem. Si ex venditione pretium venditori debetur, compensationis ratio opponitur. Caducas fiscum enim solum emptores peticioni pretii compensationem obicere prohibentur.

Idem. Si pro fructus ex possessione tua perceptos victus causa es debitor constitutus, cum id quod a matre tua legatum est a te petere cepit fiduciario debite quantitatis, apud eum qui super ea re iudicaturus est compensationem non immerito obicies.

Idem. Eius quod ei non debetur qui convenitur sed alii, compensatio fieri non potest.

Imp. Quamvis fundum distractum a te, pro non veluti precedente obligatione, emptor ex obligatione certum quid solvisse, si debitum a te apud presidem provincie petatur, compensationem eius quod indebite solvisti potes opponere.

Idem. Si tutores pupilli officio magistratus urgente nominastis ac plus proponitis, pupilli pecuniam solvistis, suspicionem agitis sollicitudine ne ab ipsis conventi haberetis imputare minime possitis, vel a vobis quicquam amplius exigatur, si tamen quantum contutores debuerunt vel vos nomine ipsorum maiorem quantitatem dedisse probetur.

Idem. Invicem debiti compensatione habita, si quid amplius solvere debeas, vel accipere creditore nolente offensis et consignatum deponens de pignoribus agere potes.

Idem. Si includ in id debitum quod sollempnium publicarum pensionum debitas nomine compensaturum te inchoas petiturum pro ea Muciano sepe fisti rectutis que veniant in compensationem, non indebiti soluti repetitio, sed eius debiti competit exactio.

Imp. Compensationes ex omnibus actionibus ipso iure fieri sancimus, nulla differentia in rem vel personalibus actionibus inter se observanda. Ita tamen compensationes obici iubemus, si causa ex qua compensatur liquida sit et non multis ambagibus innodata, sed possit iudici facilem exitum sui prestare. Satis enim miserabile est post multa varia que forte certamina, cum res iam fuerit approbata, tunc ex altera parte que iam pene convicta est opponi compensationem iam certo et indubitato debito, et moratoriis am

bagib; spem 9dēp nōis exclu
dit. Hoc itaq; iudices obser
uent 7 non p(er)duciores in adin
uendas compensatōes excis
tant. nec molli animo eas s(us)
cipiant s; iure stricto utētes
si inuenerint eas maiorem et
ampliorem exposcē indagiē
eas q̄ alij iudicio refuent. litē
aut̄ pristinam iam pene exp
editam s(ente)n(ti)a t(er)minali compo
nant. Excepta actōne dep
ositi s(ecundu)m n(ost)ram sc(ri)p)cionem in q(ua)
nec compensatōi locum eēdi
posuimus. Possessiones aut̄
alienas p(er)peram occupantib;
compensacio non datur.

Imperator. De usuris. Rubrica.

Si ex interrogatione p(re)cedente
p(ro)missio usurarum
fc̄a p(ro)betur licet instrū(men)to
conscripta non sit iure optimo
debentur.

Impr. Usuras emptor cui po(ssessi)
o rei tradita ē si p(re)cium uen
ditori non optulit q(uam)uis pe
cuniam obsignatam in depo
sito cām habuit equitatis rō
ne p(re)stare cogitur.

Impr. Si creditrici que ex cā pig
noris obligatam s(ib)i rem tenet
pecuniam debitam cum usu
ris testib; p(re)sentib; optulisti
7 ea non accipiente eam obsi
gnatam deposuisti usuras ex
eo t(em)p(o)re quo optulisti p(re)stare
non cogis. absente u(er)o c(re)ditrice
p(re)sidem s(ib)i h(oc) interpellarē debu(er)as.

Impr. Quamuis usure fenebris
pecunie citra uinculum stipulā
tionis peti non possunt tñ ex pac
ti conuentione solute neq; u(e)l
ut indebite repetuntur neq; in sor
tem accepte ferende sunt.

Impr. Per retencōem pignoris
usuras s(er)uari posse de quibus
conuenit licet stipulatio interposita
non sit iure constitutum ē
7 rōem h(abe)t cum pignora 9dōe
pacti in usuris obstricta sint.
Cum enim incertā de qua agis ex
actio cessat. si q(ui)d t(em)p(o)re certus de
minorib; usuris petendis cō
uenit. p(ro) ea aut̄ cum se debitor
p(ro)stiturum maiores repromi
sit ip(s)o uideri nata retentiō pi
gnoris q(ua)n(do) eo t(em)p(o)re quo instrū
m(en)ta (con)fitebantur non conuenit u(t)
pignus in ad hanc actionem teneat(ur).

Impr. Aduersus creditorem usuras ma
iores ex stipulatu petentem si
p(ro)betur p(er) c(er)tos annos minores
p(ro) ea consecutus utilis ē pacti eō
exceptio. sicut nequ(e) tueri eām potes
tis in aduersus defensores ciuita
tis maiores petentes ex cauciō
ne si p(ro)baueritis semp(er) quincūte
pupillorum uestrorum annuitates
que maiores cauat repēdisse.

Impr. Creditor instrūis suis p(ro)ba
re debz quid intendit et usuras se
stipulatum si pot(est) nec enim si
aliq(ua)n(do) ex consensu p(re)stite sint
obligationem constituunt.

Impr. Quamuis lassa cum pecu
niam mutuam accepiss(et) mi
nores usuras menophano spo
pondit et n(isi) intra c(er)tum tēp(us)
eas solu(er)it ampliores licita
p(ro)misit. si p(ost) tempus cautionis
p(re)finitum c(re)ditor easdem acce
pit nec maiores dari ē postu
lauit ac p(ro) hoc n(on) recessisse a mio
rum p(re)stacōe cum p(ro)bari pot(er)it.

usuras computari oportet quatenus

Imp. In exactione creditor preseruauit.

Si ipse non stat quominus intra praestituta tempora pecuniam minorum usurarum solueres, sed curatores filiorum creditoris qui eam accipere noluerunt, id quod apud iudicem datum probaueris eius temporis quo per te non stetisse apparuerit usure maiores non exigentur. Quia si ea que sortem depositam excipi excqui(?)

Id fenus apparuit non conueniens.

Usure per tempora solute non proficiunt reo ad dupli computationem: tunc enim ultra sortis summam non exiguntur usure quociens tempore solutionis summa usurarum excedit eam computationem.

Imp. Frumenti uel ordei mutuo dati excessio in ex nudo pacto prestanda est.

Exceptio pignori obligato creditor pro oblatam iure sibi pecuniam quam non suscepit si fructus accepit ex omnium sortis debitum est.

In bone fidei iudiciis que le(gem) etiam negotiorum gestorum usurarum rationem habere cautum est, sed si finitum est iudicium, sententia quamuis minoris condempnatio facta est non adiectis usuris neque prouocatione secuta est, finita retractanda non sunt, nec eius temporis quo post rem iudicatam fluxit usure illo iure postulantur nisi ex causa iudicati.

Si ea pactione uxor tua pecuniam mutuam dedit ut uice usurarum domum inhabitaret pactoque ita ut conuenit usa est, non in locando domum pensionem redegit, referri quod nemo qui plus domus redigeret si locaret, quam usurarum legitimarum ratio colligit, minime oportet. Licet enim uberiore sorte potuit contrahi, locatio non nudo tamen illicitum fenus esse contractum, sed uilius conducta habitatio uidetur.

Imp. Cum allegas uxorem tuam ea condicione mille aureorum numero quantitatem suscepisse ut si intra diem certum debito non satisfecisset cum pena quadrupli redderet quod accepit, iuris forma non patitur legem contractus ultra penam legitimarum usurarum posse procedere.

Cum non frumentum sed pecuniam fenori te accepisse allegas, ut certa modi, acto tritici, praeretur, ac his modus suo die sit fuisset oblatus, in usurarum additamentis in fraudem legitimarum usurarum grauatum te esse contendis. Potes aduersus improbam petitionem competenti uti defensione.

Imp. Si ea lege possessionem mater tua apud creditorem suum obligauit ut fructus in uicem usurarum consequeretur, obtentu maioris precepti emolumenti propter incertum fructuum euentum rescindi placita non possunt.

Acceptam mutuo sortem cum usuris licitis creditori potestatem offeras; si non suscipiat, consignatam in publico depone, ut cursus legitimarum usurarum inhibeatur. In hoc autem casu publicum intelligi oportet, uel sacratissimas edes uel ubi competens iudex super ea re aditus deponi eas disposuerit.

sunt. Creditori subsecuto in periculo debitor liberabitur. et ius pignorum tollitur cum suvana in actio manifeste declarat pignoris in bibendi prosecutionem. vel solutis pecuniis vel si per creditorem stetit quominus solvantur. Creditor in tiectiis pecuniis suam orum creditori. scilicet actione utili ad exactionem eorum non adversus debitorem. non forte eas susceperit, sed vel certe depositarum nullas competentes pecunias.

Idem. Indebitas usuras et si ante sortem solute non sunt ac pro pena minime eam non potuerunt licet post sortem redditam creditori fuerunt date exclusa iuris varietate repeti posse perpensa ratione firmatum est.

Idem. Constitutionibus sacris que ultra certum modum usuras fenebris exigi pecunie prohibent mandatoribus et vel fideiussoribus subventum est quibus cum mandator vel fideiussor uti potest conventus.

Imperator. Pignoribus quidem intervenientibus usure que sine stipulatione peti non poterant pacto retineri possunt fuerunt hoc iure constituto cum his nullo interposito pacto tamen certe summe penam praeter convenisse proponas nec peti nec retineri quicquam amplius et ad pignoris solutionem urgente disciplina iuris perspicis.

Idem. Oleo quidem vel quibuscumque fructibus mutuo datis incerti precii ratio additamenta usurarum eiusdem materie suasit admitti. [etiam si sic ultra legitimas usuras]

Idem. Si minor tua maior xxv annis constituta negocia que ad te pertinent gessit cum omnem diligentiam prestare debeat usuras pecunie tue quam administrasse sunt comprobata prestare compelli potest.

Idem. Si usuras prestari pignore dato conveniat et incontinenti nummi actione facta prorsus vel ante per quod debitum solidum feceris non designasti habuit creditor in usuras accepto ferende solute quantitatis facultatem.

Imperator. Pro auro et argento et veste facto cyrographo licitas solvi vel promitti usuras iussimus.

Imperator. Eos qui principali actione per exceptionem xxx vel xl annorum sive personali sive ypothecaria ceciderunt non posse super usuris vel fructibus preteriti temporis aliquam movere questionem dicendo ex his temporibus eas velle solvi que non ad xxx vel xl preteritos annos referuntur. et adtendo singulis annis earum actiones nasci. principali enim actione non subsistente satis supervacuum est de usuris vel fructibus adhuc iudicem cognoscere. Cum usurarum vero quantitate et generalem sanctionem facere necessarium esse duximus veterem duram et gravissimam earum molem ad mediocritatem deducentes. Ideo iubemus illustribus quidem personis sive eas precedentibus minime licere ultra tertiam partem centesime usurarum nomine in quocumque contractu vili vel maximo stipulari. Illos vero qui ergasteriis presunt vel aliam licitam negociationem gerunt usque ad bessem centesime suam stipulationem moderari. In traiecticiis autem contractibus vel in

sperium fenori dantibus usque ad centesimam tantummodo licere stipulari nec eam excedere licet veteribus legibus hoc erat concessum. Ceteros autem omnes homines dimidiam tantummodo centesime usurarum et in omnibus aliis casibus nullo modo ampliari. In quibus etiam stipulationem usure exigi solent. Nec liceat iudici memoratam augere taxationem occasione consuetudinis in regione optinentis. Si quis autem aliquid contra modum huius fecerit, cognoscens nullam penitus de superfluo habeat actionem, sed si acceperit in sortem hoc imputare compelli. Interdicta autem tam creditoribus ex pecuniis fenori datis aliquid detrahere vel retinere siliquarum vel sportularum vel alterius cuiuscumque gratia. Nam si quid huiusmodi factum fuerit, principale debitum ab initio ea quantitate minuetur, ut tamen ipsa minuenda pars quam usure exigi prohibeantur. Machinationes etiam creditorum qui ex hac lege prohibiti sunt maiores usuras stipulari alios medios subiciunt quibus non ita interdictum est resecantes iubemus, si quid tale fuerit attemptatum, ita computari usuras ut necesse esset si ipse qui eum interposuit fuisset stipulatus. In quo casu sacramenti etiam illatorem locum habere sancimus.

Idem. De usuris quidem modum iam statuimus, priorem quorundam interpretationem penitus removentes. Iubemus etiam eos qui ante eandem sanctionem ampliores quam statute sunt usuras stipulati sunt ad modum per eandem sanctionem taxatum ex tempore lationis eius suas moderari actiones, scilicet illius temporis quod ante eandem fluxit legem pro tenore stipulationis usuras exacturos. Cursum insuper usurarum ultra duplum minime procedere concedimus, nec si pignora quedam pro debito data sunt, quorum occasione quedam veteres leges et ultra duplum usuras exigi permittebant. Quod et in bone fidei iudiciis et ceteris omnibus causis quibus usure exiguntur servari censemus.

Idem. Ut nullo modo usure usurarum a debitoribus exigantur et veteribus quidem legibus constitutum fuerat, sed non perfectissime cautum. Si enim usuras in sortem redigere fuerat concessum et totius summe usuras stipulari, que differentia erat debitoribus qui re vera usurarum usuras exigebantur? Hoc certe erat non rebus sed verbis tantummodo leges imponere. Quapropter hac apertissima lege diffinimus nullo modo licere cuidam usuras preteriti vel futuri temporis in sortem redigere et earum iterum usuras stipulari. Sed si hoc fuerit subsecutum, usuras quidem semper usuras manere et nullum alienarum usurarum sentire incrementum, sortis autem antique tantummodo usurarum incrementum facere.

Imperator

De nautico fenore. Rubrica

Traiectitiam pecuniam que periculo creditoris datur manifestum est tamdiu liberam esse ab observatione communium usurarum quamdiu navis appulit ad portum.

Idem. Cum dicas pecuniam te ea lege dedisse ut in sacra urbe tibi restitueretur nec incertum periculum quod ex navigatione maris metui solet ad te pertinuisse profiteris, non dubium est pecunie credite ultra licitum modum te usuras exigere non posse.

Idem. Cum proponas te nauticum fenus ea condicione dedisse ut post navigium quod in Affricam dirigi debitor asseverabat in Salonitanorum portum nave delata fenebris pecunia tibi redderetur ita ut navigii dumtaxat quod in Affricam destinabatur susceperis periculum, quod vitium debitoris nec loco quidem navigii servato illicitis comparatis mercibus que navis optinebat fiscum occupavisse amissarum rerum detrimentum seu incertum quod non ex marine tempestatis discrimine sed ex precipiti avaricia et incivilis debitoris audacia accidisse asseveratur ascribi tibi iuris ratio publica non permittit.

Idem. Traiecticie quod pecunie que periculo creditoris mutuo datur casus antequam ad destinatum locum perveniat ad debitorem non pertinet. Sine huiusmodi vero conventione infortunio naufragii non liberatur.

Imperator. Depositi vel contra.

Si incursu latronum vel alio fortuito casu ornamenta deposita apud interfectum perierunt, detrimentum ad heredem eius qui depositum accepit qui dolum solum et latam culpam, si non aliud specialiter convenit, prestare debuit non pertinet.

Quod si pretextu latrocinii commissi vel alterius fortuiti casus res que in potestate heredis sunt vel quas dolo desiit possidere non restituit, tam depositi quam ad exhibendum actio, sed et in rem vindicatio competit.

Imperator. Usure in depositi actione sicut in ceteris bone fidei iudiciis ex mora venire solent.

Imperator. Si depositi experiris non immerito et usuras tibi restitui flagitabis, cum tibi debeat gratulari quod furti eum actione non facis obnoxium, siquidem qui rem depositam invito domino sciens prudensque in usus suos convertit etiam furti delicto succedit.

Idem. Si depositam pecuniam is qui eam suscepit usus est, non dubium est etiam usuras eum prestare debere. Sed si cum depositi actione expertus es, tantummodo sortis facta condempnatio est, ultra non potes propter usuras experiri. Non enim due sunt actiones, alia sortis alia usurarum, sed una, ex qua condempnatione facta iterata actio rei iudicate exceptione non repellitur.

Imperator. Propter instrumenta que quiete deposuisse cum adversario tuo dicis ut residua pecunia que ex conductione debebatur ei soluta ea reciperes, si id quod placuerat impletum est, sequestrem potes convenire. Sin nimirum aut hec reddita non sunt, tamen adversus eum a quo fundum conduxeras, si omne quod ex hoc contractu reddidisse ipsis solutionibus [?] tutus es.

Imperator. Si penes quem utrasque partes tuas actiones vel alia instrumenta commendasse dicis legem que

---

quod allegant ... depositi ... ; hoc respondet ; de furti ... furtum ... ; ... non solum ... depositi ... etiam furti ...

[illegible]

Novella. Set iam cautum est ne quis extrinsecus depositario depositi interdicat restitutionem quod subsecuto depositore possidens pulsari potest. Si autem factum fuit dampnum siquod accidit ei qui passus est prestabit. nec non et etiam centesime usurarum nomine ex quo facta est huius contestatio. Quibus penis subiaceat qui vel inquilinis pensionum dationem vel publice persone pactis interdicit administratorem.

III

...hoc suscepit fuare necesse habet.

Idem. Desidium tuum cum ratione iuris non congruit. nam si custodiam pecunie suscepisti quam alijs a te datam mutuo in quo bancte reddi conceptum profiteris arguit solutionem eius competentem tibi recusas.

Idem. Is qui depositam a te pecuniam accepit eam suo nomine vel cuiuslibet alterius mutuo dedit tam ipsum de implenda suscepta fide quam eius successores teneri certissimum est. Adversus autem qui accepit nulla tibi actio competit nisi nummi extant. tunc enim contra possidentem uti vendicatione.

Idem. Cum hereditas patris tui potestas in eam dominium sustineat ab herditario suo patrui sui patrui uiro successionis res commendatas sibi eandem fidem ab eius successoribus qui susceperat a procuratorem patrui tui petere potestis.

Idem. Qui depositum non restituit suo nomine conuentus et condempnatus ad eius restitutionem cum infamie periculo arguetur.

Idem. Si quis vel pecunias vel res quasdam per depositionis acceptit titulum volenti ei qui deposuit reddere illico modis omnibus compellatur nullamque compensationem vel deductionem vel doli exceptionem opponat quasi et ipse quasdam contra eum qui deposuit actiones personales vel in rem vel hypothecariam pretendens cum quam non sub hoc modo depositum accepit non ut concessa ei retentio generetur et contractus qui ex bona fide oritur ad perfidiam retrahatur. Set si ex utraque parte aliquid fuit depositum nec in hoc casu compensationis impeditio oriatur. sed deposite quidem res vel pecunie ab utraque parte quam celerrime sine aliquo obstaculo restituantur. ei videlicet primum qui primus hoc voluerit et postea lunc actiones integre quidem ei reseruentur. Quod optime sicut iam dictum est et si ex una parte depositio celebrata est. exaltata autem compensatio fuit opposita ut integra omnium ratione servata deposite res vel pecunie primo a fronte restituantur. Nisi in scriptis attestatio non per dolum vel fraudem fuit ei qui depositum suscepit ab alio transmissa ut minime depositum restituat. hocque per iusiurandum affirmaverit. liceat ei qui deposuit sub defensionis cautela ydonea prestita res depositas quas dicit eius recuperare.

Idem. Si super vacuam veterum dubitationem de medio tollentes si quis certum pondus auri vel confecti vel in massam constituti deposuerit et plures scripsit heredes et unus ex his contingentem sibi portionem a depositario non accepit. alter supersedit vel alio fortuito casu impeditus hoc facere non potuit et postea depositarius in adversam reciderit fortunam vel sine dolo depositum perdiderit scimus non esse coheredi eius licentiam venire contra coheredem suum et ex parte eius evellere quod ipse ex parte sua consequi minime potuit. quamvis ex eo quod coheres accepit communi constituto.... cum ubi certe pecunie deposite fuerant et...

suam ptem unus ex heredibus ac
cepit ne enim venire in dubium
eum bn accepisse ptem suam
non debe aliam ptem attingere
nob enim n ur homo e cob no
xius neque in massam neque in
speciem neque in pecuniam nu
meratam quia suam ptem sus
cepit ne industria penas desi
die solvat. sic enim in alius heres
suam fortunam quemadmodum co
heres eius obsuasit et suum ut
quod acciperet et sequenti vel alteratori
bus minime locus relinqueret.

Impr. **Mandati. Rca.**

Adversus eum cuius ne
gocia gesta sunt de pe
cunia quam de propriis
opibus vel ab aliis mutuo accep
tam erogasti mandati actione
pro sorte et usuris potes experiri.

De salario quod promisit apud pre
sidem provincie cognitio prebebit.

Id. Salarium incerte pollicit
ationis peti non potest.

Impr. Cum ex causa fideiussionis
pecuniam pro te in tuum exsol
visse proponas heres mandati ac
tionem qua non solum pecuniam
set et pignora in obligationem eam
deducta potes consequi.

Id. Si procurator est suum iuris consti
tuto actionem adversus debitores
suos mandavit potuit ipse
presens adversus eos re integra ex
periri. si quid itaque ab eo apud
iudicem actum est rescindi
nulla ratio patitur.

Impr. Etiam si contrariam sententiam
reportaverunt qui te ad exercen
das causas appellationis procurato
rem constituerunt sibi michil
culpa tua factum est sumptus quos
in lite probabili fecisti contra man
dati actione petere potes.

Id. Si maritus sororis tue tibi
procurans petere bonorum possessionem
noluit cum ipso tibi cognitum
est quam querelam ita cum effectum heres
si mandasse te ut peteretur bono
rum possessio eumque neglexisse
arguas.

Id. Si vitantis eius secutus qui
pecunie auctor fuit et cui ut tra
dicit pecunias tradidisti
tam adversus eum qui a te stip
sit quam adversus eum cuius man
datum secutus es mandati
actio tibi competit.

Impr. Si fideiussor pro reo paci
ente fidem suam astrinxerit man
dati cum eo post exsolutam pec
cuniam vel sententiam condempnatio
nem potest exercere actionem

Id. Si tutor pupillorum pater ut pec
cuniam in rem suam fuiseret
codices mandavit et in hanc rem,
eque ipso percipiente pignora sibi
obligata mandati actione pu
pillos post patris mortem conveni
ret consequi ius obligationis
pignorum potes. si in solutio
nem cessabitur.

Impr. Cum procuratorem causam
tuam lesam esse dicas manda
ti actio adversus eum tibi competit.

Id. Si precario etiam supplicas fide
iussor seu mandator intercessi
ti neque condempnatus neque
bona eam dilapidare pro accep
isse comprobari possis ut iustam
metuendi causam prebeat. Neque
ab initio ita te obligationem susce
pisse ut eam possis ante solutionem

convenire. Nulla iuris ratione antequam satis creditori pro ea feceris, eam ad solutionem urgeri certum est. Fideiussorem vel mandatorem exceptione munitum et iniuria iudicis condempnatum, appellatione contra bonam fidem minime usum, non posse mandati agere manifestum est.

Id. Procuratorem non tantum pro his que gessit, sed et pro his que gerenda suscepit, et tam propter exactam ex mandato pecuniam quam non exactam tam dolum quam culpam sumptuum ratione bona fide habita prestare necesse est.

Id. Cum mandati negocii contractum etiam accepisse legem asseveras, eam integram secundum bonam fidem custodiri convenit. Unde si contra tenorem mandati procurator tuus ad te pertinentem fundum vendidit, nec venditionem postea ratam habuisti, transferre non potuit dominium.

Id. A procuratore dolum et omnem culpam, non etiam improvisum casum prestandum esse iuris auctoritate manifeste declaratur.

Id. Mandatum re integra domini morte finitur.

Id. Si fratris mandatum tui patris ac felicis equos tua pecunia comparatos vel in solutum a proprio debitore tuo creditori suo de his utriusque voluntate dedisti, ad parendum placitis eos mandati iudicio conventos bona fides urget.

Id. Ad comparandas merces data pecunia qui mandatum suscepit fide rupta quantum interest mandatoris tenetur.

Id. Precii rerum distractarum quas venales mandato precedente acceperas, ultra locum iudicatum usuras ex stipulatione vel mora prestare, licet pignora data proponantur, compelli non potes.

Id. Post solutionem a se factam contemplatione dati mandati vel ab eo pro quo intercessit vel successoribus eius quod solutum est cum usuris post moram recte reddi postulas.

Id. Si collicitum litis [..] tulat. meritum redemisti, contra conventionis fidem impleri frustra petis.

Cod. Si gratuitum mandatum suscepisti, secundum bonam fidem sumptus recte postulas.

Impr. In re mandata non pecunie solum, cuius est mandati certissimum iudicium, verum etiam existimationis periculum est. Nam sue quisque rei moderator atque arbiter non omnia negocia, sed pleraque ex proprio animo facit; aliena vero exacto officio geruntur, nec quicquam in eorum administratione neglectum atque declinatum vacuum est culpa.

Impr. Per diversas interpellationes ad nos factas comperimus quosdam alienis rebus fortunisque inhiantes cessiones aliis competentium actionum in semet ipsos exponi properare, hocque modo diversas personas litigatorum vexationibus afficere, cum sit certum pro indubitatis obligationibus eos magis quibus antea suppetebant sua vindicare quam ad alios ea transferre velle. Per hanc itaque legem iubemus in posterum huiusmodi conatum inhiberi. Nec enim dubium

esse redemptores litium alienarum videri eos esse qui cessiones in se confici cupiunt. Ita tamen ut si quis datis pecuniis huiusmodi subierit cessionem, usque ad ipsam tantummodo solutarum pecuniarum quantitatem et usurarum eius actiones exercere permittatur, licet instrumento cessionis venditionis nomen insertum sit. Exceptis scilicet cessionibus quas inter coheredes pro actionibus hereditariis fieri contingit, et his quascumque vel creditor vel is qui res aliquas possidet et pro debito seu rerum apud se constitutarum munimine ac tuitione accepit, nec non his quas inter legatarios seu fideicommissarios quibus debita vel actiones seu res alie relicte sunt pro his fieri necesse est. Nulla enim tali ratione intercedente redemptor sicuti superius declaratum est magis existit quam alienarum prestitis pecuniis subit actiones. Si autem per donationes cessio facta est, sciant omnes huic legi locum non esse, sed antiqua iura esse servanda, ut cessiones tam pro exceptis et specialiter enumeratis quam aliis factas seu faciendas secundum actionum quecumque cesse sunt vel fuerint tenorem sine quadam diminutione optineant.

Imperator. Ab Anastasio dive memorie principe iustissima constitutio conscripta est tam humanitatis quam benivolentie plena, ut ne quis alienum subeat debitum cessione in eum facta amplius consequatur a debitore his que prestavit cessionis auctori, exceptis quibusdam casibus qui specialiter illi sanctioni continentur. Sed cum hi qui circa lites morantur eandem piam dispositionem in sua natura remanere minime concesserunt, invenientes machinationem ut partem quidem debiti venditionis titulo transferant in alium creditorem, reliquam autem partem per coloratam cedant donationem. Generaliter Anastasiane constitutioni subvenientes sancimus nulli licere partem quidem debiti cedere pecuniis acceptis et venditione actionum habita, partem autem donationis titulo videri transferre, sed si voluerint purum debitum donare totum vel per donationem actiones transferre, hoc non occulte nec per partes pecunias clandestinas suscipere, publice autem simulatam donationem celebrare, sed undique puram et non dissimulatam donationem facere. Huiusmodi enim cessionibus non adversamur. Si quis autem occulte aliud quidem agere conatur et pecunias propter ea accepit et vendidit particulatim actiones, partem autem donare simulat, vel ipsi qui actionis exceptionem subiit vel forsitan alii per suppositam personam, quia et hoc sepius perpetratum esse didicimus, huiusmodi machinationem penitus amputamus, ut nihil amplius accipiat quam ipse vero contractu re ipsa persolvit. Sed omne quod superfluum est et per figuratam donationem translatum inutile esse ex utraque parte censemus, ut neque ei qui cessit actiones neque ei qui eas suscipere curavit aliquid lucri vel fieri vel remanere, vel aliquam contra debitorem vel contra res

ad eum pertinentes esse utique eorum actionem. Sed si quis donationem quidem omnis debiti facere assimulaverit ut videatur esse tota donatio, aliquid autem occulte susceperit, et hoc casu actionem in exactionem sortium quod datum esse comprobetur: et si hoc a debitore persolvatur, nullam esse eum vel substantiam eius ex simulata donatione oriatur molestia. Et iustum fuit hoc quidem remedium debitoribus ab Anastasiana constitutione iam prius impertiri ex quibus in lex data est quoniam omnes astute lacerandam esse estimaverunt. Sed ne videmur in tanta temporum nostrorum benivolentia aliquid acerbi admittere in futurum per presentem legem censibus hoc observari censemus et omne quod contra legem Anastasianam excogitatum est hoc in posterum nostro privatur remedio. **Si filius extero emere se mandaverit.** Rubrica.

Si extero filius se mandaverit emendum quoniam filius nec ex persona sui qui alibi mandare non potest nec ex domini persona. Quoniam qui mandat ut a se res comparetur inutiliter mandat consistere debebat actio sed ad interesse mandati actione. Certum optima ratione quia non id agitur nec ex ipso mandato sed per mandatum ex alio contractu nascatur actio placuit domino quem actionem servitutem domino ignorante emi te mandasti ac te nummos subministrante peculiares solvisti sunt minime liberato plebiscitum potuit pervenire. Nec tamen si tacita nec manumissa esset mandati de ancilla in empti de pretio consequendo tamen contrarias actiones ei exercere concedi placuit. Sane in illius domini arbitrio relictum est utrum ne mancipium an pretium consequi velit. Cum ex peculio quod fuit eius solo celebrata obligationis vinculo emptorem liberare non potuit.

Pro socio. Rubrica.

Societatem uno pecuniam conferente alio operam dante posse contrahi magis optinuit. Idem. Cum proponas te predium coniuncto dominio cum patruo tuo comparasse in possessionem quam tantum te quoniam ipsum inductum nunquam id efficit ut dominium fundi ad utrumque pertineat. Certum sane quia pretium a te solo numeratum est et sollempnibus pensitationibus cessante socio satisfactum esse dicis iudicio societatis id quod eo nomine prestari oportuerat consequeris. Idem. Cum in societatis contractibus fides exuberet conveniatque equitatis rationibus et compendia equaliter inter socios dividi et dispendia per partes si pretium salinarum societatem participasse et non recepta communis compendii portione rebus humanis exemptum esse reperitur commodum societatis quod debitum iuxta fidem iure constitit restitui tibi percipiet. Idem. Si societatis iure vel tantum factionis stipulatione subdita bonorum omnium equis partibus inter te et fratrem divisionem recte fieri placuit quoniam minus liberata fuerit nichil interest utrum testatus qui fuerat obligatus an intestatus re

Ibi sit humanus exemptus.

Id Tamdiu societas durat quamdiu consensus partium integer perseverat. Proinde si tamen pro socio nata est actio eam inferre apud eum cuius super ea re notio est non prohiberis.

Impr. De societate apud veteres dubitatum est si sub condicione contrahi potest. ut puta si ille consul fuerit societatem esse contractam. Sed ne simili modo apud posteritatem sicut apud antiquitatem huiusmodi causa ventiletur sancimus societatem contrahi posse non solum pure sed et sub condicione. voluntates enim contrahentium legitime conservande sunt omni modo.

Id Scimus veterum dubitatione remota liceat heredi furiosi curatorem dissolvere si maluerit societatem furiosi et recedere renunciare et quemadmodum in omnibus aliis contractibus licentiam autem ei dedimus ita in hac parte eum permittimus competentem furiosi commodis providere. De rescindenda

Impr. De rescindenda venditione

Venditiones et similiter in quolibet quoniam in quo personas constitute sunt fiant minorite esse cedantur.

Impr. Emptionem et venditionem consensum desiderare nec furiosi ullum esse consensum manifestum est. Intermissionis autem tempore furiosos maiores .xxv. annis venditiones et alios quoslibet contractus posse facere non ambigitur.

Id Si donationis causa venditionis simulatus est contractus emptio sui deficit substantia. Sane si in possessionem rei sub specie venditionis causa donationis ut alleges te induxisti sicut perfecta donatio rescindi non potest. ita legi quoque tuis rebus donatis dixisti parere convenit.

Impr. Cum te donatas ab herede donatricis distractas esse proponas intelligere debueras duplicari tantum venditionis possessionis non potuisse sed ex donatione et traditione dominium factum frustra emisse. cum rei proprie emptio non possit consistere ac tunc demum tu pretium fieri si ex donatione te non fuisse dominum demonstretur. Sane quoniam omnia bona tibi ab ea donata et tradita dicis ad heredem a filio facta venditio rerum maternarum afferre donationi perfecte poterit defensionem nec vel exemplo inofficiosi testamenti possit hoc avocare.

Id Cum ipse tutor nec ex bonis pupilli quidem distrahi possunt comparare palam et bona fide prohibetur: multo magis uxor eius hoc facere potest.

Id Si gaudentius iniustum tuam titulo venditionis sine quadam fraude dominium mancipiorum transtulit non ideo quod post mortem eos minus et civiliorum secutum dominium eius quicquam derogatur et quo vendicare te minime tue successisse probans minime prohiberis.

Id Si ancillam ex emptione sed quasi tam mater tua donatione a secundo marito precia se simulavit accepisse tituli falsi figmentum dominium ei duplicare vel auferre ei non potuit.

Id Si non donationis causa sed vere mancipias distraxisti nec pretium numinatum est actio tibi pretii non eorum que

Indebiti repetitio competit.

Idem. Empti fides ac venditi sine quantitate nulla est. Placito autem pretio non numerato sed solum tradita possessione huiusmodi contractus non habetur irritus, nec ideo qui comparavit minus recte possidet quod soluta esse summa quam dari convenerat negatur. Sed donationis gratia pretii facta venditio, si traditio sequatur, actione pretii nulla competente perficitur donatio.

Idem. Si mater tua velut ex bonis tuis praedium suum comparavit, cum rei propriae non consistat emptio, et hanc simulatam proponas, huiusmodi placitum mutare substantiam veritatis rei nocere non potuit.

Idem. Invitum comparare vel distrahere postulantis causam iustam non continet desiderium.

Imperator. Non ideo minus emptio perfecta est quod emptor fideiussorem non accepit vel instrumentum testationis vacuae possessionis amissum est, nam si in consensum auctoris in possessionem ingressus recte possidet. Pretium sane si eo nomine satisfactum non probetur peti potest. Nec enim lege in continenti facta pretii contestatio consensu finita rescindi.

Idem. In vendentis vel ementis voluntate collata condicione comparandi, quia non astringit necessitate contrahentes, obligatio nulla est. Ideo dominus invitus ex conventione rem propriam vel quilibet alius distrahere non compellitur.

Imperator. Dudum prioribus constitutionibus concessum erat ut extraneos ab emptione removerent neque homines suo arbitrio vendenda distraherent. Sed quia haec gravis videtur iniuria quae nomine colore honestatis velatur, ut homines de rebus suis aliquid facere cogantur inviti, superiore lege cassata unusquisque suo arbitrio quaerere vel probare possit emptorem, nisi lex specialiter quasdam personas hoc facere prohibuit.

Imperator. Super rebus vendendis si quis ita rem comparavit ut res vendita esset quanti Titius aestimaverit, magna dubitatio exorta est multis antiquae prudentiae cultoribus. Quam decidentes censemus, cum huiusmodi venditionis conventio procedat quanti ille aestimaverit, sub hac condicione stare venditionem, ut et si quidem ipse qui nominatus est pretium definierit, omnimodo secundum eius aestimationem et pretium solvi et venditionem ad effectum pervenire, sive in scriptis sive sine scriptis contractus celebretur, scilicet si huiusmodi pactum in scriptis fuerit redactum secundum nostrae legis definitionem per omnia completum et absolutum sit. Sin autem ille vel noluerit vel non potuerit pretium definire, tunc pro nihilo esse venditionem quasi nullo pretio statuto, nulla coniectura immo magis divinatione in posterum servanda, utrum in personam certam aut in viri boni arbitrium respicientes contrahentes ad ea pacta venerunt, quia hoc penitus impossibile esse credentes per huiusmodi sanctionem expellimus. Quod in huiusmodi locatione locum habere censemus.

De hereditate vel actione vendita.

Imperator.

De hereditate vel actione vendita.

Aes alienum hereditatis nomine fisci vendita ad onus emptoris bonorum pertinere nec fiscum creditoribus hereditariis respondere certum et absolutum est.

Id. Ratio iuris postulat ut creditoribus hereditariis et legatariis seu fideicommissariis te convenire volentibus tu respondeas et cum eo cui hereditatem venumdedisti tu experiaris suo ordine. Nam ut satis tibi fieret sero desideras eo tempore quo venumdata est hereditas hoc non est comprehensum. Quamvis enim lege emptionis creditoribus hereditariis satisfacere, at tamen accipere hereditarias actiones invitus cogi non potest.

Imp. Nominis venditio et ignorante vel invito eo adversus quem actiones mandantur contrahi solet.

Id. Qui nondum certus de quantitate hereditatis persuadente emptore quandam quantitatem eam vendidit bonae fidei iudicio convenitur ut res tradat vel actiones mandet et non compellitur suo quoque iure eorum persecutionem habere.

Id. Emptor hereditatis actionibus mandatis eo iure uti debet quo is cuius in persona fungitur. Quamvis et utiles adversus debitores hereditarios actiones emptori tribui placuit.

Id. Qui tibi hereditatem vendidit antequam res hereditarias traderet dominus earum perseveravit et ideo vendendo eas aliis dominium transferre potuit. Sed quoniam contractus fidem fregit ex empto actione conventus quanti tua interest praestare cogetur.

Imp. Postquam eo decursum est ut cautiones quoque debitorum pignori darentur ordinarium visum est post nominis venditionem utiles emptori sicut responsum est vel ipsi creditori postulanti dari actiones.

Id. Ex nominis emptione dominium rerum obligatarum ad emptorem non transit sed vel in rem suam procuratori facto vel utilis eadem quae pridem constituta sunt exemplo creditoris persecutio tribuitur.

Imp. Certi et indubitati iuris est ad similitudinem eius qui personalem redemit actionem et utiliter eam movere suo nomine conceditur et eum qui in rem actionem comparavit eadem uti posse facultate. Cum enim actionis nomen generale omnium sive in rem sive in personam actionum et apud veteres omnes iuris conditores sit nominatum in omnibus pateat indicatum talem quandam in his utilibus actionibus positum introducere.

Quae res venditi non possunt. et qui vendere vel emere vetantur.

Imp. Fucandae atque distrahendae purpurae vel in serico vel in lana quae blatta vel oxyblatta atque hyacinthina dicitur facultatem nullus possit habere privatus. Sin autem aliquis supradicti velleris muricis vendiderit fortunarum se suarum et capitis sciat subiturum esse discrimen.

Id. Comparandi serica a barbaris facultatem omnibus sicuti iam praeceptum est praeter comites commerciorum nunc iubemus auferri.

Quia non minus fisci indistinctis uendendi publici canonis frumenta dominum uendentes et emptores sciant capitali pena se esse subdendos, in fraudem publicam commissa fraude.

Imp. Ne frumentum. Nam quod deuotissimo exercitui mittitur in predam uicumque uertatur hac sanctione decernimus ut quicumque hoc fuerint forte inuenti, honestiores quidem stilum proscriptionis incurrant, inferiores aut humiliores quique persone capitali supplicio subiaceant.

Imp. Res exportari non debeant.

Ad barbaricum transferendi uini et olei et liquaminis quicumque sint nullam habeat facultatem nec gustus quidem causa aut usus commerciorum.

Imp. Nemo alienigenis barbaris cuiuscumque gentis ad hanc urbem sacratissimam sub legationis specie uel sub quocumque legationis colore uenientibus uel in diuersis aliis ciuitatibus uel locis loricas et scuta et arcus sagittas et spatas et gladios uel alterius cuiuscumque generis arma audeat uenundare. nulla prorsus hisdem tela, nulla deuile penitus ferri uel facti uel adhuc infecti ab aliquo distrahatur. Periculosum namque romano imperio et prodicioni proximum est barbaros quos indigere conuenit telis eos ut ualidiores reddantur instruere. Siquis autem aliquod armorum genus quocumque barbaris cuiuscumque nationum alienigenis contra pietatis nostre interdicta uendiderit bona eius uniuersa ad fiscum primus adduci ipsum quoque capitalem subire penam decernimus.

Imperator De eunuchis. Rx.

Siquis post hanc sanctionem in orbe romano eunuchos fecerit capite puniatur. mancipio tali necnon loco ubi hoc commissum fuit domino sciente et dissimulante confiscando.

Imp. Romane gentis homine siue in barbaro siue in romano solo eunuchos factos nullatenus quolibet modo ad dominium cuiusdam transferri iubemus. penas grauissimas statuentes aduersus eos qui hoc perpetrare ausi fuerint tabellionem uidelicet qui huiusmodi emptionis siue cuiuslibet alterius alienationis instrumentum conscripsit et eo qui octauam uel aliud uectigal causa pro his susceperit eidem pene subiciendo. barbare autem gentis eunuchos extra loca imperio nostro subiecta factos cunctis negociatoribus uel quibuscumque aliis emendi in commerciis et uendendi ubi uoluerint tribuimus facultatem.

Imp. De patribus qui filios distraxerunt.

Liberos a parentibus neque uenditionis neque donationis titulo neque pignoris iure aut quolibet alio modo nec sub pretextu ignorantie accipientis in alium transferri posse manifestissimi iuris est.

Imp. Siquis propter nimiam paupertatem egestatemque uictus causa filium filiam ue san

gnum volentibus vendidit vel vendidere in hoc casu valente emptore optinendi eius fructus habeat facultatem. Liceat autem ei qui vendidit vel qui alienatus est aut cuius alii ad ingenuitatem propriam eum repetere modo si autem pretium offerat quod potest valere aut mancipium aliud pro his prestet.

De rescindenda emptione et venditione. Rubrica.

Imperator. Si pater tuus per vim coactus domum vendidit, ratum non habebitur quod non bona fide gestum est. Mala enim fide emptio irrita est. Aditus itaque nomine tuo preses provincie auctoritatem suam interponet maxime cum paratum te proponas id quod pretii nomine illatum est emptori refundere.

Imperator. Rem maioris pretii si tu vel pater tuus minoris pretii distraxit, humanum est ut vel pretium te restituente emptoribus fundum venditum recipias auctoritate iudicis intercedente, vel si emptor elegerit quod deest iusto pretio recipias. Minus autem pretium esse videtur si nec dimidia pars veri pretii fuit soluta.

Idem. Decreti venditionis et emptionis iure perfecto alterutro invito nullo recedi tempore bona fides patitur. Nec ex rescripto nostro quo iure fiscum uti sepe constitutum est.

Idem. Ad rescindendam venditionem et male fidei probationem hoc solum non sufficit, quod magno pretio fundum comparatum minoris distractum esse commemoras.

Idem. Si dolo adversarii deceptum venditionem predii te fecisse preses provincie aditus animadvertit sciens contrarium esse dolum bone fidei que in huiusmodi maxime contractibus maxime exigitur, rescindi venditionem iubebit. Modo si iure perfecta venditio est a maiore xxv annis, intelligere debes consensu mutuo perfectam venditionem resolvi non posse.

Idem. Non est probabilis causa propter quam rescindi consensu factam venditionem desideras. Quamvis enim duplum offeras emptori pretium tamen invitus ad rescindendam venditionem urgeri non debet.

Idem. Ratas manere semper perfectas iure venditiones nostra interest. Nam si oblato pretio rescindi venditionem facile permittatur, evenit ut si quid vos laboribus vestris a fisco nostro vel a privato comparaveritis eadem lege convellamini quam vobis tribui postulatis.

Idem. Si voluntate tua fundum tuum filius tuus venumdedit, dolus ex calliditate atque insidiis emptoris argui debet vel metus mortis vel cruciatus corporis imminens detegi, ne habeatur rata venditio. Hoc enim solum quod paulo minori pretio fundum venumdatum significas ad rescindendam venditionem invalidum est. Quod videlicet si contractus emptionis atque venditionis cogitasses substantiam et quod emptor viliori comparandi et quod venditor cariori distrahendi votum gerentes ad hunc contractum accedant vixque post mul[tas]

tas commentationes paulatim venditore de eo quod petierat detrahente, emptore autem de hoc quod optulerat addente, ad certum consentiant pretium, profecto conspicis neque bonam fidem quae emptionis atque venditionis conventionem tuetur pati, neque ullam rationem concedere rescindi propter hoc consensu finitum contractum vel statim vel post pretii quantitatis disceptationem, nisi minus dimidia iusti pretii quod fuerat tempore venditionis datum est, electione iam emptori praestita servanda.

Idem. Pretii causa non pecunia numerata, sed pro eo pecoribus in solutum consentienti datis contractus non constituitur irritus.

Idem. Dolus emptoris qualitate facti, non quantitate pretii estimatur. Quem si fuit intercessisse probatum, non adversus eum in quem emptor dominium transtulit rei vendicatio venditori, sed contra eum cum quo contraxerat in integrum restitutio competit.

Idem. Venditor fundi emptoris quaerelam tempore contractus latuit pravigendo non quod eo tempore scierit quod agebatur et consensit de dolo queri potest. Sed cum priorem tuam ut maius comprehendat istud pretium quam rei quae distrahebatur esse conveniat consensisse profitearis, propter hoc solum de subscriptione frustra queritur. Sane si placitum pretium non prebetur solutum vel in quantitate debiti per errorem facta compensatione cautum fuit, hoc reddi recte postulatur.

Idem. Non ideo minus venditionis fundi, quod hunc fundum ad minus sumptibus necessariis urgentibus non uberiore pretio urgente debito distraxisse contendis, rata manet. Dissimulatis itaque petitionibus abstinendo, ac pretium si non in integrum solutum repetendo facies consultius.

Idem. Si maior annis xxv fundum distraxisti, propter hoc solum quod venienti ne compareret socer tuus denunciabat, emptionem atque rescindi bona fides non patitur.

Idem. Ea conditione distractis praediis ut quod rei publicae debebatur qui comparavit restitueret, venditor a se celebrata venditione solutionem quantitatis tantum exigere non potest, nec ex eo quod emptor non satis conventioni fecit contractus irritus constituitur.

Imperator. Quisquis maior aetate praedia in pretio posita distraxerit paulo vel minoris pretii nomine repetitionis rei venditae copiam minime consequatur, neque in ambo innovari sinatur obiectis viribus sermet locorum causetur incognitas, qui familiaris rei scire vires sui iuris atque emolumenta debuerat.

Idem. Si quos debitorum in mole fisci deprensos necessitas publice ?? attingit, per has distrahere facultates rei qualitas et reditum estimet quantitas, ne sub nomine subhastationis publice locus fraudibus relinquatur, ut possessionibus viliore distractis plus exactor exigat quam debitor ex pretio consequatur. Hi postremo sub empti titulo pretio dominium iure possideant qui tamen numeraverint.

fisco quantum exegit utilitas privatorum. Etenim pro iniquum est ut alienis bonis sub gratiosa actione distractis parum accedat publico nomini cum totum pereat debitori.

Imp. Hi qui imposita munia civitatum fuga destituunt et in eundos furtum existimari esse certus intelligant se nichil super futura commentari pro eo emptorem fuge conscium inlectandum esse quod dedit.

Imp. Vestium auri et argenti seu mancipiorum emendorum signa a privatis nisi ea contigit venundari palatium sciant se copiam denegatam pena in eos amissionis pretii exercenda.

Quando liceat ab emptione discedere.

Imp. Rem que integra ab emptione et venditione recedi potest utriusque partis consensu. Etenim quod consensu contractum est contrarie voluntatis adminiculo dissolvitur. Certum enim post traditionem interpositam nuda voluntas non resolvit emptionem si non actus quoque priori similis retro agens venditionem intercessit.

Imp. Perfectam emptionem atque venditionem re integra tantum pacto et consensu posse dissolvi constat. Quod si quidem arre nomine aurum datum sit potes id solum sub fidem placiti recuperare. Cum si ob pretium pretii soluti ad eaque venditorem oportet ex venditione prestare magis actionem quam ad repetendam quantitatem pretii quam te dedisse significas habes.

Imp. Si propter publicas pensitationes venditio fuerit celebrata.

Venditionem cum fuit celebrata ob tributorum vestra cessationem factam revocari non oportet neque pro eo domino precium offerente neque creditore eius iure ypothece sive pignoris. Potior enim causa tributorum quibus priore loco omnia cessantis obligata sunt.

Imp. Si defecta predia ob cessationem collationum vel reliqua tributorum ex permissu presidis ab his quibus periculum exactionis tributorum imminet distracta sincera fide iusto precio sollempniter comparasti venditionem ob sollempnes preconationes necessitate facta convelli non debet. Cum si at venditio nulla iusta auctoritate presidis precedente facta est hanc ratam iura non concedunt. Id itaque quod frustra gestum est revocari oportet ita ut indempnitati tributorum omnibus modis consulatur. Cum omnia tractari convenit presente eo quem emptorem esse proponis.

Imp. Si quis fundum aut mancipium aliam ve rem ob cessationem tributorum vel in ob vestium auri argentique debitum que annua exactione solvuntur occupata conuento debitore et apud iudicem interpellatione celebrata cum solvere cessavit sub hasta distracta comparavit perpetuam emptionis accipiat firmitatem. Cum autem nunc onus forte persona fuerit infra necesse sit hinc defensionis adesse venditori personam inchoare intersit utrum ne offitium summe rei procuratoris

Iam certe rectoris prouincie id q̄ debitum fuit posuit. Si certum

Imp. Reliquis fidū cō p̄ti nō

Ea conuentiōe posse q̄ qua pactam nou[i] emptionem tuam cum p̄re[diorum] fundum in dotem daret ut tributa ipsa agnosceret actio t̄ aduersus eam cōpetere non pot. Si pactum in instrumento dotis deductum probetur: s; et si fundus estimatus sit aut ps insti[tutionis] fuerit in dotem datus ex uendito actio ut placitis stetur non competit.

Imp. Rei annone munia uolentes cognouimus hanc esse causam maxime reliquorum q non nulli captantes aliquas momentaneas necessitates sub hac condicione fundos comparant ut nec reliqua eorum fisco inferant et immunes eos possideant. Ideoq placuit ut si quem constiterit huiusmodi habuisse contractum atq; hac lege possessiones esse mercatum tam pro solidis censibus fundi comparati q̄m pro reliquis uniuersis eius dem possessionis obnoxius teneatur cum necesse sit eum qui comparat censum rei comparate agnoscere nec liceat cuidam rem sine censu comparare uel uendere.

Imp. Omnes per hunc agros qui possident publicas pensitationes agnoscant nec pactionibus contrariis adiuuentur. Si uenditor aut donator apud se collationis sarcinam pactione illicita uoluit retinere et si necdum translata sit professio censualis sed apud priorem fundi dominum forte permanserit dissimulantibus ipsis ut non possidentes pro possidentibus exigantur.

DE PERICULO ET COMMODO REI UENDITE.

Post perfectam uenditionem omne commodum et incommodum quod rei uendite contingit ad emptorem pertinet. Factorem enim ex his tantum causis suo ordine tenet que ex precedenti tempore causam eiectionis parant et ita fieri denuntiatum est ut causa agende adesset et non absente emptore esse eum pronunciatum est.

Id. Cum conuenit ut singule amphore uini mutati certo pretio ueneant antequam tradantur imperfecta tunc uenditione periculum uini mutati emptoris quem moram mensure faciende non interposuit non fuit. Cum autem uini usus quod in horreis erat positum uenisse sine mensura et claues emptoribus traditas alleges per perfectam uenditionem quod uino mutato dampnum accidit ad emptorem pertinet. Hec commune locum habent non solum si uinum sed et si oleum frumentum et his similia uenierint et ea aut deteriora aut penitus corrupta fuerint.

Id. Dolum auctoris [...] bone fidei emptori non nocere certissimi iuris est.

Imp. Cum inter emptorem et uenditorem contractu sine scriptis inito de pretio conuenit moraque uenditoris in traditione non intercessit periculo emptoris rem distractam esse indubitati iuris est.

Imp. Cum speciem uenditam

per violentiam ignis absumptam dicas, si venditionem nulla condicio suspendebat, amissae rei periculum te non astringit.

Idem. Mortis causa ancille distracte in aliam traditionem sine mora venditoris dilatam non ad venditorem, sed ad emptorem pertinet, et hac non ex precedenti vitio rebus humanis exempta, solidum emptor precii non recte recusat.

De actionibus empti et venditi. Rubrica.

Imperator. Dolus eum cui agrum vendidisti venditi iudicio consiste. nec enim tenetur actione cum emptore qui personali tenetur sibi obligatus competit.

Imperator. Venditi actionem ad recipiendum residuum precium intende adversario tuo potens, nec compensationem venire, quod tu invicem debes, id est obvenire potuit, si in bone fidei contractu in quo maiores in .xxv. an. officio iudicis in hys que dolo commissa sunt adiuvantur. vitio errore te ductum vel fraude adversarii te captum quod debitum id esset quod re vera non debebat pepigisse monstraveris. Fructus quos post perceptos ante venditionem contractam quos cum venditioni non accessissent eundem emptorem invasisse proponis eodem iudicio reposces.

Imperator. Ex cartali pacto personalis duntaxat paciscentibus actio preparatur.

Idem. Si traditio rei vendite iuxtra emptionis contractum procacia venditoris non fiat, quanti interest comparari emptorem fuit arbitrius presses provincie tantum in eodem preparationis taxationem deducere curabit.

Idem. Curabit preses provincie compellere emptorem qui nactus possessionem fructus percepit partem precii quam penes se habet cum usuris restituere quas et perceptorum fructuum ratio, immo minoris etatis et favor licet nulla mora intercessit generavit.

Idem. Venditi actio si non ab initio aliud convenit non facile ad rescindendam perfectam venditionem, sed ad precium exigendum competit.

Idem. Si servos distraxisti in precium de peculio eorum quod ad te pertinebat nesciens unde solveretur accepisti, consequens est integrum te precii actionem habere cum propter venditoris nummum soluti non transeunt emptori ubi actionem.

Idem. Si pater tuus vendidit portionem suam nec induxit in vacuam possessionem precii vel omne penes se eum retinuisse constitue. Nec enim vel ut traditionis sive vectigal exsolutum si simulatum factum intercessit veritatem mutare potuit, quod propter aditus preses provincie si animadvertit in vacuam possessionem neque patrem tuum neque successores eius emptorem vel heredes ipsius quoque loco factos induxisse, non dubitabit inchoatum translatum pronunciare, et si te ex empto ad inducendum eum in vacuam possessionem precii perspexerit conveniri.

extimabit an pretium sit exsolutum ac si repetit non esse satis de pretio factum habebis restitui ei pro unde debit.

Idem. Si minor a venditore sive sciente sive ignorante dicebatur capitatio venditi predii maior inventa sit, in tantum convenitur in quantum si scisset emptor a vinculo minus daret pretii. Si vero bis onus et quam functionis cognovisset nullam adversus venditorem habes actionem.

Idem. Cum venditorem carnis fide conventionis rupta tempore placito hanc non exhibuisse proponas empti actione eum quanti tua interest, si tunc tradita fuisset. Iam pridem perveniente convenire.

Idem. Si ancillam [illegible] potes. venditionis traditam venditor manumisit libertatem aliene fore praestare non potuit. Quod si post venditionem ante traditionem manumisit pleno iure dominus constitutus civem romanam facere non prohibitus, personali pro fide rupta contra venditorem actione tibi competente.

Idem. Sicut periculum vini mutati gustum fiat comparatori ad emptorem, ita commodum aucti pretii pertinet. Quod utique hoc tum est si certe qualitatis ac mensure distracto vino fidem placitis servandam esse conveniat, quo non restituto non pretii quantitatis, sed quanti interest empti competit actio.

Idem. Fructus post perfectum iure contractum emptoris spectare personam convenit ad quem functionum gravamen pertinet. Sed venditor quod pretium tamen accepit mora in[...]cessisse probetur usuras officio iudicis exigere potest.

Idem. Emptor fugitivorum recte de his tradendis et de eorum fuga item quod sanitate erronesque non esse aut noxa solutos esse repromitti is postulat.

Idem. Ultra modum tricia dis[illegible]ta citra pactum in solutione mora non facta nichil emptor exigere potest.

Idem. Post perfectam venditionem fetus pecorum emptori venditori vero sumptus siquos bona fide fecit restitui debere notissimum est.

Idem. Expulsos vos de fundo per violentiam a nerone quem habere in eo negatis profitentes nullam vobis adversus eum ex causa venditionis fundum possidentis actionem competere probatis. Quod ad instar interdicti seu actionis permisse expiendum esse perspicitis.

Si quis alteri vel sibi sub alterius nomine vel aliena pecunia rem emerit.

Impp. Ex pecunia filiis fundi mancipiaque comparata sunt, cum in emptionibus matris tue nomine facta esse proponis, ignorare non debes traditionem in eam tuam dominam esse constitutam fuisse. Plane si pecunie portionem competentem pro numeratione pretii existimas civiliter consule.

Impp. Si emancipatis vobis fundos quos nomine vestro cum in potestate agetis pater emerat tradidit vel in possessionem eorum voluntate patris fuistis dominium acquisistis.

Idem. Mancipia quorum meministi sicut proponis nomine tuo

[illegible]

idem in quod filius tuus cui successisti empta vobis tradita sunt licet instrumento emptionis nomen tuam pecuniam numerasse contineatur, persequi ea morte venditorum non prohiberis.

Imp. Alexander. Quamvis instrumento emptionis socius nomen inscripserit, tamen si possessionem tenens dominus effectus es, eam rem frustra calumpniam multis quoniam ipsa contractus tabulas habet reformari.

Imp. Alexander. Cum praedia per ... idas cum a tua te comparante possessionem quidam uxoris tuae nomini non accommodasse dicas eandemque occasione custodiae suae commissorum instrumentorum contra bonam fidem proprietatem eiusdem fundi usurpasse, rector provinciae persuasa veritate cognitionem habens dominationem a non domina uxore tua in filiam suam collatam nullum preiudicium domino tuo attulisse docenti tibi veritatem partibus tuis assistere restitutionem eandem possessionem habita fructuum taxatione curabit.

Idem. Multum interest utrum ne uxore tua comparante pecuniam numerasti eique possessio tradita est, an contractu emptionis a te nomine tuo habito tamen uxoris nomine instrumentum scribi feceris. Nam si quidem uxor tua nomine suo emit eique res tradita fuit nec inter quaesitum ex his poterit, non ipsa de pretio adversus eam ... tu pauperior illa locupletior facta est, habes actionem. Constitutus quidem enim tibi tradita est possessio, tamen autem uxoris quondam tuae nomen scriptum est instrumento res gesta potior quam scriptura habetur. Ex eo autem initio negotium uxoris gerens comparasti nomine ipsius, empti actionem nec tibi nec illi quaesisti, dum tibi non vis nec illi potes. Quare in dominium quidem ille potior habetur cui possessio tradita est a domino.

Idem. Cum per eos qui negocia tua gerebant olei materiam te comparasse contractusque fidem pretio suscepto rupisse venditorem proponas, si quidem ex empto his qui manu tuo subiecti fuerint contrahentibus tibi quaesita est actio, per te vel eum cui mandaveris experiri potes. Si vero sui iuris constituti per tuum mandatum hunc contractum habuerint ac sibi empti quaesierint actionem, per eos vel quibus mandaverint mandatum adi competentem iudicem, qui fidem bonam quae in hys contractibus observari solet satisfieri providebit.

Idem. Quae ex aliena pecunia comparat non ei cuius fuerant nummi, sed tamen actionem empti quam dominium si ei tradita fuerat possessio quaerit. Cum itaque de rebus communibus fratrem patruelem tuum quaedam comparasse contendas de tua pecunia, hunc conveniendo facies consultius, nam in rem de rebus ab eo comparatis tibi contra eum petitio non competit.

Idem. Nihil prohibet alio pecuniam numerante in alium vel utriusque contrahentis consensu vel certe venditore tamen volente dominium transferri. Cum igitur manifeste constituto ut inter absentes per mediam personam veluti per nuntium vel per epistolam talis contractus

[illegible]

ipsi facti possit. **De rebus alienis alienandis vel non alienandis.**

Imp. ... P(re)sidi p(ro)uincie **dis. re**

Si filiam tuam nullo iure munitam fuos tuos scientibus uendidisse restitui et emptores suos iubebit. Cum pignori acciperint et eorum scit fuit iniuste pretium eorum ... soluere iubebit.

Imp. Distrahente marito res sui iuris si consensum ei non accommodas nolens sigillo tuo uenditionis instrumentum in fraude conquisita significaueris hoc tibi committitur emptori usucapione non subsecuta vel longi temporis prescriptione non munito nullam prestitisse potest securitatem.

Imp. Venditi succedenti hereditario iure perfectam recte uenditionem rescindere dominium reuocare non licet. Et si hoc ex persona uendicet vel exceptione doli mali si hanc uiam elegis tueri vel euicta re si defensione monstrata nolueris uti questio tua interest potens exprimi.

Idem. Mancipia prius qui fundum a philippo comparaverat successione tibi quesita domino fundi pro debitis in solutum inuita dando michi auferre potuit. nisi ... an effectus ab ea negotium gestum non fecisti ratum oblato libello si non hec iure pignoris esse obligata uendidit petere potuisses.

Idem. Si fundum tuum pater tuus post emancipationem te non consentiente uenum dedit neque ei successisti neque possidens longi temporis prescriptione munitus esse eum tibi agenti rectori prouincie reddi efficiet.

Idem. Nemo res ad te pertinentes non obligatas sibi nec ex officio uendendi potestatem habens distrahendo quicquid tibi nocere potuit.

Imp. Sancimus siue lex alienationem inhibuerit siue testator hoc fecit siue pactio contrahentium hoc admiserit non solum dominii alienationem vel mancipiorum manumissionem esse prohibitam sed etiam usus fructus dationem vel ypothecam pignoris nexum penitus prohiberi. Similique modo et servitutem minime imponi nec emphyteoseos contractum nisi in his tantummodo casibus in quibus constitutionum auctoritas vel testatoris voluntas vel pactionum tenor qui alienationem interdixerit aliquid tale fieri permisit.

De communium rerum alienatione.

Imperator. Si nulla usucapionis prerogatiua vel diutini silentii prescriptione emptores possessionis quam a coheredibus patrui tui distractis suggeris pro portione munitam rem actio incolumis perseuerat aut si receptum ius securitatem emptori prestiterit tibi in arbitrium conueniendi eos qui pro portione tua illicitam celebrauerint uenditionem.

Idem. Multum interest utrum coheredes tui possessionem communem distraxerint an uero fiscus cum partis dominus esset soliditatem ... proprium ... uendidit ... a fisco facta uenditione fidem eius infringi minime rationis est. Si uero coheredes soliditatem uendiderunt licet ...

[gloss: illegible]

emptor ab his delegatus pre[tium]
pretii fisco solvit, altamen quam in cau-
tionem deduxit tantum portionem tuae
alienatio non potest obsistere.

Imp. A. Falso tibi persuasum est com-
munis praedii portionem pro indiviso ante
communi dividundo iudicium dic-
tetur tantum socio non etiam extraneo pos-
se distrahi.

Idem. Portionem quidem tuam invitatus
alienare frater tuus non potuit. Ei-
us autem partem pretio soluto tibi postul-
are nec invitam quantitati convenit.

Idem. Si maior annis xxv. velut
propria nescienti communia cum fratribus
tuis praedia distraxisti, licet nullum
ministerium intercessit, nec quicquam
spatii convenientia alienae portionis
evictione secuta quanti interest emp-
tori solves.

De re aliena gentibus non alienanda

Imp. Iustinianus ... actionem

Non enim eidem tuto-
ribus vel curatoribus
et si ex eo titulo iudi-
cati debitores sunt constituti
cum sua quidem res suas alienare
potuit, quod curator tuus fundum
suum cum suo onere obligare fi-
sco nostro. nam in privato potuisset.

De pactis inter emptorem et venditorem

Imp. Nea lege fundum praedium
vendidisti ut nisi intra
certum tempus pretium fuisset
exsolutum emptio rescinderetur, p-
...det et dominium ad te pertinet si
des contractus servanda est.

Imp. Si fundum parentes tui
ea lege vendiderunt ut sive ipsi
sive heredes eorum emptori pretium
quandocumque vel intra certa tempora
obtulissent restitueretur, teque
parato satisfacere condicioni dictae heres
emptoris non paret, ut contractus
fides servetur, actio praescriptis verbis
vel ex vendito tibi dabitur habita ratio-
ne eorum quae post oblatam ex
pacto quantitatem ex eo fundo ad
adversarium pervenerunt.

Idem. Qui ea lege praedium vendi-
dit ut nisi reliquum pretium in-
fra certum tempus restitutum esset ad
se reverteretur, si non precariam pos-
sessionem tradidit rei vindicatio-
nem non habet sed actionem ex vendito.

Idem. Commissoriae venditionis legem exercere non potest qui
post praestitutum solvendi pretii
diem non vindicationem rei e-
ligere sed usurarum pretii solutionem
petitionem sequi maluit.

Imp. In initio venditionis si pa-
ctus es ut is cui vendidisti pos-
sessionem pretii tardius exsoluti tibi
usuras praestaret, non in infinitum ex-
istimas in te eas adito praeside ab
emptore praestari debere. nam si in
initio contractus non es pactus si
cepisti expectare debitor ex mora duntaxat
usuras tam ab ipso debi-
tore quam ab eo qui nomine
causam emptori suam fidem astrix-
it de iure postulabis.

Imp. Cum te fundum tuum
certe contemplatione rei inter vos
habita exiguo pretio maluimus tra-
didisse memores post ea res
non esse fraudulentam non imple-
ta promissi fide dominium tuum ius
in suam causam revocari conveniat
et ideo aditus iudex competens
fundum cuius instructionem fac-
restitui cum fructibus suis sine
ulla ludificatione sua auctoritate pr-
...

[gloss: illegible]

[illegible]

ceptis nummis suis nullam passa videri possit iniuriam.

Imp. S. Si ita te comparavit is cuius meministi et convenit ut sumpta certum tempus soluta fuerit data quantitas sit res inempta, remitti hanc conventionem rescripto nostro in iure petis. Quod si se subtrahat ut iure dominii eandem retineat, denunciationis et obsignationis depositionisque remedio securitatem potes iuri tuo consulere.

Idem. Tempore certus inter emptorem et venditorem habitam conventionem integram suam si habeant, recedat posteriori pacto certum.

Imp. Si quis ita paciscatur in venditionis vel alienationis contractu ut novo domino nullo modo liceat in loco vendito vel alio modo sibi concesso monumentum construere vel alio modo humano iuri eum eximere, sancimus licet hoc dubitabatur tale pactum ex nostra lege esse servandum et inviolatum permanere; forsitan enim multum eius interest ne ei vicinus non solum quem nollet aggregetur, sed et ille pro quo interdictum est spatium. Cum enim venditor vel alienator alia lege suum ius transferre passus est, nisi talis fuerit conventio, nequaquam sentiendum est aliqua captione exuviana pati eum interpretatione.

Imp. **Si servus exportandus veniat.**

Lege venditionis exportata mancipia sub denunciatione manumittende libertatem ab emptore vel qui successit in locum eius antequam fides rumpatur accipere possint. Quae etiam fisco per manumissionem vendicantur et in perpetuam servitutem eadem lege veniunt, cum in his civitatibus conversantur quas exceptas habentes exceperant. Ante vero manumissionem manus iniciende manus facultas non denegatur atque ideo non petuntur in publico.

Idem. Si ut manus iniectionem haberes cavisti, iure tuo uti potes. Quod si hoc omisisti et penam stipulatus es, homo quidem fisco commissus est, tu vero nactus es ex stipulatu actionem. Quod in omnibus tamen quod sine domini voluntate in locum prohibitum venerit.

Imp. Ancilla quae exportanda venerit nec exportata est, sed ab emptore in eadem civitate morante empta esset et manumissa adversus legem venditionis libera fieri non potuit. Ideo adversus eam procurator meus partibus suis fungetur.

Idem. Moveor quod te asseveras tuus dominium eorum venisse affirmes sub ea lege ne in propriam morentur et ab eo civitate per emptorem venditam manumissionem esse dicas, quibus aditus competens iudex adversus eum quem praesentem dicis esse cognitionem suam praebebit et servitutis a creatori adeuntes execrabile delictum in exemplum capitali pena vindicabit. Sed quod adversus probavis quae intendis status tuus esse videtur qui in te per manumissionem deprehenditur.

Idem. Qui exportandus de civitate sua venit nec in urbe Romana morandi. Qui autem de provin

... cum certa nec in prouincia seruis deportandis lege constitutum fuerit, probare potes ut revertendi tibi facultas competat.

Si mancipium ita venierit ne prostituatur.

Imperator. Profectus in Britanniam Fabius Antiochus, ut eam quae ita venierit ut si prostituta fuisset abducendi potestas esset ei cui secundum constitutionem divi Hadriani id competit, abducendi faciat facultatem. Cum si eam paciam accommodasse dicis legem quam species habeat, cum in tempore quaestui in ... libertatem competente secundum interpretationem eiusdem principis producas eam ad praetorem cuius de liberalibus causis iurisdictio est, ut eius ordinetur iudicio. Cum enim tenor legis quae semel comprehenditur, intimetur, quod commune per plures emptorum personas ad primum qui prostituit sine lege simul pervenit.

Idem. Mulierem quam ita venisse alleges ne prostitueretur, aut si prostituta fuerit libera esset, postmodum mutato ex iure ... tribunal ... ut si contra ista retractatur pacto, quod tamen si verum est libertas mulieri existente condicione competit, agatur causa apud eum cuius de ea re notio est. Haec autem lex tam tabulis venditionis inserta sit, quam vis epistula, vel sine scriptis facta ostenditur valet.

Idem. Eam quae ita venit ne corpore quaestum faceret nec in caupona sub specie ministrandi prostituatur ne fraus legi dicta fiat oportet.

Imperator. Si mancipium alienum ita fuerit venditum ne manumittatur.

Si Patroclus mancipia quae de heriune donationis causa dedit lege dedit ut si intra xv annos continentes fuisses ad libertatem perducentis ita ut civis Romanus esses tempore pacto si modo Patroclus non esset voluntatis suae, aut si ante decessisset ad libertatem pervenisti. Quoniam placuit non solum ad venditos sed et ad donatos ea lege ut manumitterentur pertinere, nec te potuit semel translato dominio in heredem suam quae ea aut Patrocli venderet. Et ideo non debes praeiudicari libertate quam ex constitutione divi Marci iam fuisti deceptus litigare debuisti sed libertatem quam optimum defendere.

Idem. Si ea lege creditor suum naturalem filium venundedit ut emptor eum manumitteret, et quamvis non est manumissus tamen ex constitutione divorum Marci et Commodi aut aut fidium victorinum liber est.

Idem. Si iusta Saturnino puellam nomine Firmam agentem circa annos vii hac lege vendidit ut cum annos xxv haberet libera esset, quamvis secundum ab emptore praeiudicium libertatis pacto non sit iustum, sed ut libera esset expressum tamen constitutio divorum Marci et Commodi in semestribus scriptae locus est, itaque impleto xxv anno Firma libera facta est, nec obest ei quod xxvii annis manumissa est, quae iam ex constitutione libera erat. Is quem post xxv annos concepit ex ea ingenuus est.

Imperator. Si is qui pecuniam pro te acceperat ut statuto tempore te libertate donaret moram repromisse ...

libertati pstitit ex eo tempore li
bam te ee effectam manifest
e. ex quo cum posset dari libtas
pstita non e. id e. et e natos i
genuos uideri procreatos non
incerte opinionis.

Id. Ea q mancipia quorum
uenditio eam legem accepit
ne ad libtatem producantur
et si manumittentur nancisci
libtatem non possunt. neq
enim condo que psone eius co
hesit immutari fco eius qui hac
lege comparauit pot. nec tamen
pene exactio si qua exacta est
non fuit a te condoi uistam exi
gendi tribuit cam. si qua grote
te potit uocare ad procuratoris
offm qui eam legem uendoi
dedit. psipici non pot. cum nec
in priuatorum cctibo si fiscus
se interponere debeat et lie ad te
nuisse psone fcm si non ipse
manumiseris continent.

Impr. Si puellam ea lege ue
didisti ut manumitteretur. et
si manumissa non eet. cauret
pararent non fuit a fide incho
eam raptam e uestigio fuit
tis ad libtatem que prari pot
uit constitit. nec pecunia q
rupta fide suscepta recte petit
cum non mutata uenditoris
uoluntate condoinis posita
tem ps manumittentis neegl
ecta fcm repsentari optima io
ne placuit. De edilicio et accoibus.

Impr. Si non simplr
sz consilio fraudis s
uum fugitiuum t
nescienti ul alio mo uitiosum
quis uendidit. usq fugitiuus

abest non solum in pretium uen
ditorem conueniri sz i damnum
qd per eum t accidit competens
iudex uti etiam prudem placu
it iubebit prestari.

Impr. Cum proponas suum q
prorem compasti. p annum temp
fugisse. qua rone eo nomine cu
uenditore eiusdem congredi
queras non possum animadu
tere. fem in redibitoriam actoez
sex mensium temporibus cui qdo
minoris anno concludi mani
festissimi iuris est.

Impr. Si apd priorem dominu
fugisse mancipium non doce
atur. fuga ps uendoem intuen
ens ad dampnum emptoris
ptinet. si auc uenditor no uici
osum et in posterum si fuum
terne pmisit q nimus hoc impo
sibile ee uidet fm fidem tn ance
dentis ul in continenti secuti
pacti ex pm posse non ambigi
t. posteriores enim casus non uen
ditoris sz emptoris periculum ex
spectant. si uitu cum suum q in
comparas ad eum qui distraxit
redisse contendis. iudex compe
tens pspectis omnibz pro repte
rei qualitate psie curabit sim i

Id. Si ptium quis sub ea lege co
parauit ut si displicuit inemptu
erit. id utpote sub condone uen
ditum resolui redibitoriam al
i usus uenditorem to inspecto pi
lam e. Eos obs fuerit e ri pesti
bulis siue ulis ... pestibulum ul
letifam hes ... ignoran
te emptore sit contractus sa
in hoc i casu p eandem actoem
eum eo redibendum esse.

principe non dicunas aut celebretur generale forum alicui

Imp. Habito semel bona fide contractu mancipioque suscepto et pretio soluto ita demum repetendi pretii potestas esse ei qui comparavit mancipium largienda si illud quod comparavit fugitivum potuit exhibere. hoc enim non solum in barbaris sed in provincialibus suis iure preceptum est.

De monopol. et de conventu negociatorum illicito vel artificum ergo laborum nec balneatorum prohibitis.

Imp. Iubemus ne quis illo cuiuscumque vestis aut piscis vel pectinum forte vel echinorum vel cuiuslibet alterius ad victum vel ad quemcumque usum pertinentis speciei vel cuiuslibet materie pro sua auctoritate vel sacro elicito aut in posterum eliciendo rescripto aut pragmatica sanctione vel sacra nostre pietatis annotatione monopolium audeat exercere. Neque quis illicitis habitis cum venditoribus coniurare aut pacisci ut species diversorum corporum negociationis non minoris quam inter se statuerint vendantur. Edificiorum quoque artifices vel ergolabi aliorumque diversorum operum professores et balneatores penitus arceantur pacta inter se componere ut ne quis quod alteri commissum sit opus compleat aut iniunctam alteri sollicitudinem alter intercipiat: data licentia unicuique ab altero inchoatum et derelictum opus per alterum sine aliquo timore dispendii implere omniaque huiusmodi facinora denunciandi sine ulla formidine et sine iudiciariis sumptibus. Si quis autem monopolium ausus fuerit exercere bonis propriis spoliatus perpetuitate exilii dampnetur. Ceterarum preterea professionum primates si in posterum super taxandis rerum preciis aut super quibuslibet illicitis placitis ausi fuerint convenientes huiusmodi sese pactis astringere .l. librarum auri solutione percelli decernimus. Officio tue sedis .xl. lib. auri condempnatione multando si in prohibitis monopoliis et interdictis corporum pactionibus commissas forte sub hoc evenerint saluberrime nostre dispositionis condempnationes venalitate interdum aut dissimulatione vel quolibet vicio minus fuerit executum.

Imp. De nundinis. rubrica.

Qui exercendorum mercatuum aut nundinarum licentiam vel veterum indultu aut nostra auctoritate meruerint ita beneficio rescripti potiantur ut nullum in mercatibus atque nundinis ex negociatorum mercibus conveniant vel in venaliciis aut locorum temporali questu et commodo privata exactione sectentur vel sub pretextu privati debiti aliquam ibidem concurrentibus molestiam possint inferre.

Imp. De vectigalibus et commissis.

Sive manumissus es an non, quem commissi nota statum tuum vectigalis nomine convelli non est equum.

Id. Neque commissum quod ante quinquennium factum dicitur si lite res

Item expones professiones .i. scripturas quibus continetur: secundum

anticipata non est vendicari pre-
ter eam per eas res que in commissi cau-
sam ceciderit si ipsa non extat nec dolo
suppressa iatur precium peti potest.

Idem. Omnibus innotescimus pro-
spexerimus ne ob omissas professiones
pena commissi teneantur, pro
ut de deposito hoc metu si qua
portoria debere te comparuit ex
Imperator. Penes illum solvere
vectigalia manere oportet qui super-
ior licitatione extitit. Ita ut
non minus quam triennii fine
locatio concludatur. nec ullo modo
intervalla patiatur tempus exigendis
vectigalibus prestitutum. Quo
pacto tempore licitationum inter-
ra conductionum que recari oportet ac
simili modo aliis collocari.

Imperator. Universi provinciales pro
his rebus quas ad usum proprium
vel ad fiscum inferunt vel exercendi
ruris gratia revehunt nullum
vectigal a stationariis exig-
antur. Ea vero que extra predictas causas
vel negociationis gratia portantur
solite prestationi subiugamus. Ca-
pitali pena proposita stationariis
et curiosis militibus et ceteris per-
sonis quarum avaricia id temp-
tari sinatur.

Imperator. Omnium rerum ac per-
sonarum que privatam degit
vitam in publicis functionibus
equa debet esse inspectio. hoc ideo dici-
mus quia non nulli privato-
rum vilitas suffragio profe-
runt sciones quibus vectigali-
a vel certa his que inferri fisco
mores est asseverant esse conces-
sa. si quis igitur privatorum his rep-
tione utatur cassa eadem sit.

Usurpationem tuem quia cum liceat attipe vectigal.

si vectigalium enim non privata est
functio que debet ab omnibus qui
negociationis vel transferendarum
mercium habent curam equa ratione
dependi exceptis naviculariis
Idem. Cum sub tempore exercitatione probabuntur:

Imperator. Ex prestatione vectigalium
nullius omnino nomine quic-
quam muniantur quin octavas
more solito constitutas omne
hominum genus quod commer-
ciis voluerit interesse dependat nulla
super hoc militarium personarum
exceptione facienda.

Imperator. Allegatis gentium de-
votarum et his stantibus quam
de locis propriis inde convenerit
hunc deportant octuarii vec-
tigal accipiant. quas vero ex ro-
mano solo quum sunt tamen lege con-
cesse ad propria deferunt has habeant
a prestatione liberas ac immunes.

Idem. Usurpationem tocius licencie
submovemus circa vectigal ara-
barchie per egyptum atque per au-
gustamicam constitutum in qua
quod super traductione animalium
que sine prohibicione soluta immune
permittenda est et regularitate plurimam
vendicari concedimus.

Idem. Vectigalia quecumque quibus
civitates sibi ac suis curiis ad
angustiarum suarum solacia
quesierunt si non ulla functioni-
bus curialium ordinum profutura
seu quibuscumque aliis earundem
civitatum usibus firmatis his ac
quod ad exhibendum propria manere
precipimus. neque ulla contra ius sup-
plicantium super his moles-
tia formidare.

Idem. Si quis sine persona manci-

mercium ut ff de v ob. lib. rom. o. ti. ti. q. l. ii. tl. in mercatores.
ff. de metallariis. l. i. xv. l. xi. octavarii. l. hiis qui ad hec
constituti sunt ut octavas accipiant. accursius

de consti. princ. l. in rebus s. t. i. l. quicquid. in fisco
publico l. licitatio. s. quilibet. ti. de furt. l. i. s. ex quibus
ro. l. i. ti. l. x. i. de ff. extrao ti. de exc. nu. l. placet. ti. de cens.

[Gloss:] Si publicanum consuetudine est sic s. de pri(vilegiis) ... (top gloss lines partly legible) ... pertinentibus ad domum principis de quibus loquitur ... gratiarum quia de eo collegio vel corpore eorum erat ...

privatum vel salinarum conductorum sal emere vel vendere temptaverit, sive privata audacia sive nostro munitus oraculo, sales ipsi una cum eorum pretio mancipibus adiudicentur.

Imperator. Quicquid ex vectigalium largitionalium titulo vel pragmaticis sacris vel adnotationibus fuerit elicitum, effectu volumus carere censemus.

Imperator. Exceptis vectigalibus que ad sacrum patrimonium nostrum quocumque tempore pervenerunt, certarum rei publice civitatum atque ordinum extimatis dispendiis, que publicis necessitatibus tolerare non desinunt, refuentur, cum duas portiones erario nostro conferri precipimus, iusto depositi commodi cautiones urbium municipumque consistere, ut tertiam compendiis eorum non in alienam potius sed in suo arbitrio noverint constitutam. Designate vero consortium portionis eatenus vim ordinum civitatumque obnoxium maneat, ut si locandi quanti sua interest in eam noverint contributam.

Imperator. Nova vectigalia constitui non posse.

Non temere permittenda est novorum vectigalium exactio. Sed si adeo tenuis est patria tua ut extraordinario auxilio iuvanda videatur, allega presidi provincie que in libellum contulisti, qui re diligenter inspecta utilitatem communem intuitus scribet nobis que compererit, et an habenda sit ratio vestri et quatenus extimamus.

Idem. Vectigalia nova nec decreto civitatum institui possunt.

Idem. Non solent vectigalia nova inconsultis principibus institui. Igitur et exigi aliquid quod illicite postulatur competens iudex vetabit, et id quod exactum videtur sic rationem iuris extortum esse restitui iubebit.

Imperator. Si provincialium nostrorum querela de conductorum aviditate extitit et probatum fuerit ultra antiquam consuetudinem [illegible] iussionis aliquid eos perfligasse, rei tanti criminis perpetuo exilio puniantur. Sub conspectibus autem tuis vel eorum qui tue integritati succedunt licitationis cura servetur.

De commerciis et mercatoribus. Rubrica.

Imperator. Negociatores sequi ad domum nostram pertinentes et potentiorum quos hominum necessitatem debitarum pensitationum exhibere ut honestas postulat agnoscere moneantur, ut per eos qui emolumentum negociationibus captant tolerabiles fiant agnoscende devotionis effectus.

Idem. Non solum barbaris aurum minime prebeatur, sed et si apud eos inventum fuerit subtili auferatur ingenio. Si ulterius aurum pro mancipiis vel quibuscumque speciebus ad barbaricum fuerit translatum a mercatoribus, non iam damnis sed suppliciis subiugentur, et si id iudex repertum non vindicat, tegere ut conscius criminosa festinat.

Imperator. Nobiliores natalibus et honorum luce conspicuos et patrimonio ditiores perniciosum urbibus mercimonium exercere prohibemus, ut inter plebeios facilius

[illegible]

sit emendi vendendique commercium et negociatores.

Idem. Mercatores tam imperio nostro quam Persarum regi subiectos ultra ea loca in quibus foederis tempore cum memorata natione nobis convenit nundinas exercere minime oportet, ne alieni regni quod non convenit scrutentur arcana. Nullus igitur posthac imperio nostro subiectus ultra Nisibin Callinicum et Artaxata emendi sive vendendi species causa proficisci audeat, nec praeter memoratas civitates cum Persa merces existimet commutandas: sciente utroque contrahente et species que praeter haec loca fuerint venundatae vel comparatae sacro aerario nostro vindicandas, et praeter earum rerum ac pretii amissionem quod fuerit numeratum vel commutatum, exilii se poenae perpetuae subdendum. Non defutura contra iudices eorumque apparitores per singulos qui contra hoc fecerint ad memorata loca fieri (?) triginta librarum auri condemnatione, per quorum limitem ad vetita loca Romanus vel Persa commeaverit: exceptis videlicet his qui legatorum Persarum quolibet tempore ad nostram clementiam mittendorum comites fuerint merces duxerint commutandas, quibus humanitatis et legationis intuitu extra praefinita etiam loca mercandi copiam non denegamus, nisi sub specie legationis diutius in qualibet provincia residentes nec legatum ad propria comitentur: hos enim qui mercaturae insistentes non una cum his cum quibus venerunt sese reddiderint (?) poena huius sanctionis persequetur.

Idem. Cessante omni ambitione et libra (?) quingentorum (?) collegiatorum numerus maneat, nullique (?) his addendi mutandi vel in defuncti locum substituendi pateat copia, ita ut iudicio tuae sedis sub ipsorum presentia corporatorum in eorum locum qui humanis fuerint casibus exempti idem quo ubi fiant corpore subrogetur. Nullus aliorum corporatorum praeter hos praecipuum (?) numerum proxima immunitate concessa.

Si qui indictas nominatim vetustis legibus civitates transgredientes ipsi peregrinos negotiatores sine comite commerciorum susceperint, nec proscriptionem bonorum nec poenam perennis exilii ultra evadant. Ergo omnes pariter sive privati sive cuiuspiam dignitatis sive militiam constituti sciant se aut ab hac temeritate penitus abstinendum aut supradicta supplicia subeunda.

Imperator. De rerum permutatione.

Si cum patruus tuus venalem possessionem haberet, pater tuus pretii nomine non certam quantitatem sed aliam possessionem dedit, idque quod comparavit non iniuria iudicis nec patrui tui culpa evictum est, ad exemplum ex empto actionis non immerito id quod interest tuum patrem cui successisti consequi desideras. Cum si nec ita venalis possessio non esset permutatio facta eidemque quod ab adversario possidetur evictum est, quod datum est si hoc elegis cum ratione restitui postulabis.

Imp. Permutationem rerum ipsa utpote bone fidei constitutam, sicut commemoras, vicem emptionis optinere non incognitum iuris est.

De praescriptis verbis

Ex placito permutationis re nulla secuta constat nemini actionem competere, nisi stipulatione subiecta ex verborum obligatione quesierit partibus actionem.

Imp. Cum precibus tuis expressis placitum inter te et alium permutationis intercessisse, eumque fundum ad te datum vendidisse, et emptorem, quem nullam te habere actionem perspicis, cum ab eo susceperit dominium, cui te tradidisse titulo permutationis non negas. Sicut autem si in fidem placiti stipulatio subiecta est, successores eius, eidemque cum quo contractum habuisti convenire non prohiberis. Si vero nulla stipulatio intercessit, prescriptis verbis actione, ut vel fides placiti fulciatur vel quod accipiendi alterius fundi gratia dedisti, causa non secuta restituatur.

Idem. Cum asseverias predium tuum vel certe quem preses fundis hac condicione dedisse fundum, ut invicem dominium etiam acciperet, aditus preses provincie placitis eum parere compellet, vel si etiam pro quo fundus datus est sequi non potuerit, condictionis ratione datum restitui, sicut postulas, iubebit.

Idem. Rebus certa lege traditis si huic non pareatur, prescriptis verbis incertam civilem dandam actionem iuris auctoritas demonstrat.

Idem. Emptionem rebus fieri non posse pridem placuit. Sed cum frumenti certam modiationem calumachori acamachore dedisse ut tibi representet olei designatum pondus asseveres, si placitis tota stipulationis sollempnitatem non exibeant, fidem contractum dedisti causa non secuta condicere pro desiderio tuo potes.

Imp. Ea lege rebus donatis Candido, ut quae placuit menstruum seu annuum ei prestaret, cum huius conventio non iure pacti nomine censeatur, sed rebus propter dote legis dicta munita ad implendum placitum, sicut postulas, prescriptis verbis competit actio.

Imp. De locato et conducto. Rx.

Dominus horreorum periculum vis maioris vel effracturam latronum conductori prestare non cogitur. His cessantibus si quid extrinsecus ex depositis rebus horreis illesis perierit, dampnum depositarum rerum resarcire ei debet.

Idem. Adversus eos a quibus extruenda edificia conduxisti, ex conducto actione consiste, ut quod iudicio quae est bone fidei debitum cum usuris solutis consequeris.

Idem. Eadem quam te conductam habere dicis, si pensionem domino in solidum solvisti, invitum te expelli non oportet, nisi propriis usibus dominus esse necessariam eam probaverit aut corrigere domum maluerit aut tu male in re locata versatus es.

Imp. Ex divi Pii Antonini litteris certa forma est, ut domini horreorum

effractorum horreorum querelas defendi
bus custodes exhibere necesse habent: nec
ultra periculo subiecti sint. Quos
quoque adito preside provincie in preteritis
videtis. Quod si maiorem animadversione
visionem exigere rem deprehende
rit ad dominum Ulpianum pre
fectum pretorio parentem meum
rem remittere curabit. Sed qui
a dominis horreorum nomina
tim etiam custodiam repromiserunt
id exhibere debent.

Idem. Certi iuris est ea que voluntate
te dominorum coloni in fundum
conductum induxerint pignoris
iure dominis prediorum teneri.
Quando autem domus locatur: non est
necessaria in rebus inductis vel illatis
scientia domini. nam ea quoque pigno
ris iure tenentur.

Idem. Nemo prohibetur rem quam
conduxit fruendam alii loca
re si nichil aliud convenit.

Idem. Si eum heres vectigal octa
vanum in quinquennium condu
cit et fidem tuam obligasti: preterea
quod spatio eius temporis expleto eum
idem heres in conductione ut
ydoneus detinetur non consen
sisti. sed cautionem tibi recte postula
ti non oportere te de posterioris temporis
periculo astringi competens iu
dex non ignorabit.

Idem. Licet certis annis quantitati
bus fundum conduxeris si tamen ex
pressum non est in locatione sumptum
regionis postulat ut si qua labe
vel lue tempestatis aut alio celi
vitio dampna accidissent ad
onus tuum pertinerent et que eve
nerunt sterilitates ubertate aliorum
annorum repensate non probabun

tur: rationem tuam iure bona fi
dem habere recte postulabis eamque
formam qui ex appellatione cog
noscet sequetur.

Idem. Emptori quidem fundi
necesse non est stare colonum cui prior
dominus locavit nisi ea lege
emit. Verum si comprobetur
aliquo pacto consensisse ut in
eadem conductione maneat quam
vis sine scripto bone fidei iudicio
ei quod placuit parere cogitur.

Imperator. Viam veritatis ignoras
conductionibus non succedere heredes
conductoris existimans cum
si perpetua conductio est etiam ad here
des transmittatur: si vero temporalis
intra tempora locationis heredi quoque o
nus contractus incumbat.

Imperator. Invitos conductores
seu heredes eorum post tempora loca
tionis impleta non esse retinen
dos sepe rescriptum est.

Idem. Dampnum quod per aggressuram la
tronum in possessionibus locatis
rei tue illatum est pensionis a do
mino earundem possessionum
quem nullius criminis reum
facere te dicis resarciri nulla ra
tione desideras.

Imperator. Si diversa conductio fue
rit et in singulis partibus fundi alie
no nomine conveniri vos non
oportet. Sin autem omnes qui condu
cebant in solidum locatori se
obligaverunt ius ei competens con
veniendi quem velit non debet au
ferri. Habetis vos sane facultatem
ei locatori offerendi debitum
et ut transferantur in vos ea que
ob hanc conductionem ab his
quorum nomine inquietamini

[illegible gloss]

Imp. Gordianus. Aug. Valerio.

Si hi qui a vobis redemerant frumentum et ordeum annone inferendum accepta pecunia fidem fefellerunt, ex locato agere cum his potestis.

Imp. idem. Si de fundo a locatore expulsus es, agere ex conducto potes, sed ne penam quam in pacto rupta conventionis fide placuit exigere ac retinere potes.

Imp. idem. Lege, quam conductionis fundi a maiore nec pensionum nomine amplius quam convenit reposci sinat, aut tempore in quo locatus fundus fuit si exactum in eadem locatione conductor permansit, tacito consensu eandem locationem una cum vinculo pignoris renovare videtur.

Impp. Presses provincie ea que ex locatione debentur exsolvi sine mora curabit, non ignarus ex locato et conducto actionem cum sit bone fidei usuras legitimas admittere.

Imp. idem. Excepto tempore quo edaci locustarum pernicie sterilitatis vicium intercessit, sequentis temporis fructus quos contra consuetudinem debiti contendis reddi preses provincie iubebit.

Imp. idem. Circa locationes atque conductiones maxime fides contractus servanda est, si nihil specialiter exprimatur contra consuetudinem regionis. Quod si alii rei intersunt contra legem contractus atque regionis consuetudinem pensiones locatis preiudicium afferre non possit.

Imp. idem. Qui rem propriam conducit estimans alienam dominium non transfert sed inefficacem conductionis contractum facit.

Imp. idem. Si olei certa ponderatione fructus annui locasti, de contractu bone fidei habito propter hoc quod evenit minorem solum optulit ponderationem recedi non oportet.

Imp. idem. Si hi contra quos supplicas fructa locatione temporis contra locationem suas operas quatenus bona fides patitur causa cognita competens iudex conventionem fieri iubebit.

Imp. idem. Ad probationem rei proprie vel sue defensionem non sufficit locatio ei facta qui prius de dominio contendere cepit, cum inscia domini proprietatis etenim actis nullum habet consensum, sed exeuntis fructus fuerit contractus locationis non constitisse magis declaratur. Nemo enim sui iure possessionem mutare potest.

Imp. idem. Contractus locationis conductionisque non intervenientibus instrumentis ratus habetur. Et ideo cum quod heredes conductoris etsi non invenerint iustam non uxorem convenire debes. Sane de posteriore tempore quo conductionem ipsa iure prorogationis fuisse adeo fidem probabuntis probans pensiones integras habeas petere.

Imp. idem. Si conductoris fidem implet licet eius gratia fuerint, invitum enim cum sit quod si quis vinum in fundo fuit vel in direptum est, hoc restitui vobis preses provincie iubebit.

Imp. idem. Si quis conductionis titulo dominium vel aliam quamcumque rem accepit, possessionem dominii prius restituere et tunc de proprietate litigare.

Imp. idem. Si ut quereris colonus titulo conducti pro eius prorogasti, dominus fundi stipulanti dare spopon

[illegible gloss]

dit· competens iudex resti
tui iubebit. Nam si conuento
placiti fine stetit· ex nudo pac
to pspicis actionem iure nō
nasci non potuisse.

Id. In iudicio tam locati q̄
conducti dolum et custodi
am non ī casum cui resisti n̄
potest uenire constat.

Id. Cum conductorem edi
ficia que suscepit integ̃ deest
tuisse pponas· hec hr̄des ei
pses puincie instaurare edi
ficiorum int̃ uos hita rōne
iubebit.

Impr. Qualis neq3 procura
tor neq3 conductor alienar
rerum nec fideiussor ul' mā
dator conductorum existat.
alioquin nullam obligōem
neq3 locatori neq3 conducto
ri ex hr' cētu cpete scimus.

Impr. Milites nr̄os alienar
rerum conductores seu procur
atores aut fideiussores uel
mandatores conductorum
fi. phibemus ne omissa ar
morum usu et ad opus rure
stre se conferant uicinis graue
psumpcōe cingulum militaris
existant armis aut non pri
uatis negociis occupentur
ut numinis et signis suis iugi
ter inherentes· rem· pu· a q̄ a
luntur ab omni bellorum ne
cessitate defendant.

Impr. Nemini liceat quāliq̄
domum alienam ul' locum ul'
ergasterium nomine cōduc
tionis accepit alti qm pro eū
domini uoluntate ad eandē
conductōem accessit litem i

inferre cū rem illicitam aut
agenti dampnosam tēpta
uit· s; patere facultatem dn̄s
domos suas ul' ergasteria uel
loca cui uoluūt locandi. Cu
ius inde hominibus qui conduxe
runt a domini sup hoc moles
tia libis confinandis nisi for
te p sc̄ptuiam pacta spālit'
inita cum dominis ul' hys q
p ea conduxerunt legibus iu
deb; cognita· agentis intencio
nibus suffragantur. Qui sic
hys controuersiam sacris iussi
sionibus interdictam ēcūdit cō
mouendam si puatus est
acri' cesus exulii subeat penam
si militat· x. lb. aur dispend
io feriatur.

Id. Conductores rerum alie
narum seu alienam cuiuis;
rei possōnem p̄ca io detinen
tes seu hr̄des eorum si non eā
dominis uolentibus restitue
rint s; litem usq3 ad diffiniti
uam snīam expectauint nō
solum rem locatam s; ī estiā
tōem eius metria pti ad sum
litudinem inuasoris aliene
possōnis pr̄e compellantur.

Impr. Licet retro principes
multa de militibus qui aliena
possōnes ul' domos conduc
tionis titulo procurandas sus
cipiunt sanxisse manifestū
ēēt quia res sic ē contempta
ut neq3 intimnacōnis facte
sine consīonis milites me
mores ad hy' sordida audeāt
uenire ministra et relictis
publicis studiys signis q3 ine
rentibus ad conductōes aliena

num rerum possidere et armorum atrocitatem non in hostes ostendere sed contra nos et forsitan adversus ipsos colonos missos quos curandos susceperant committere. Necessarium duximus ad hanc sacratissimam venire sanctionem aliquos et plenius hoc tantum corrigentes. Iubemus itaque eos omnimodo qui sub armis militant sive maiores sive minores milites autem appellamus eos qui tam sub excelsis magistris militum tolerare noscuntur militiam quam qui in undecim scolis devotissimis taxati sunt nec non eos qui sub diversis optionibus foederatorum nomine decorati saltem in posterum ab omni conductione alienarum rerum temperare. Et sciant se ipsos quod ex ipso tantum ab initio sine aliquo facto vel aliqua sententia cadent a militia et non sit regressus eis ad pristinum gradum neque a beneficio imperiali neque consensu vel permissu iudicis sub quo tolerandam sortiti sunt militiam, nec tamen alienas rei conductionis titulo esse gubernandas existimant, sed a militia secundum quam opinionem amittant et ex militibus pagani et ex decoratis infames constituti. Et quod prohibemus conductorem nec quando penitus in tali publico susceperint et hoc sine aliqua mora vel procrastinatione reddere compellantur. Et sciant et ipsi qui suas facultates per hanc legem eis ad conductionem prohibuerunt in ea lege eorum conamine violata quod nulla eis exactio esse eos concedatur, ut qui alienam appetens constitutus militem procuratorem elegit et a suis cadat redditibus. Pateat autem omnibus hominibus copia apud competentes iudices accusationis, ut qui libet causa delator existat, laudandus magis quam vituperandus intelligatur. Nam quoniam esse invitemorum preceptorum contemptores et ipsos qui eis conductionem rerum ad se pertinentium permiserunt statuimus in futuris casibus optinente.

De iure emphyteotico. Rubrica.

Imperator.

Ius emphyteoticarium neque alienationis neque conductionis titulis adiciendum, sed hoc ius tertium constitutum ab utriusque memoratorum contractuum societate seu similitudine separatum, conceptionem definitionemque habere propriam et iustum esse validumque contractum, in quo cuncta que inter utrasque contrahentium partes super omnibus vel etiam fortuitis casibus pactionibus scriptura interveniente habitis placuerint, firma illibataque perpetua firmitate modis omnibus debeant custodiri: ita ut si interdum ea que fortuitis casibus sicut eveniunt pactorum non fuerint conventione concepta, si quidem tanta emerserit clades que prorsus ipsius rei que in emphyteosim data est faciat interitum

hoc non emphyteotecario cui nichil reliquum mansit, sed rei domino qui ex fatalitate ingruebat, et nullo intercedente eius facto hoc eveniat, imputetur. Si uero particulare uel aliud leue dampnum contigit, ex quo non ipsa rei penitus ledatur substantia, hoc emphyteotecarius suis partibus non dubitet ascribendum.

Imp. In emphyteotecarijs contractibus sancimus, si quidem alie pactiones in emphyteoticis instrumentis fuerint conscripte, easdem et in alijs omnibus capitulis observari et de deiectione eius qui emphyteosim suscepit si solitam pensionem uel publicarum functionum apochas non prestitit. Sin autem nichil super hoc capitulo fuerit pactum, sed per totum triennium neque pecunias soluerit neque apochas domino tributorum reddiderit, uolenti licere ei eum a predijs emphyteotecarijs repellere: nulla ei allegatione in posterum nomine meliorationis uel eorum que emponemata dicuntur, uel pene opponenda, sed omni modo si dominus uoluerit repellendo, nec pretendente quod non est super hac causa inquietatus, cum neminem oportet conuentionem uel admonitionem expectare, set ultro sese offerre et debitum spontanea uoluntate persoluere, secundum quod et antiquiori lege nostri numinis generaliter cautum est.

Ne autem ex hac causa dominis facultas oriatur emphyteotas suos repellere et reditum minime uelle suscipere, ut ex huius machinatione triennio elapso suo iure is qui emphyteosim suscepit cadat, licentiam ei concedimus attestatione premissa pecunias offerre, hisque consignatis et secundum legem depositis minime deiectionis timere periculum.

Id. Cum dubitabatur utrum emphyteota debeat cum domini uoluntate suas meliorationes que greco uocabulo est emponemata dicuntur alienare uel ius emphyteoticum in alium transferre an eius expectare consensum, sancimus, si quidem emphyteoticum instrumentum super hoc casu aliquas pactiones habeat, eas obseruari. Sin autem nullo modo huiusmodi pactio posita est uel forte instrumentum emphyteoticum perditum est, minime licere emphyteote sine consensu domini suas meliorationes alijs uendere uel ius emphyteoticum transferre. Sed ne hac occasione accepta domini minime concedant emphyteotas suos accipere pretia meliorationum que inuenerunt, sed eos deludant et ex hoc commodum emphyteote depereat, disponimus attestationem domino transmitti et predicere quantum pretium ab alio re uera accipi potest. Et siquidem hoc dominus dare maluerit et tantam prestare quantitatem quantam ipsa ueritate emphyteota ab alio accipere potest, ipsum dominum omnimodo hoc comparare. Sin autem duorum mensium spatium fuerit emensum et dominus hoc facere noluerit, licentia emphyteote detur ubi uoluerit sine consensu domini

suas melioratões uendē ℞ huiꝰ tīn psonis que non solent in emphyteoticis cōtrib; uetam ad hoc uenire emptōem sufficit ate(m) aut hre dominos si alius meliorātio sim pfatum mod uendita sit accipe emphyteotam ulius emphyteoticum ad psonas non phitas ſ; concessas et ydoneas ad soluend emphyteoticum canonem trāspone si emphyteota malūit non cōdūce ſ; nouum emphyteotam in possōem suscipe non pdūctorem ul peruratorem ꝫ et ipos dominos p se ul pluttās suas ul si non potuunt ul nolūnt p depōnem in hac q̄ ciuitate apō uirum clarissimum magrm censꝰ ul p̄sentib; tabulariis pat testatōem in puinciis antē apō p̄sides ul defensores celebrandam. Et ne auaricia tenti domini magnam molem pecuniarum ꝓ hoc efflagitent qꝰ usq; ad presens tēpꝰ ꝑpetrari cognouimus nō amplius liceat p subscpcōe ul depōne ñ quinquagesimam ptem pcij ul estimōis loci qui ad aliq̄m psonam trāsfertur accipe. Sin aut nouum emphyteotam ul emptorem melioratōmis suscipe dominus minime malūit et attestatōe fc̄a intra duos mēses hoc face supsedit lic̄e emphyteote ⁊ non consentientib; dominis ad alios ius suum ul emponemata transferre. Sin aut alit fuit usatus q̄m n̄ra constō disposuit iure emphyteotico cadat.

Incipit lib quintꝰ de sponsalib; ⁊ arris sponsaliciis et p sonectiis. Rca.



SPONSALIA

Impr. D. et M. AA. AA. SA. T. Ga

Alii desponsata renunciare condōi ac nubere alii non prohibetur.

Impr. S. ius qui puellam sui nuptiis pactus ē intra biennium exsequi nuptias in eadem puincia degens supersedit eiusq; spatij fine decurso in altius pxea comunctōe puella pueīnt nil fraudis ei sit que nuptias maturando uota sua diucius ludi ñ passa ē.

Impr. A. rris sponsaliorum nomine datis si intea sponsꝰ ul sponsa decessit que data sunt iubemus restitui ñ i cā ꝫ ut nupcie non celebrentur defuncta psona pꝰ uenit.

Alii desponsata desponsata ⁊ ...

Imperator. Si pater pactum de filie nuptiis inierit et forte humana consumptus ad vota non potuerit pervenire, ad interpositos sponsos firmum ratumque permaneat quod a patre docebitur diffinitum. Cum etiam hoc permittatur heredi, nisi forte constiterit quod cum defensore ad quem minoris commoda pertinebant docebitur fuisse transactum. Per iniquum enim nimis est ut esse privatam voluntatem redempti forsitan tutoris ad imitatur arbitrium, cum plerumque et ipsius femine adversus propria commoda invenimatur laborare consilium.

Imperator. Mulier iuris sui constituta arrarum sponsaliarum nomine usque ad duplum teneatur, id est in id quod accepit et aliud tantundem, nec amplius, si post completum vicesimum et quintum annum vel post impetratam veniam etatis atque in competenti iudicio comprobatam huiusmodi arras susceperit. In simplum autem, id est in id tantummodo quod accepit, si minoris etatis est, sive virgo sive vidua sit, sive per se aut per tutorem vel curatorem vel alias personas easdem arras susceperit. Patrem vero vel matrem legitime videlicet etatis constitutos sive simul sive separatim arras pro filia susceperint, avum vero vel proavum pro nepote vel pronepte, in duplum vero tantummodo teneri convenit. Que ita custodiri censemus si non propter personam vel conditionem aut aliam causam legibus vel generalibus constitutionibus interdictam futurum matrimonium constare prohibetur. Tunc enim nullo quidem modo utpote sine causa easdem arras prestitas tantummodo non recte consequens esse perspicimus. Illis hoc adicimus ut, si in legibus prohibite non sint separate nuptie, prestitas arras aut sponsalitias sponsa coniugium sponsi propter turpem vel perditam vel impudicam conversationem aut religionis aut secte diversitatem recusaverit, vel eo quod coitum ex quo spes sobolis oritur facere non potuerit, vel ob aliam iustam causam excusationis, si quidem probatum fuerit ante datas easdem arras sponsalitias hoc idem mulierem vel parentes eius cognovisse, sibi debeant imputare. Sin vero horum ignari sponsalitias arras susceperint, vel post datas arras aliqua iusta causa penitentie intercesserit, eedem tantummodo restitutis super alterius simplici pena liberi custodiantur. Que omnia simul modo in desponsis super recipiendis necnon arris prestitis custodiri censemus. Cum dudum pluribus videlicet pena que antiquioribus legibus diffinita erat in quadruplum arrarum quantitas imputabatur cessante, nisi specialiter aliud ex communi consensu inter contrahentes quadrupli de eadem re placuit. Certa diffinitionem aut legis stipulatio penam in triploris continens fuerit imposita, ex utraque parte nullas vires habebit, cum in contrahendis nuptiis libera potestas esse debeat.

Si rector provincie vel ad eum pertinentes sponsalia dederint. Rubrica.

Imperator. Si quis in potestate publica positus atque honore

administrandarum provinciarum qui parentibus aut tutoribus aut curatoribus aut ipsis que matrimonium contracture sint potestate fruentibus arras sponsalicias dederint iubemus ut deinceps si sui parentes sive heredes mutaverint voluntatem non modo iuris laqueis liberentur peneque statute exceptione sint sed extrinsecus data pignora lucrativa habeant si ea non putaverint esse reddenda. Quod ita pati volumus ut non solum eos administrantes sed etiam administrantium filios nepotes ac propinquos ac participes id est consiliarios domesticos qui locum habent quibus tamen administratorum patrimonium dedit. Implendi autem ideo predicta matrimonii non vetamus quod tempore potestatis ob eas personas de quibus locuti sumus arris fuerit obligatum si sponsarum consensus accedat.

Imperator. De donationibus ante nuptias vel propter.

Multum nupte id est sponsa interest si ea que licitis donatur futurus tradidit uxori et postea in dotem accepit an non donavit sed dotem auxit ut videatur accepisse quod non accepit. Priore enim casu donatio non impeditur, reliqua vero in eo casu sunt dotis efficacie, ut iudicio de dote peti possint; posteriore autem casu inchoatum est donationem, et quod in dotem datum non est non potest repeti.

Idem. Cum te sponse filii tui eodem presidi provincie probaveris ut Eutychiam uxorem ducens munera parentibus eius dedisse nec Teuchria nupserit, restitui tibi quod dedisti iubebit.

Idem. Pollicitatione a fratre tuo sponsalicium causa facta et stipulatione sit deducta, id postulanda non fuit quia in dotem uxor maritum fefellit; exceptionem adversus actionem ex stipulatu recte obicies.

Imperator. Quociens sponse ea lege donatur ut tunc dominium eius adipiscatur cum nuptie fuerint subsecute, sine effectu est.

Imperator. Si aliquet ut sponse dat rerum se repromisit si qui te ficto celibatu cum aliam in matrimonium familie domi reliquisses sollicitat autem ad nuptias petere cum effectu non potes cum tu sponsa uxore domi posita non fuisti.

Imperator. Cum in te simpliciter donationem dicas factam esse die nuptiarum et in ambiguo possit venire utrum a sponso an a marito donatum sit, sic distinguendum est ut si in tua domo donum acceptum est ante nuptias videatur esse facta donatio. Quod si penes se dedit sponsus retrahi possit, uxor enim fuisti.

Imperator. Si cum ante nuptias instrumenta darentur ita conventum est atque huiusmodi conscripta pactio ut si qua sors extitisset contra voluntatem eius et matrimonium distraxisset, tunc que data erant apud eum qui dedisset heredesque eius remanerent. Post quem eius hereditatem accepit cum pacta puella minima supradicta lege susceperat eadem iure postulare.

Id. Si ante tempus maior xxv annis constitutus sponse sue vel etiam ante sponsalia fundum donavit eamque in vacuam induxit possessionem, postea nullo titulo superstite vel testamento eundem relinquente alienare potuisse certi ac manifesti iuris est.

Id. Cum te sponse filii tui quedam donasse confitearis, perfectam donationem rescindi nec mortuo contra te proposito, quoniam tua voluntas iuris quoque auctoritas ratam fecit.

Id. Si sive tue sponsus ei mancipium donavit ac tu metum frequentata libalitatis ratione contulisti, nec nuptiis secutis contra iuris rationem quod dederat abstulit, non invicem datarum restitutionem, sed eius quod violenter rapuit repetitionem competit.

Id. Si res per aras libalitatis causa sponsus tuus tradidit, eo quod ab hostibus postea interfectus est, irrita donatio fieri non potest.

Id. Si mater vestra filie sue sponsori marito pecunia sine ulla repetendi lege donavit et eum in vacuam induxit possessionem, nuptiis divortio solutis perfecta non dissolvitur donatio.

Id. De rebus in sponsam donationis gratia donatis creditores mariti sui, si non prius obligatas sibi probent, eam convenire minime possunt.

Id. Si consentiente matre sponsus filie sue mancipia donavit et his acceptis in dotem non extimatis in matrimonio post decessit mater eademque heres eius facta, offerens restitutionem eorum improbe recusat.

Id. Cum veterum sententia displiceat que donationes in sponsam nuptiis non secutis decrevit valere, eaque largiendi animo inter sponsos et sponsas iure celebrantur redigi ad hus conditiones iubemus, ut sive affinitatis coeunde causa non ita vel in potestate patris degentes vel ullo modo proprii iuris constituti tamquam in futurum causa matrimonii aliquid sibi ipsi vel consensu parentum mutuo largiantur, si quidem sponsus vel parentes eius sortiri filium noluit uxorem, id quod ab eo donatum fuit nec repetatur traditum, et si quid apud donatorem resedit ad sponsam et heredes eius submotis ambagibus transferatur; quod si sponsa vel is in cuius degit potestate causam non contrahendi matrimonii prebuit, tunc et sponso et eius heredibus sine cuiusquam diminutione aliqua per condictionem aut per utilem actionem in rem reddantur, que simili observamus et si ex parte sponse in sponsum donatio facta sit.

Id. Si a sponso rebus sponse donatis interveniente osculo ante nuptias hunc vel illam mori contigit, dimidiam partem rerum donatarum ad superstitem pertinere precipimus, dimidiam ad defuncti vel defuncte heredes cuiuslibet gradus sint et quocumque iure successerint, ut donatio pro parte dimidia stare et solvi pro parte dimidia videatur; osculo vero non interveniente sive sponsus sive sponsa obierit, totam infirmari donationem et donatori sponso vel eius heredibus restitui. Cod. si

Sed etiam necesse est si alia pars augmentum praestat aliam quoque partem incrementum celebrare. Et sic viri alieno aere non impediantur in rebus quibuslibet praedictum augmentum. Aut si debitor sit sic ut fraudis suspicio subesse possit erga creditores omnino res immobiles incremento praestitiant. Si enim mulier immobilibus sibi dominia res mobiles dedit in augmentum, in hac parte dotis nullo utetur privilegio adversus alios creditores.

sponsa interveniente vel non interveniente osculo donationis titulo quod raro accidit fuerit aliquid sponso largita et ante nuptias hunc vel illam mori contigerit, omni donatione infirmata ad donatricem sponsam sive eius successores donatarum rerum dominium transferatur.

Imp. Minoribus aetate feminis et actorum testificatione in ante nuptias donatione ad eas facta omissa si patris auxilio destitutae sint iuste consuletur ut firma donatio sit.

Imp. Si vobis ex priore matrimonio superstitis pater ad secundas nuptias migravit vel non migravit, nullo omnino filiis prioris coniugii ex donatione ante nuptias quam ipse vel alius pro eo uxori quondam eius matri communium liberorum donaverat fuerit cogatur: quoniam in liberis ex priore matrimonio extantibus post secundas nuptias multoque fortius si non fuerint alio marito sociata nullo omnino eisdem filiis ex dote quam pater eorum ipsa vel alius pro ea optulit fuerit compellitur.

Imp. Si constante matrimonio consilium augendae dotis inierit vel uxor forte vel eius nomine quilibet alius in eo dominus marito quod licet seu pro marito cuivis alii tanto donationem ante nuptias a marito maiorem facere quanto dotis augetur titulus. nec obsit in huiusmodi munificentiis interdictas esse liberalitates tempore nuptiarum. Inclinandum enim consensum communi petitum nec unum augendae potestas donationis negetur: dotis in pignus augmentum constituat. Ideoque licet praecipimus in illis matrimoniis in quibus interdum accidit ante nuptias quidem donationem nullam esse solam vero dotem maritum mulierem optulisse, ut in tunc muliere dotem augente liceat marito quoque donationem in uxorem suam eiusdem quantitatis facere quantum aucta dos esse dinoscitur. Pactis videlicet de redhibitione vel retentione auctae dotis vel donationis prout partes consenserint, pari statuto modo ineundis sive in augendis veteribus pactis quae in initio nuptiarum de ante nuptias donatione et dote principali constituenda inita sunt. Iura hypothecarum quae in augenda dote vel donatione fiunt ex eo tempore initium accipiant ex quo eedem hypothecae contractae sunt et non ad prioris dotis vel ante nuptias donationis tempora referantur. Sed et si necessario maritus et uxor ad diminuendam dotem in ante nuptias donationem consenserint liceat eis ad similitudinem diminutionis quae in dote fit in ante nuptias minuere donationem ut pacta de amborum diminutionibus ineunda similia et una esse intelligantur. Exceptis videlicet his casibus in quibus aut maritus ex priore matrimonio liberos habens ad secundas nuptias migravit aut uxor similiter ex priore matrimonio liberis extantibus secundo marito se iunxerit. In hoc enim secundo matrimonio vel a parte mariti

Dos data donationem propter nuptias minuitur. Preterea si propter mulieris solius sit pacta cum ex adverso recuset ur et hoc tes tetur cum sit mobilis signaculo imposito recondat an in grediens iudicium petat hoc fieri ut et parti utrique denunciet nequaquam declinanda est denunciationis exactio. Quod si per dilationem dos non datur et donatio prius denegatur et detinetur mulieri ante nuptias donationis actionem

Permissa est et mirem actio mulieri pro tali donatione.

Eo decursum est ut sponsalicia largitas specialis sit cetus nec insinuationem desideret et si ab alio detur licet in utriusque personam donatio fiat quatenus ipse qui dedit in huncce cetum conscribat hoc quantum ad mulierem. Et si vir vel alius qui dedit eam non insinuat cum ea sit quantitas et pacta dotalium instrumentum cedant parti utrique nullam habet super eis actionem.

vel mulieris vel ab utroque sibi evenerint interdictam esse diminutionem dotis et ante nuptias donationem ne aliquid adversus filios posterius minime machinari videatur censemus.

Imperator. Cum multe nobis interpellationes facte sunt adversus maritos qui decipiendo uxores suas faciebant donationes quas ante nuptias nominavit antiquitas insinuare autem eas factis intuementibus supersedebant ut ineffecte maneant et ipsi que commoda lucrentur dotis uxores aut sine nuptiali remedio relinquerentur. Prius enim scimus emendato nomine ita rem corrigi et non ante nuptias donationem eam vocari sed propter nuptias donationem. Quare enim dotem quidem constante matrimonio mulier dare marito conceditur donationem aut marito non ante nuptias facere non permittitur et que huius rei dicta rationabilis potest inveniri cum insuluserat mulieribus propter fragilitatem sexus quam maribus subvenire? Sicut enim dos propter nuptias fit et sine nuptiis nulla dos intelligitur sine dote aut nuptie possunt celebrari ita et in donationibus quas fatiunt mariti usque plurimis aliis dicere aptatum est et constante matrimonio talem donationem facere quia quemadmodum anti quod est et ferma quod est dos quidem est dotem data antiferna hec possunt intelligi non simpliciter donationis. Ideo enim et antiquitas inius mitte donationes in dotes conditores communicant. Si igitur et nomine et substantia nichil differat a dote ante nuptias donatio quare non et ei similiter matrimonio contracto dabitur? Scimus itaque omnes liceri hec sive prius quam matrimonium contrahatur sive postea donationes mulieribus dare propter dotis donationem ut non simplices donationes intelligantur sed propter dotem et propter nuptias facte. Simplices etenim donationes non propter nuptias fiunt sed propter nuptias venire sunt et propter alias causas in hubidinem forsitan et unius partis egestatem non propter ipsam nuptiarum affectionem efficiuntur. Si igitur dote iam prestita marito nulla ante nuptias facta donatione donare mulieri res maluerit itatamen ut dotis quantitatem non excedant et hoc ipsum significavit quod non simplicem donationem faciat sed propter dotem iam perceptam et ipse ad donationes venerit licebit ei hoc facere. Et supponatur pactis dotalibus huiusmodi donatio. Et si quod hoc fuerit specialiter expressum pacta conventa fuerint. Si autem donatio talis facta sit utpote aut dotali instrumento antecedente nulla pacta tali donatione post nuptias infante re ipsa videatur esse hoc pactum, in fine dotales conventiones intelligatur et in tali donatione pacta fuisse conventa ut equis passibus utraque tam dos quam donatio ambulet. Ita tamen ut leoniana constitutio que super exactione pactionum loquitur non in quantitate sed in partibus maneat in hiis casibus intacta non solum ea immutilata custodienda.

atur. Sed iam cum de incertitate eius fecimus ambiguitatem eius tollentes. Dispensauimus enim factis pactionibus maiorem lucri partem ad minorem deducendam esse censemus ut eodem modo utrique in minorem partem lucretur. Similique modo si facta fuerit talis donatio que antea quidem ante nuptias uocabatur nunc autem propter nuptias non autem fuerit actis interuenientibus insinuata, licebit et constante matrimonio eam insinuare nullo obstaculo pertemporis ex nuptiarum interuentu faciendo. Sicut enim eas post nuptias fieri concedatur, multo magis insinuari. Cum autem quis et ea consideratione quam pro augendis tam dotibus quam ante nuptias donationibus fecimus intacta illibataque obseruetur. Omnibus uidelicet que de simplicibus donationibus inter maritum et uxorem constante matrimonio uel a ueteribus uel a nobis statuta sunt in suo robore duraturis.

Imperator. De nuptiis. Rubrica.

Cum de nuptiis futuris puelle queritur nec inter tutorem et matrem et propinquos de eligendo futuro marito conuenit, arbitrium presidis prouincie necessarium est.

Idem. Si nuptiis pater tuus consensit, nihil obest quod instrumento ad matrimonium pertinente non subscripsit.

Idem. Libertum qui patronam seu filiam patroni uel coniugem uel neptem uel proneptem ducere ausus fuerit, apud competentem iudicem accusare poteris

moribus ipsorum in eorum congruentem finem daturum quibus hii coniunctiones odiosas esse merito duxerunt.

Imperator. Ubi concubinas parentum suorum uxores ducere non possunt, quia minus religiosam et probabilem rem facere uidentur, qui si hoc esse fecerint crimen stupri committunt.

Idem. Si uitricus pater quondam mariti tui maritus fuit postea te cognitis nuptiis uiris non decessit [?] uereri non debes ne nepotem suum non agnoscat.

Imperator. Et si contra mandatum principum contractum sit in prouincia a consentiente muliere matrimonium tamen post depositum officium si in eadem uoluntate perseuerauerint iuste nuptie efficiuntur, et ideo postea liberos susceptos natos ex iusto matrimonio legitimos esse. Iuris prudentissimi Pauli decl

Idem. Si uit. pomis po[...] arat. querelam de marito a filia ad te delatam dissolutum est matrimonium non te consentiente ad eundem regressa est, minus legitima coniunctio est. Potestate atque ideo non petente te filia petitionem dotis repetere non prohibeberis.

Idem. In copulandis nuptiis nec curatoris qui solam rei familiaris sustinet administrationem nec cognatorum uel affinium ulla auctoritas potest interuenire, sed spectanda est eius uoluntas de cuius coniunctione tractatur.

Idem. Si uicinis uel aliis scientibus uxorem liberorum procreandorum [...]

[illegible gloss]

Sed et novo iure nulla dignitas prohibet cum liberta nuptias celebrare dotalibus instrumentis confectis.

[illegible gloss]

candorum eam domi habuisti et ex eo matrimonio filiam suscepisti quamvis neque nuptiales tabule neque ad natam filiam pertinentes facte sunt, non ideo minus veritas matrimonii aut suscepte filie suam habet potestatem.

Imp. Cum non ex senatore patre procreatam cetu clarissime femine nomen adeptam dicas, claritas que beneficio mariti parata est, si posterioris mariti per ea sortita es, redacta ad prioris dignitatis statum deposita est.

Idem. Simulata detinet uxorem tuam a parentibus suis interpellatus rector provincie amicus noster exhibita muliere voluntatem eius secutus desiderio tuo medebitur.

Idem. Nec filium quidem familias invitum ad ducendam uxorem cogi legum disciplina permittit. Igitur sicut desideras observatis iuris preceptis sociari coniugio tuo quam volueris ita tamen ut in contrahendis nuptiis patris tui consensus accedat.

Idem. Neque sine nuptiis instrumenta facta ad probationem matrimonii sunt idonea diversum veritate continente, neque non interpositis instrumentis iure contractum matrimonium irritum est, cum omissa quoque scriptura cetera nuptiarum indicia non sunt irrita.

Idem. Neque ab initio matrimonium contrahere neque dissociatum reconciliare quisquam cogi potest. Unde intelligis liberam facultatem contrahendi atque distrahendi matrimonii transferri ad necessitatem non oportere.

Idem. Uxorem libertam suam manumissor si non sit ex his personis que specialiter prohibentur ducere nec interdictum, ex eo matrimonio iusto susceptos filios nasci certissimum est.

Idem. Patrem qui filiam exposuit ac nunc adultam sumptibus et labore tuo factam matrimonio coniungi filio desiderantis favere voti convenit, qui si remittat alimentorum solutionem in hoc solum ... non debet parere.

Idem. Nemini liceat contrahere matrimonium cum filia nepte pronepte, itemque matre avia proavia et ex latere amita ac matertera, sorore sororis filia et ex ea nepte, preterea fratris filia et ex ea nepte, itemque ex affinibus privigna noverca nuru socru ceterisque que iure antiquo prohibentur, a quibus cunctos volumus abstinere.

Imp. Ubi enim incestas iuris desit, ibi nullum matrimonium esse evidenter sepe scriptum est.

Imp. Vidue intra quintum et vicesimum annum degentes, etiamsi emancipationis libertate gaudent, tamen sine patris sententia nuptias non conveniant. Quod si in coniunctionis delectu mulieris voluntas patris repugnet, finem et propinquorum placet admodum ut in virginum coniunctionibus sanctum est, hoc ex animi auctoritate quoque iudiciarie cognitionis adiungi, ut si pares genere ac moribus competitores sint, is potior estimetur quem sibi consulens mulier approbaverit. Sed ne forte hi qui gradu proximo ad viduarum successionem vocantur honestas nuptias impediant,

[illegible gloss]

Item si servus hereditatis. R. non concedo ut C. l. in charta, convalescat. set de novo incipit. hic futura. ad iniusta conc[...] si ... non obstat. ff. de leg. i. const. l. non dubium. in. Rn. intent[...] illi. l. que loquitur in prohibitis que hic non est contrarium. [...] sunt huic l. i. si qua autem ... ff. de ... l. ... nuptie qui ipso ... ff. de dona. ... inter vir. et ux. l. ... ff. de don. inter vir. et ux. l. donationes.

Ut fieret ferat ad titulum leges. immo sub quo posita est. l. iter quam ... Ne filium ... ut ff. ... si cogitur. l. si patre. In preceptis. que sunt iuris. c. per totum. et ... xxxii. q. ii. ... domino dicitur. ... q. iii. ... xxvii. q. ii. c. i. ... Et quod continet plus valet quam dicitur ...

Si superponis ... [illegible]

si huius rei suspitio processit eorum nolumus autem iudicium succedere ad quos in sistatur sors intercessit tamen hereditatis commodum pervenire non possit.

Imp. Celebrandis inter consobrinos matrimoniis licentia huius legis salubritate indulta est, ut renovata prisci iuris auctoritate restrictisque calumniarum fomitibus matrimonium inter consobrinos habeatur legitimum, sive ex duobus fratribus sive ex duabus sororibus sive ex fratre et sorore nati sunt, et ex eo matrimonio editi legitimi et patribus successores habeantur.

Imp. In coniunctione filiarum in sacris positarum patris expectetur arbitrium. Si sui iuris puella sit intra quintum et vicesimum annum constituta, ipsius quoque exploretur assensus. Si patris auxilio destituta matris et propinquorum et ipsius quoque requiratur adulte iudicium. Si vero utroque orbata parente sub curatoris defensione consistat, et inter honestos competitores mutuum oriatur forte certamen et queratur cui potissimum puella iungenda sit, si puella cultu verecundie propriam noluit deprimere voluntatem, coram positis propinquis iudici deliberare permissum sit cui melius adulta societur.

Imp. A caligato milite usque ad protectoris personam et sine aliqua sollempnitate matrimoniorum liberam cum ingenuis dumtaxat mulieribus contrahendi coniugii permittimus facultatem.

Imp. Si donationum ante nuptias vel dotis instrumenta defuerint, pompa etiam alia quoque nuptiarum celebratione omittatur, nullus existimet ob id deesse recte alias inito matrimonio firmitatem vel ex eo natis liberis iura posse legitimorum auferri, et inter pares honestate personas nulla lege impediente consortium quod eorum [i. naturalium] consensu atque amicorum fide firmatur.

Imp. Imperialis benivolentie proprium hoc esse iudicantes ut omni tempore subiectorum commoda tam investigare quam eis mederi pervenimus, lapsus quoque mulierum per quos indignam honore conversationem imbecillitate sexus elegerint cum competenti moderatione sublevandos esse censuimus, minimeque eis spem melioris condicionis adimere ut ad eam respicientes improvidam et minus honestam electionem facilius derelinquant. Quam enim ita credimus dei benivolentiam et circa genus humanum divinam clementiam quantum nostre nature possibile est imitari, qui cotidianis hominum peccatis semper ignoscere dignatur et penitentiam suscipere nostram et ad meliorem statum reducere, quod si et nos in imperio subiectos nostros facere distulerimus nulla venia digni esse videbimur. Itaque cum iniustum sit servos libertate donatos posse per clementiam indulgentiam suis natalibus restitui, per quam hoc principale beneficium ita degere quasi numquam defuerint, sed ingenui nati essent, mulieres autem que scenicis sese ludis immiscuerunt, postea vero spreta mala condicione ad meliorem migravere sententiam et inhonestam

Ex hac l. ... [illegible] ... doctoratus non faciat ... dignitas.

Cum te diffitia est inter eam que sortita est nomen femine clarissime per premisse senatorem et ea que postea nupta est. ... dignitatem si sit nupta viro ordinis inferioris ... uxor retinet dignitatem si est vidua aut non nubat ... viro inferioris ordinis ... consulalem dignitatem impetret a principe. ut ff. de senat. ... l. si nupta. l. ... dig. l. mulieres. in aut. de nupt. ... ff. ad municip. filii ... vidua. i. clarissime. illustris. ... ordinis ... plebeius ... simpliciter. i. inferioris dignitatis. ...

Si iuncta maritus ... Que habebat exhibita permittitur ... lib. x. cxi. ut ff. de lib. ... cxlvi. l. imo.

Si et novo iure alibi ... ut liberis cum filia senatoris. dotalibus. i. nuptialibus et est speciale ... neque sine ac ... ponit. puta ad aliquid speciale c. filio. tuo. de ...

Patre ex ... subaudit ... testificantis ... qui. s. pater. Permittitur consentire ... quod patria potestas sit soluta ... ff. de infanti. ex l. ii. ... ff. de infanti. ex l. ii. ... consensum. eius mulieris pater potest eam dare filio suo quod ... concedunt vel dic aliud in servo et liberto quam filio ut ... l. ... solum. regulariter. ut ff. de negg. l. i. ... ff. de condic. l. ... Accursius

[illegible]

Quod eis permittitur et firmatur in tali professione sed cessaturas. quia legibus expressum est illicite vel iniuriam dum fieri non oportere. et pena puniri si qua est in eum iusiurandum dare qui exegit.

Maximus decorati dignitatibus usque ad illustres non insi dotalibus instrumentis conscriptis recte celebrant nuptias licet autem dignitatem celsitas retineant excepto barbaris. reliqui omnes affectu solo recte copulantur nuptiis.

Nemini permittatur etc. Imperialibus ad eam meliorem condicionem respicientes etc.

professionem effugiunt nullam spem principalis huius beneficii quae eas ad illum statum reducet in quo si nichil inhonesti peccatum esset commorari poterant presenti devinctissima sanctione principale beneficium eis sub ea lege condonamus ut si delicta mala et inhonesta conversatione commodiorem vitam amplexe fuerint et honestati sese dederint liceat eis nostro supplicare numini ut dignos affatus sine dubio mereantur ad nostram eas veniam permittentes liminibus quibus eis coniungendi sunt. nullo timore tenendis ne sanctitati preteritarum legum infirmum esse videatur tale coniugium. Sed ita validum huiusmodi permanere nostrum confidentibus qui nulla precedenti inhonesta vita eas uxores duxerint sive dignitate preditis sint sive alio modo foeminas in nostro ducere prohibeantur. dum tamen dotalibus omnimodo instrumentis non sine scriptis tale peragetur coniugium: nam omni macula penitus direpta et quasi natalibus suis huiusmodi mulieribus redditis neque vocabulum inhonestum inherere eis decreto volumus neque differentiam eas habere cum his que nil simile peccaverunt. Sed et liberos ex tali matrimonio procreatos suos et legitimos esse patri. et si alios ex priori matrimonio legitimos habet bona eius tam ab intestato quam ex testamento isti quod sine impedimento percipere possint. Sed et si tales mulieres postumum reputatum ad preces earundem datum ad nostram venire distulerint salvam eis nichilominus existimationem fieri pre-

cipimus tamen in aliis omnibus quam ad eam mittendam quibus voluerint suam substantiam et suscipiendam competentem secundum leges ab aliis relictam vel ab intestato delatam hereditatem. Similiter non tale meritis ab imperatore beneficium mulieribus illas esse volumus que dignitatem aliquam habent et si non serenissimo principi supplicaverunt ultroneam tamen donationem a nostro numine meruerunt. ex qua dignitate aliam omnem maculam penitus earum honoribus legitime coniungi mulieres prohibentur abolere penitus. Cuius illud adiungimus ut et filie huiusmodi mulierum si quas post expurgationem prioris vite nostris fuerint nate non videantur scenicarum esse filie nec subiaceant legibus que prohibuerunt filias scenicarum certos homines in matrimonio deducere. Sin vero nostra potestate sive liceat precis offerentibus invictissimo principi sacrum sine ullo obstaculo matrimonium reputatum per quod ita nubere eis permittatur quasi non sint scenice immatris filie. nec iam prohibeantur illis copulari quibus scenice filias vel dignitate vel altius causa est gratia uxores ducere interdicitur. ut tamen omnimodo dotalia inter eos instrumenta conficiantur. Sed et si qua scenica in morte periclitata que usque ad mortem suam in eadem professione duraverit post obitum eius preces imperatorie clementie optulit et divinam indulgentiam invenerit liberationem inpie munere et iuvencula liminis condonata esse istam quod posse sine metu priorum legum matrimonio

Nemini permittatur etc.

Nemini permittatur etc. Nuptie consiste[illegible] ... [illegible]

Caligato. qui est caligatis dicitur qui habet acreas ferreas. pretectionis. i. peditis. qui tegit et protegit armatos milites vel caligati vocati in finitum et obscurum. ut in auth. quibus mo. na. ef. sui. l. e. §. quisquis protector ergo erit maior q. d. amiorem usque ad maiorem vel tertio est. milicia pedestris et equestris pedestres milites. dicuntur qui habent caligas de corio. et hinc dicuntur caligati milites equestres qui in equis vadunt. vel mo. q. hodie est usus generalem q. hec lex dicit. ut sine sollempnitate scripture et aliorum quo dicitur. s. l. pr. celebratur. matrimonium c. l. neque sine. et i. de repu. aut.

Sidonia cum instrumentis. sic. ff. mus. ii. aut. ut lite ma. ta. §. quia vero dud. po. i. communi familie. accursius.

ff. de ritu nupt. l. palam. §. non solum. et penitencia quo ad deum non quo ad mundum non solum principem valeat. vocabulum. sic. ff. de feriis. l. a nullo. de stu. lenit. idem si qui numquam venerunt sic. ff. de eo ob t. c. si repetendi. sic ergo late interpretatur concessio sic. ff. de const. princ. l. fi. et ff. de re. iu. quidam consulebat. ii. de bo. ua. l. si quis. p. ceteram aut inceptu compleret facere sumavit. ceterum vide sequitur. aut. quod eis etc. que est ex cor. scenicis etc. titur. sic tal. ex permissione. l.

Quod eis. al. eis et alibus. permit. deseritur sacramentum ratione pietatis ut. ff. de obsequiis. l. ulti. tal. ratione tacite conditionis. ut. s. de non nu. pec. l. fi. et tal. quia cum l. fiat. ut. s. tel. et consti. indubitum.

Illis copulari qui dudum scenicae filiam uxorem ducere prohibebantur.

In hoc etiam illud renovandum esse censemus, quod in prioribus legibus obscurius constitutum est, ut matrimonia inter impares honestate celebranda non aliter valeant quam si nuptialia dotalia instrumenta confecta fuerint. His vero intercedentibus omnimodo firma sint sine aliqua distinctione personarum, si modo liberae sint et ingenuae mulieres, nulla quoque nefariarum vel incestarum coniunctionum subeunt suspicio. Nam nefarios et incestos coitus omnibus modis amputamus, sicut et illos qui priscarum legum sanctione specialiter vetiti sunt, exceptis videlicet his quos praesenti lege permisimus legitimo iure communiri praecipimus. Cuius itaque per hanc legem generalem ita constitutis et decreto confirmandis pariter in his coniunctionibus ex subiecto tempore factas secundum praedictam distinctionem iudicium praecipimus, ut si quis talem uxorem ab initio non nuptiis, postea autem etiam duxerit et liberos ab ea procreaverit, iustos et liberos eos, itaque tam ab intestato quam ex testamento successores habere, et legitima in posterum ea uxore in eodem matrimonio manente et praecedentes quoque sibi liberi sint.

Idem. Sancimus si quis nuptiarum fecerit mentionem in qualicumque pacto, quod ad dandum vel faciendum vel non dandum vel non faciendum concipitur, et si nuptiarum tempus dixerit, sive nuptias nominaverit, non aliter intelligi esse condicionem adimpletam, nisi ipsa nuptiarum accedat festivitas, et non esse tempus inspiciendum in quo nuptiarum aetas vel feminis post duodecimum annum completum vel maribus post quartum decimum completum accesserit, sed ex quo vota nuptiarum re ipsa processerint. Sic enim et antiqui iuris contentio dirimetur et immensa librorum volumina ad mediocrem modum pervenient.

Idem. Si furiosi parentis liberi in eius potestate constituti sint, nuptias posse contrahere apud veteres dubitabatur; et filiam quidem furiosi marito posse copulari omnes paene iuris antiqui conditores admiserunt. Sufficere enim putaverunt si pater non contradicat. In filio autem furiosi dubitabatur, et Ulpianus quidem retulit constitutionem imperatoris Marci, quae non de furioso loquitur, sed generaliter de filiis mente captis, sive masculi seu feminae sint, qui nuptias contrahunt, ut hoc facere possint et non adito principe, et talia dubitatione exorta ex hoc exigente, si hoc quod in dementiae introducit constitutio, in furiosis optinendum est quasi exemplo mente capti et furiosi filios adiuvantes. Cuius itaque dubitationis tales ambiguitates decidentes, sancimus hoc repleri quod divi Marci constitutionem decet, ut non solum dementis sed etiam furiosi liberi cuiuscumque sexus possint legitimas contrahere nuptias, tam dote quam ante nuptias donatione a curatore eorum praestanda, existimatione tamen [...]

quod regia urbe excellentissimum prefecti urbis, in provinciis autem virorum clarissimorum earum presidum vel locorum antistitum opinione personeque cum modo ac dotis et ante nuptias donationis constituenda a presentibus tamen curatoribus dementis vel furiosi quam his qui ex genere eorum nobiliores sunt; ita tamen ut nulla ex hoc expensa causa oriatur vel in hac regia urbe vel in provinciis iactura substantie furiosi vel mente capti, sed gratis omnia procedant, ne tale hominum infortunium et expensarum detrimento pregravetur.

Idem. Si quis alumpnam suam libertati donavit et matrimonio suo collocavit, dubitabatur apud antiquos utrum huiusmodi nuptie legitime esse videantur an non. Nos itaque vetustam ambiguitatem decidentes scimus non esse vetitum huiusmodi matrimonium censemus. Si enim ex affectu omnes introducant nuptie et nichil impium neque legibus contrarium in tali copulatione expectamus, quare per quas nuptias inhibendas existimamus? Si enim sic impius invenietur homo qui unquam a vitiato loco filie habuit eam pro ea in suo collocavit matrimonio, sed et credendum est quod eam et ab initio non ut filiam educavit et libertati donavit et dignam esse pro ea suo putavit matrimonio. Ea videlicet persona omnimodo ad nuptias veniente prohibenda quam aliquis sive alumpna sit sive non a sacrosancto baptismate suscepit, cum nichil aliud sic inducere potest paternam affectionem et

vinctarum nuptiarum per hoc donationem quoniam hos nexus per quem mediante deo animi eorum copulate sunt.

Idem. Scimus nuptias que inter masculos et feminas maiores vel minores sexagenariis vel quinquagenariis lege Iulia vel Papia prohibite sunt homines volentes contrahere ex nullo modo vel ex nulla parte tales nuptias impediri.

Idem. Si vivente quis uxorem habeat deinde inter senatores scribatur dignitate illustratus, an solvatur matrimonium apud Iulianum querebatur, quia lex Papia inter senatores et libertas stare connubia non patitur. Nos gratias dei sequentes iudicium non patimur in uno eodemque connubio mariti felicitatem uxori fieri infortunium, ut quantum viro maltum tollatur tamen et coniunx eiusdem decrescat, immo magis penitus depereat. Absit itaque a nostro tempore huiusmodi asperitas et firmum maneat huiusmodi matrimonium et uxor concrescat marito et sentiat eius fulgorem stabileque maneat matrimonium, et ex huiusmodi superveniente minime diminutum. Censemus quomodo et si privati hominis filia ad libertatem venerit connubium et pater pro ea mulieris ad senatoris dignitatem fuerit elatus, taceat Papie legis crudelissima sanctio, et neque per hunc modum solvatur matrimonium inter filium senatoris filiam et libertum, ne soceri prosperitas sine genero inveniatur, sed minus esse enim legis Papie severitatem in utroque casu compescere.

Incestas nuptias contrahentis pena est confiscatio tam ceterorum quam dotis, exilium, cingulum si quo potitur spoliatio, verberatio si vilis est. Et femina quoque scienter talia peccante similis pena subiungenda. Substantia sic commissa liberis habitis ex priori sive iustis filiis si quos habet legitimos applicatur, ut tamen pars ab eis alatur; quibus non extantibus fisco defertur.

Ex complexu nefario aut incesto seu dampnato liberi nec naturales sunt nominandi, omni successione parentis (?) nec non ... indigni beneficio ut nec alantur a parentibus.

Licet quidem enim secundum hominum ... diversa (?) non ex vitio mulieris et mariti secundum ex praedicta altius perforatum causam; cum enim ex una parte vitium nascitur, consequens est ut nulla lege tollatur.

De incestis et inutilibus nuptiis. Rubrica.

Imp. Sublata eadem prior uxore (?) a te multo discessit, conubium cum alio non habet, si modo uxorem eam habere velis.

Imp. Neminem qui sub dicione sit Romani nominis binas uxores habere posse vulgo patet, cum et in edicto praetoris huiusmodi viri infamia notati sunt. Quam rem competens iudex inultam esse non patietur.

Imp. Cum ancillis non potest esse conubium; nam ex huiusmodi contubernio servi nascuntur. Edicto praecipimus ne decuriones in gremia potentissimarum domorum libidine servarum deducente confugiant. Si enim decurio clam actoribus et procuratoribus nescientibus alienae fuerit servae coniunctus, et mulierem in metallum trudi per sententiam iubemus et ipsum decurionem in insulam deportari, omnibus bonis eius civitatis cuius curialis fuerat mancipandis, si propria potestate fuerit liberatus nullosque habeat liberos vel parentes vel etiam proximos qui secundum legum ordinem ad eius successionem vocantur. Et si actores vel procuratores loci in quo flagitium admissum est fuerint conscii vel compertum facinus prodere noluerint, metallo eos convenit implicari. Edicto dominus h[...] si permisit vel postea cognitum celaverit, si quidem in agro id facinus est, rebus quae cultum cum mancipiis et pecoribus ceterisque rebus quae cultu rustico sustinentur fisci iuribus vendicentur. Edicto in civitate id facinus est, dimidiam bonorum omnium partem praecipimus confiscari, penam augentes, quanto intra domesticos parietes scelus admissum est quod noluit mox cognitum publicare.

Imp. Quicumque legum praecepta vel constitutiones principum nuptias forte contraxerint, nihil ex eodem matrimonio sive ante nuptias donatum sive deinceps quoquo modo datum fuerit consequantur, idque totum quod ab alterius liberalitate in alterum processit, ut ab indigno indignave sublatum fisco vendicari sancimus. Exceptis tamen feminis quae iuris quidem errore facti sunt (?) simplici et non affectato insimulatove neque ex causa ulli decepti sunt aut aetatis lubrico lapsi, quos tamen ita demum legis nostrae laqueis eximi placuit si aut errore comperto aut ubi ad legitimos pervenerint annos coniunctionem huiusmodi sine ulla procrastinatione diremerint.

Imp. Fratris uxorem ducendi vel duabus sororibus coniungendi cunctis penitus licentiam submovemus, nec dissoluto quocumque modo matrimonio.

Imp. Si quis incesti vetitique coniugii sese nuptiis funestaverit, proprias quidem, dum vixerit, teneat facultates. Sed neque uxorem neque filios ex ea editos habere credatur. Nihil prorsus penitus ... per interpositam personam vel dom[...]

superstes vel mortuus relinquat. Nos siquidem forte sollemniter aut data aut promissa fuerint, iure antiquum fisci nostri commodis accedat. Testato suo extraneis nihil relinquant, sed sive testato sive intestato legibus eis etiam invitis succedant. Si qui forte ex iusto matrimonio editi fuerint, hoc est de descendentibus filius filia nepos neptis pronepos proneptis, de ascendentibus autem pater mater avus avia, de latere frater soror patruus amita. Testamenti sane eis demum habeant facultatem, ut his tantummodo personis pro iuris ac legum quod voluerint relinquant arbitrio, quas succedere imperialis rescripti tenore mandavimus. Ita tamen ut ab hereditate defuncti penitus arceatur, si quis ex his quos memoravimus in contrahendis incestis nuptiis consilium inisse monstrabitur, successuro autem in locum ipsius qui proximum gradum proximus invenietur. Ea sane que de viris cavimus, et de feminis que predictorum sese consortiis commaculaverint custodiantur, memoratis vero personis non extantibus fisco locus pateat.

Imp. Humilem vel abiectam minime iudicamus eam intelligi que licet pauper, ab ingenuis tamen parentibus nata sit. Unde licere statuimus senatoribus et quibuscumque amplissimis dignitatibus preditis ex ingenuis tamen parentibus natas, quamvis pauperrimas, in matrimonium accipere, nullam quippe inter ingenuas ex divitiis et opulentiore fortuna esse distantiam. Humiles vero subiectas quas personas esse tantummodo mulieres censemus: ancillam, ancille filiam, vel libertam, liberte filiam, scenicam vel scenice filiam, tabernariam vel tabernarii aut lenonis aut arenarii filiam, aut eam que mercimoniis publicis prefuit. Idem quod his nuptias inhibuisse senatoribus harum feminarum quas nunc enumeravimus equum est.

Imp. Licet quidam Egyptiorum ideo mortuorum fratrum suorum coniuges matrimonio copulaverint, quod post illorum mortem mansisse virgines dicebantur, arbitrati videlicet, quod certis legum conditoribus placuit, cum corpore non convenerint, nuptias contracte non videri, et huiusmodi connubia tunc temporis celebrata firmata sunt, tamen presenti lege sancimus, si que huiusmodi nuptie contracte fuerint, eas et ex his progenitos antiquarum legum tenori subiacere, nec ad exemplum Egyptiorum de quibus superius dictum est easdem fuisse firmatas vel firmandas.

Imp. Ab incestis nuptiis universi qui nostro reguntur imperio noverint temperandum. Nam rescripta quoque omnia vel pragmaticas formas aut constitutiones impias que quibusdam personis tyrannidis tempore permiserunt scelesto contubernio matrimonii nomen imponere, ut fratris filiam vel sororis vel eam que cum fratre quondam nuptiali iure habitaverat uxorem legitimam turpissimo consortio liceret amplecti aut ut alii

V

ieodem gradu . cu qui excluditur est ad l. istam . xxxv . q . vii.
quindem ti . de minoribus que sunt . ff . l . unica . tj . de his sedis.

in toti in mares nec dum feias . ß . dicesimale . ß . cau . ur . b . da . vnte
anne p sistitur scia . ut . ff . de ritu . nupt . l . si . ff . de cor . ß . l . s . dum

abr committentur nimis certe
decimus nec dissimulone ecl
pabili nefanda lima robore tur.

De interdicto matrimonio inter pupillam et tutorem seu curatorem liberosque eorum.

Senatus consulti auctem quo matrimonium pupillam et tutoris filium connubium celebrare sublatum est cum unum iusti-
tatis a impietie uelamentis [illegible]

Impr. Cum proponas ei quam in matrimonio tuo iunctam fuggis-
tis ab his uos susceptos curatorem
prem tuum datum quem co-
tendis nec te in potestate habuisse
cum inte esset nulli . ex post
facto uiciari non potuit iustam
matrimonii ptatem metuere non debes
et dotem consequatur, nisi specialiter pro dote ei maritus eam dereliquerit, cum manifestissimum est testatorem, qui non hoc addidit, voluisse eam utramque consequi. § Maneat ex stipulatu actionis ius ad successores et sine mora transmissionis incorruptum. § Taceat in ea retentionis verbositas. Quid enim opus est inducere ob mores retentionem, alio auxilio ex constitutionibus introducto? § Vel ex qua causa ob res donatas retentio introducatur, cum sit donatori facultas per actionem in rem directam vel per utilem vel condictionem suo iuri mederi? § Sed nec retentio ob res amotas necessaria est, cum pateat omnibus maritis rerum amotarum iudicium. § Sileat ob liberos retentio, cum ipse naturalis stimulus parentes ad liberorum suorum educationem hortatur: ne variam generis culpae mariti vel uxores excogitent, ut possint eadem retentione uti, cum iam in imperialibus constitutionibus statutum sit, si culpa mulieris dissolutum fuerit matrimonium, quid fieri oporteat. § Sed nec ob impensas in res dotis factas retentio satis nobis videtur idonea. Cum enim necessariae expensae dotis minuunt quantitates, utiles enim expensae non aliter in rei uxoriae actione detinebantur nisi ex voluntate mulieris, non ab re est, si quidem voluntas mulieris intercedat, mandati actionem adversus mulierem a marito vel uxorem indulgeri, quatenus possit consequi

hoc quod utiliter impensum est ob fructus vel si non intercedat mulieris voluntas, utiliter tamen res gesta est, negotiorum gestorum adversus eam sufficit actio, quod si voluptariae sunt, licet voluntate eius expensae, deductio operis quod fecit sine laesione tamen prioris speciei marito relinquatur, ut sit omnium retentionum expeditus tractatus, et ex stipulatu actio secundum suam naturam in nullo accipiat retentionem. § Illo procul dubio in ex stipulatu actione observando, ut si decesserit mulier constante matrimonio, dos non in lucrum mariti cedat nisi ex quibusdam pactionibus, sed ad heredes mulieris ex stipulatu actio secundum suam naturam transmittatur, sive expressa fuerit stipulatio sive hac lege inesse intellegatur. § Cum autem in exactione dotis ex stipulatu quidem actio naturaliter restitutionem dotis a parte mariti vel uxoris illico et in solidum fieri iubebat, rei uxoriae actio autem annua bima trima die in his quae pondere numero mensura ve consistunt exactionem pollicebatur, et non in solidum sed quantum maritus facere potest, si non dolo malo suam diminuit substantiam, in hac parte eandem figuram ex stipulatu damus actioni, ut si matrimonium fuerit dissolutum nullo pacto adhibito, maritus condemnetur in quantum facere potest, quia hoc aequissimum est et reverentiae debitum maritali, si non dolo malo est versatus, sed cautione videlicet ab eo exponenda, quod si ad meliorem fortunam

[illegible gloss]

pervenerint et quod nimius solutionis hoc restitutione procuraret. § Exactio autem dotis celebretur: non annua bima trima die, sed omnimodo intra annum in rebus mobilibus vel se moventibus vel incorporalibus: ceteris videlicet rebus que solo continentur illico restituendis, quod commune utriusque fiat actionis. § Sin autem supersedit res mobiles vel se moventes vel incorporales praeannale tempore restituere, vel ceteras res statim post dissolutum matrimonium, et usuras estimationis omnium rerum que extra immobiles sunt usque ad tertiam partem centesime ex bona fide introducendas maritus praestet. § Fructibus videlicet immobilium rerum pro mulieris ex tempore dissoluti matrimonii praestandis, similique modo pensionibus vel vecturis navium sive iumentorum vel operis suorum vel questu civilium annonarum et aliis que sunt eis similia pro mulieris restituendis. § Et in sequenti capitulo sua ex stipulatu actio utatur natura, ut si mulier a marito fuerit heres instituta, et legis Falcidie idem esse et oppositis debitum liceat ei sicuti alia debita ex substantia mariti subtrahere, et sic quartam partem deducere. § Cumque ex stipulatu actio in his casibus quos enumeravimus propriam habeat naturam, necessarium est in sequenti tractatu ea exponere que vel communia sunt utriusque actionis, vel que in solam ex stipulatu actionem colligimus vel propria natura que rei uxorie actionis exinde aut ex stipulatu actionem accommodanda. Itaque partus dotalium ancillarum, id est que extimate non sunt, vel que fundi dotales quacumque ex causa nisi ex re mariti vel operis suis acquisierint, ad mulierem pertinere utraque actio simul volumus. Fetus autem iumentorum et omnia que fructuum nomine continentur ad lucrum mariti pertineant pro tempore matrimonii, sive extimata sint sive non. Sed et novissimi anni in quo matrimonium solvitur fructus pro rata temporis portione utrique parti debere assignari commune utriusque actionis est in rebus scilicet non extimatis. Extimatarum enim rerum maritus quasi emptor et commodum sentiat et dispendium subeat et periculum exspectet. § Cautione videlicet defensionis in speciem iniqua dotem uxoris sive vel minus in familia heres iudicio percipiat filius defuncti detrahit. Propriam naturam ex stipulatu actionis conservandam fuisse praecipimus.

§ Videamus quod quasi incremento ei de rei uxorie actione accedente formare decet ex stipulatu actionem, cum quo iuris certi et indubitati est, si parens per tradendam secum ascendens dote pro filia vel pro nepte prestita emancipaverit eam, et ipse decesserit, in rei uxorie actione dotem omnimodo ad mulierem pertinere, et si filia et ea exheredata quod non erat in ex stipulatu actione, ubi tamen veluti alie actiones in omnes heredes hec actio dividebatur: equissimum nobis visum est et in ex stipulatu actione mulierem dotem suam precipuam accipere et si emancipata vel exheredata sit, vel cum aliis

[illegible gloss]

[S]et quoniam dos postea tractatis seu pactionibus interpositis ad patrem redeat: non tamen licet et filia denuo nubente diminuere pondus dotis instrumenti: nisi forte sua filia decreverit aliqua fortuita clade: tunc enim non amplius in dotem redi compare cogitur: nisi quantum facultates eius patiuntur.

heredibus scripta. Quinimmo recepto et alie multe spes proprie accipiunt exitum cum dos profecticia et de inofficioso actionem excludere maxime si sufficiat ad quartam: et in collationem ferri: et si intestatus pater decesserit: et testamento facto quibus testator dixit. que omnia ex stipulatu actio a rei uxorie actione accepit. Accedit ei et alia spes a rei uxorie actione. siquidem enim extraneus dotem dabat nulla stipulatione vel pacto pro restitutione eius in sua persona facto quisquis is fuerat mulier habebat rei uxorie actionem. quam antea in ex stipulatu actione non erat. stipulatione autem vel pacto interposito stipulator vel is qui paciscebatur habebat vel ex stipulatu vel prescriptis verbis eandem actionem. In presenti autem non sic esse volumus. Sed si non specialiter extraneus dotem dando in suam personam dotem stipulatus est vel pactum fecerit: tunc presumatur mulierem ipsam stipulationem fecisse ut ei dos exhibita accedat. Neque enim in hac specie volumus videri extraneum tacitam stipulationem fecisse: neque primum quod in primordio diximus hoc adversus mulieres constituentes: cum magis in his dotibus que ab extraneis dantur vel promittuntur ipsa mulier fecisse videtur stipulationem tacitam: nisi expressim extraneus sibi dotem reddi pactus fuerit vel stipulatus: cum donasse extraneus non stipulatum videtur. Extraneum autem intelligimus omnem citra parentem per virilem sexum ascendentem et in potestate dotatam personam habentem. parenti enim tacitam ex stipulatu actionem donamus. Et hoc ex rei uxorie actione simul in ex stipulatu actione accommodandum est. Si quando enim pro soluto matrimonio dos a patre eius petebatur: si quidem rei uxorie fuerat actio non poterat solus pater sine consensu filie sue agere: et si necdum actione mota ab hac luce fuerat subtractus: et filius contra emancipatus ad filiam quidem pro primordium dos revertebatur: quod non erat in ex stipulatu actione. ibi enim pater solus exactionem habebat consensu filie sue non spectato: et si decedebat ad suos heredes transmittebat. Sed rei uxorie ius et in ex stipulatu actionem transponere satis humanum satis pium satis utile: minimeque invisum. Et cum lex Iulia fundi dotalis ytalici alienationem prohibebat fieri a marito non consentiente muliere: ypothecam nec autem si mulier consentiebat: interrogati sumus si oportet huiusmodi sanctionem non super ytalicas tantummodo fundis: sed pro omnibus locum habere. Placet itaque nobis eandem observationem non tantum in ytalicis fundis: sed in provincialibus extendi. Cum autem ypothecam et ex hac lege donavimus: sufficiens habet remedium mulier et si maritus fundum alienare voluerit: sed ne ex consensu mulieris ypothece eius minuantur: necessarium est et in hac parte mulieribus subvenire hoc modo addito: ut fundum dotalem non solum ypothece titulo dare nec consentiente muliere maritus possit: sed nec alienare: ne fragilitate nature in repentinam deducatur.

quia non quantum diminuitur promissa aut dotem viro. licet ei diminuere.

tur inopiam. Licet etenim Anastasiana lex de consentientibus mulieribus vel suo iuri renuntiantibus loquitur, tamen intelligimus et in rebus mariti vel dotis quae aestimatae sunt, in quibus dominium vel periculum mariti est. In fundo autem inaestimato qui et dotalis proprie nuncupatur maneat ius intactum ex lege Iulia imperfectum, ex nostra autem auctoritate plenum atque in omnibus effusum et non tantum hypothecas et sola hypotheca conclusum. Illud etiam generaliter praesenti addere sanctioni necessarium esse duximus, ut si qua pacta inita fuerint vel pro restitutione dotis vel pro tempore vel pro usuris vel pro alia quacumque causa, quae nec contra leges nec contra constitutiones sunt, ea observentur. Sin autem repudio matrimonium dissolutum fuerit, omnia iura quae ex Theodosiana vel nostra lege descendunt inviolata custodiantur: simul modo ea quae Anastasiana lege pro his quae bona gratia separantur enumerata sunt firma illibataque permaneant, et generaliter quicquid sacratissimis constitutionibus vel libris prudentium cautum est quod non contrarium huic legi invenitur, et hoc in sua maneat firmitate et ex stipulatu actioni aggregetur quae iure uxoria cautum est. Quae omnia in his tantummodo dotibus locum habere censemus quae post hanc legem datae fuerint vel promissae vel iam sine scriptis intercesserint; iam enim confectis nullius suis casibus non patimur, sed suum exspectare eventum.

De pactis conventis tam super dote quam super donatione ante nuptias et paraphernis.

Hac. Imp. Legem quam dixisti cum dotem pro alumna dares, si iam mortua nec obiecta tibi conditione dici solet actionem ex pacto non nasci. Tunc enim hoc dicimus cum pactum nudum est; alioquin cum pecunia datur et aliquid de reddenda ea convenit, utilis est condictio.

Imp. Fructus praediorum in dotem datorum, si secundum pacti stipulationis tenorem percepti fuerunt, repeti non posse ambigere non debes.

Imp. Quamvis pater tuus cum te nuptiis collocaret pactus sit ut si maritus tuus superstitibus filiis communibus in matrimonio decesserit pars dotis liberorum nomine detineatur, huiusmodi tamen conventio quominus actionem in rem gratia dotis habens perficere non potest.

Imp. Pactum dotale quo matrem convenisse cum patre tuo proponis, ut si in matrimonio decessisset tibi et fratribus tuis dos restitueretur, si stipulatio ex persona vestra cum in potestate patris constituti non essetis minime intercessit, defuncta ea in matrimonio actionem vobis quaerere non potuit. Sed si obligatione liberorum interveniente dotis repetitionem habere potuisti, maxime vinculo potestatis patriae non attingens, repetitionem exequi non prohiberis.

Imp. Hereditas extraneis testamento datur. Cum igitur affirmes dotali instrumento pactum interpositum esse vice testamenti, ut post mortem mulieris bona eius ad te pertinerent, quae dotis titulo tibi non sunt obligata, intelligis te nulla actione posse convenire.

De pactis conventis tam super dote quam super donatione ante nuptias et paraphernis.

Equalitas ōīo fuanda ē in dote et in donōne nuptiali non tm̄ in lucris ex
inde puenturis s̄ et in pactione utriusq; et constōne.

Augmentum qd ul' prius non fiat ul' ab utroq; pte celebret pari s. qūtitate

Nec ullo modo subuertatur equalitas.

Set que mer ex dote ascripta psticit. medi ōīo uiro mortuo percipit ex donōe

Item que minus qūtitatem pfessa ē dedit pro qūtitate pstituta lucrum sentiat.

...inut h'des seu succ̄ores eius fue
rit restituant. que nullo m̄ debeb
Impr. Si conuenerit ... ante.
ut in matrimonio uxore defuncta
dos penes maritum remane
ret; p fectitie dotis repeticōem
h' pactum in h'ibuisse cuius
exploratie ē. cum de tiorem cām
dotis in qua eam cām pn̄ solute
peticio competit. pacto posse
fi au'ctē uiris sepissime fit res
ponsum.

Id. Pater p filia dotem datam
genero ea prius in matrimonio defunc
ta nepotibus pactus restitui lz.
is actionem quere non potu
it. tn̄ util' eis ex equitate accom
modabitur actio.

Impr. Hac lege decernimus ut
in his rebus quas ex dotes mu
lier hēt quas greci parafarna
dīt. nullam uxore phibente
uir hat cōmōnem. nec aliquam
rei necessitatem imponat. q'uis
enim bonum erat mulierem q̄
se ipsam marito committit. res
ei eiusdem pati arbitrio guber
nari. attn̄ qm̄ cōditores legū
equitatis conuenit ēē fautores.
nullo m̄ ut dīm ē muliere proh
ibente uirum in parafernis se
uolumus inmiscere.

Impr. Ex morte cuiuscumque
psone siue mariti siue mulie
ris eandem ptem non pecune
qūtitatem tam uirum ex do
te qm̄ mulierem ex donōne an
nuptias. ueluti si maritus mi
lle aureorum ante nuptias do
nōnem confecit. licebit mulie
ri et minoris et amplioris do
tem offerre et marito similiter

an nupc. donōnem. hoc tn̄ ob
seruandum ē ut qūtam ptem
stipuletur s' lucro cede ex an
nupc. donōne si forte eum mari
tum mori contigit tantam
et maritus ex dote ptem nō
pecunie qūtitatem stipule
t' s' si constante matrimonio forte m
ulier in fata collapsa fuit. Cet
si pactum ēē uetitum fuit s'b
secutum infirmum atque in
ualidum hoc ēē ut nulla ex
eo possit pcede exactio percipi.

Eadem custodiri censemus si
ue pat p filio siue mr siue ipse
ducturus uxorem sui iuris cō
stitutus siue quilz alius p eo
ante nupc. donōem nuptiale
dedit. similique mō siue pater
p filia siue mr siue ipa p se sui
iuris uidelicz constituta siue
quilz alius p ea uxorem duc
turo dotem dedit. seu pmisit
qm̄ et alio p ea offerente dotē
ipa eam p se ui' offerre. Cet
adeo iūm ē ut ipa ab alio pro
se oblatam dotem in lucrum
suum reposcat nisi forte is q
eam optulit statim. i. tpe ob
ligōnis seu pmissionis stipu
latus sit ul pactus ut s' dos p
dicta reddatur.

Impr. Lege leonis diue mem
orie pacta lucrorum dotis et
ante nupc. donōnis paria ēē
sciente nec adiciente quid fi
oporteat si hoc minime obser
uatum sit. nos omnia clara
ēē cupientes percipimus disp
aribus eis factis maiorem lucri
ptem ad minorem deduci. ut
eo modo utique minorem par

...ul' maiore ei mulier mille optulit. q sint iā ab utro. augmenta. ...facieda equalia debent esse ut. s. de don. an nupc. ...

Equalitas in lucris ... ex pto lucretur ... pstitutione. i. donatione quae ab ... fit constōne ... ...

...alijs rebus mulieris quas apud se detinuit ... ibi in alijs rebus ... hic constabat ... de marito ...

Item lucretur.

Idem. Si mulier marito suo nomina i. feneraticias cautiones que extra dotem sunt dedit, ut loco parafnarum apud maritum maneant, ex hoc dotali instrumento fuit ascriptum utrum ne habeat aliquas actiones ex his maritus sive directas sive utiles an penes uxorem omnes remaneant, et in quem eventum dande sunt marito actiones querebatur. Sancimus itaque si quid tale evenerit actiones quidem omnes apud uxorem manere, licentiam autem marito dari easdem actiones movere apud competentes iudices nulla rati habitione ab eo exigenda; usuras quidem eorum circa se et uxorem expendere, pecunias autem sortis quas exegit servare mulieri vel in causas ad quas ipsa voluerit distribuere. Et si quidem in dotali instrumento ypothece pro his nominatim a marito scripte sunt, habeat eas mulier item ad cautelam suam contenta. Sin autem minime hoc scriptum invenitur, ex presenti lege habeat ypothecam esse res mariti ex quo pecunias ille exegit. Cautela etenim habet ipsa mulier facultatem sive voluerit sive per maritum sive per alias personas easdem movere actiones et suas pecunias percipere et ipsas cautiones a marito recipere, securitate ei competente facienda. Dum autem apud maritum remanent hee eadem cautiones, et dolum et diligentiam maritus circa eas prestare debet qualem et circa suas res habere invenitur, ne ex eius malignitate vel desidia aliqua inchoari accedat iactura. Quod si evenerit, ipse eandem resarcire de proprio compellatur.

De dote cauta et non numerata. Rubrica.

Imperator. Dotem numeratio non scriptura dotalis instrumenti facit. Et ideo non ignoras ita demum ad petitionem dotis admitti te posse si dotem a te ipsa datam probaturus es.

Imperator. Quod de suo maritus constante matrimonio donandi animo in dotem ascriptum fuit, si eandem donationem legitime confectam non revocavit quod incrementum doti dedit et durante matrimonio mortem obiit, ab heredibus mariti quatenus instrumento insita liberalitas munita est peti potest.

Imperator. In dotibus quas datas esse dotalibus instrumentis conscribi moris est, cum adhuc nulla datio sed pollicitatio tantum subsecuta sit, liceat non numerate pecunie exceptionem opponere, non solum contra uxorem marito vel heredes eius morte mulieris vel repudio dissoluto matrimonio, sed et heredibus mariti cuius morte dissolutum est matrimonium; socero etiam vel eius heredibus si cum filio suo dotem suscepisse dotalibus instrumentis scriptum sit, vel omni persone quam dotem suscepisse una cum marito conscribitur, et eius similiter heredibus; ita tamen ut intra annum tantum continuum a morte mariti vel mulieris vel post missionem repudii computandum ea licentia detur.

De donationibus inter virum et uxorem et a parente in liberos factis et de ratihabitione. Rubrica.

Imperator.

Dona quondam mariti tui fiscus si nemine ei successore existente ut vacantia occupavit, donationes ab eo factas si usque ad finem vitae in eadem voluntate permansit revocare non possunt.

Idem. Si ancillam nummis tuis comparatam esse praesidi provinciae probaveris, donationis specie eam socerie tue nomine instrumentum emptionis esse conscriptum, eam tibi restitui iubebit. Nam licet cessante iure matrimonialis donatio perfici potuit, milites tamen in eos affectus suos hac ratione fictis specie adulationibus spoliari nolo.

Idem. Donatio mancipiorum aliarumque rerum quas tibi ab uxore tua donatas dicis, si non sue potestatis cum donaret fuit vel patris voluntate hoc fecit et in eadem voluntate donationis usque ad ultimum diem vitae perseveravit, et ex mea et divorum parentum meorum constitutione confirmata est. Si autem post mortem filiae facta est donatio a quondam socero tuo et inter vivos ea perfici potuit.

Imperator. Nec inter eas quoque personas quarum una subiecti sunt viri et uxoris vel que in eorum potestate sunt donationes iure civili subsistunt.

Idem. Si uti proponis pater tuus cuius in potestate fuisti marito tuo genero suo instrumentum debitoris donationis causa dedit, usque in hunc diem matrimonio durante subiectus est ac per hoc a marito tuo dictis quod gestum est non valet.

Idem. Etiam si uxoris tue nomine res que tui iuris fuerunt deposite sunt, cum proprietatis ea ratione mutari non potuit. Et si donasse te uxori res tuas ex hoc quis intelligat, cum donatio in matrimonio facta, prius mortua ea que liberalitatem accepit, irrita sit. Nec est ignotum quod cum probari non possit unde uxor in matrimonii tempore honeste quesierit, de mariti bonis eam habuisse veteris iuris auctores merito credidissent.

Idem. Si ex voluntate patris tui filio tutoris nupta es, collata in maritum donatio ipso iure irrita est. Sed si in matrimonio non valuit, licet ipso iure donatio tenuit, quia cum indigna persona eius fuit qui nec maritus potest, tibi utiles actiones super revocandis his competunt.

Imperator. Si fructus eorum praediorum que in dotem accepisti in matrimonii tempore uxorem tuam percipere passus es eosque uxor tua consumpsit, nullo modo restitui tibi pro divortio eum oportere nulla ratione contendis. Si nam autem ab his locupletior facta est, in tantum potest conveniri.

Imperator. Et si de pecunia tua mancipia uxori tue comparata sunt, tamen si ei sunt tradita eorum dominium non ad te sed ad eam pertinet. Pecunie autem tantummodo repetitionem habes, sive negotium eius gerens numerationem fecisti sive in eam donationem conferens quantitatem precii largitus es, tamen vel in solidum vel quatenus locupletior facta est actione cum ea competenti potes experiri.

Idem. Si maritus quondam uxoris tue cum sui iuris esset, res praedia vel cetera donationis titulo

tulit et in ea voluntate usque ad mortem suam duravit ex oratione divi Severi confirmata est donatio. Quod si eas res pater defuncti invitum omne abstulit, propterea presidem provincie eas restitui iubebit. Nec enim cum maleficium eius sit in maritus extinctus, crimen intendens sub pretextu accusationis que donata sunt auferre debuit, cum a liberalitatis actione criminis actio sit separata.

Idem. Sicut cessat petitio quantitatis eam de suo maritus uxori in menses singulos vel annos pro usus eius gratia permittit, ita ex ea causa nummis solutis et erogatis non dari repetitionem manifestum est.

Idem. Si maritus tuus creditores sortitus post factam donationem in te fundum quem ex donatione eius iure tuo vendicas hisdem specialiter obligavit, eandem obligationem defensionis tue firmitatem rumpere intelligere debes. Cum sit manifestum non solum ex huiusmodi obligatione, sed et ex donatione vel venditione vel alio quolibet modo rebus alienatis revocatam esse.

Iauro in mulierem factam donatione.

Impp. Si quam ante donationem [illegible] necessitatis possessionis intervenit, ut dicis, a marito collatam, perductum ab eodem creditori obligatum fuisse, venditionem eius salvo iure debiti factam iuris vestri actionem eius non excludit factam esse dubium non est. Et si donatione inter celebrata eo quod vel ante nuptias facta

vel in hisdem casibus in quibus constante matrimonio donatio precedente potius obligatio secuta est. Cum maritum quondam suum diem obisse memorasti iure tuo officere non posse certum est.

Idem. Ex verbis que in postremis iudiciis inseruntur, licet ad fideicommissum vel legatum utilia sint, non omnimodo legati vel fideicommissi persecutio datur. Sed itidem si relinquendi institutio huiusmodi verba fuerint accepta. Unde voluntatis non iuris eidem in personas tuas contulisse palam est. Cum igitur lecto testamento animadvertimus maritum tuum ex precedente donatione omnium te consuluisse securitati, quam tu ea ad optinendam eam proprietatem cavisse in decem liberorum excepto fideicommissum relictum non ostendit, sed ex senatus consulti auctoritate liberalitatem mariti tui custodiendo et moriens perseverit quatenus firmare potuit dominium mortis tempore te esse adlictum.

Idem. Si non unum creditum pro urgeret sit sed sub spe venditionis donationem possessionis in maritum ut alimenta contulit ut nec ex bonis que in persona patris vestri permansisse videbantur ob pupillum indempnitati fisci satisfieri potuit, licet in eadem donandi voluntate perseveravit, etiam ex eadem possessione ad supplendam pecuniam que ex bonis ab eo relictis colligi nequit consentaneum est. Cum sub ea liberalitati tenorem mutata voluntate pater tuus intercipit in hereditatem eius dominium residisse nulla dubitatio est.

Id. Si filii tui emancipati hereditatem matris sue acquisierunt probabaque apud presidem provincie non donandi animo de nomine uxoris tue predia comparasse, sed non is duntaxat eius titulo usum possessionem rerum a venditoribus et traditarum dominium esse effectum, ut comprehensa filiorum tuorum munia pietatis tue incolume perseveret. Nam si largiendi proposito id te fecisse constiterit, pecunie tibi persecutio competit.

Id. Debitis que ex dotem in dominium illata marito erogata commemoras, si quidem te donante consumpta sunt, intelligis adversus heredes non nisi in quantum locupletior fuit heres actionem. Sin vero contra voluntatem tuam omnia tibi restitui oportere intelligis.

Id. A marito in uxorem donatione collata matrimonii tempore nec iure quidem dominium potest transferri, nec post divortium in eam cessit. Sed si prior persona que liberalitatem accepit rebus humanis fuerit exempta vel si ab eo qui donavit fuerit revocata, post convalescit.

Id. Si constante matrimonio maritus tua domum tradidit, hanc in tuis fecit bonis.

Id. Creditor debito soluto de pignore liberato michi ad uxorem debitoris quondam transferre potuit. Sed nec consensus eiusdem debitoris accedens per eum qui creditor fuit ymaginarie facte venditionis ad dominium transferendum prodesse quicquam potuit.

cum tamen ea que simulate aguntur quasi que in uxorem a marito donationis causa tempore matrimonii procedunt per iuris civilis interdictum, cum proponas uxorem superstite marito rebus humanis exemptam pro infectis habentur.

Id. Si propriis hiis creditoribus quam accepas mutuam pecuniam pro marito donationis causa erogasti, hec ad dignitatem profuit nec locupletior sit factus, intelligis nullam tibi contra eum competere actionem.

Id. Maritus manumissionis causa servum mulieri constante matrimonio donare potest.

Id. Si te in vacuam possessionem predii socrus tua titulo donationis ante matrimonium vel post induxerit, ad rescindendam donationem penitentia nichil profuit.

Imperator. Res uxoris que vel successione qualibet vel proprio vel largitione viri in eam ante reatum viri pervenerant, damnato vel mortuo ex pena marito vel in similem conditionem ex pene qualitate deducto illibatas esse precipimus, nec aliquem criminis infortunio astringi uxorem, cum pro omnis mariti sue bonis ac propriis suis eam integro legum statu religiosum sit et donatio maritalis ante tempus criminis ac reatus collata in uxorem, quia pudicicie premio cessit ob suam dote tamquam si maritum eius natura non pena subduxerit.

Sin autem aqua et igni ei interdictum erit vel deportatio illata non

tum ex parte mors subsecuta donatio-
nes a viro in uxorem collatae ad-
huc in pendenti manent. quia
nec matrimonium his casibus dissolvitur
ita ut si usque ad vitae suae tempus ma-
riti eas non revocaverint ex eo-
rum morte firmantur. fisco nostro ad ea-
dem res nullam in posterum com-
petitionem habituro.

Imp. Donationes quas parentes in
liberos cuiuscumque sexus in po-
testate sua constitutos conferunt,
vel uxor in suum maritum vel
maritus in suam uxorem, vel
alter eorum in aliam personam
cum constante matrimonio donare
licet, vel ipsa alie persone in eam cum
donare non potuerint, ita firmas
esse per silentium donatoris vel do-
natricis sancimus, si usque ad quanti-
tatem legitimam vel eam exce-
dentes actis fuerint intimate, si non
amplioris quantitatis donationem
minime intimatam nec per silen-
tium eius qui donavit confirma-
ri concedimus. Cum sermo specialiter eas
vel suprema voluntate donator
vel donatrix confirmaverit sine ulla
distinctione rate habentur. Ista
tamen ut si quidem ultra lege finitam quanti-
tatem exposite minime in actis
insinuate fuerint specialis eorum con-
firmatio ex eo tempore vim habet ex quo
eedem donationes confirmate fuerint
sermone vel non amplior sit donatio
vel cum amplior esset in actis in-
sinuata sit. tunc et silentium do-
natoris vel donatricis et specialis con-
firmatio ad illud tempus referatur quo
donatio perscripta est sicut et alia-
rum hiis omnes negotiorum ad illa re-
ducuntur tempora quibus contracta fuerunt.

nec decreto subtilem divisionem
istam vel viris introducta posse.

Idem. Donationes quas divus Iustinus pater noster
in piissimam reginam suam
[illegible] serenissimum mari-
tum contulit, ilico valescere
et plenissimam habere firmit-
atem, utpote imperialibus even-
tibus legis vicem optinentibus
minime opitulatione quadam
extrinsecus egentibus.

Idem. Si unus ex hiis qui in
matrimonio fuerant copulati in
alium donatione facta ab hosti-
bus captus est et in servitutem
deductus et postea ibi peremp-
tus est, querebatur an huiusmodi liberal-
itas quam alia fecit ex hoc ro-
boraretur an vacillaret.
et econtrario si donator quidem in civita-
te romana constitutus de-
cessit, mortis autem eius tempore
is qui donationem accepit in
captivitate degebat et postea
reversus est, an tunc videatur do-
natio rata. hiis cum multum cap-
cum oportet augusti remedio causam
dirimi, cum nichil aliud tam
peculiare est imperialis maiesta-
tis quam humanitas per quam
sola dei servatur imitatio. in
ambobus casibus donationem fir-
mam esse censemus.

De repudiis et iudicio de moribus sublato. Rubrica.

Imp. Matrimonium quidem deportatione vel aque et ignis in-
terdictione non solvitur si casus
in quem maritus incidit non
mutet uxoris affectionem. Ideo
quod dotis exactio ipso iure non
competit. In eodem tamen ca-

Hodie quantiscumque annis maritus in expeditione manserit mulier sustinere debet licet nec litteras neque responsum ab eo acceperit. Sed et si mortuum audierit non prius nubet quam per se vel per alium illum sub quo militabat adiens interrogaverit si pro veritate mortuus est, ut apud gesta deponatur cum iureiurando duas que mortuus sit; quo subsecuto post annum nubet. Si aliter nupserit tam ipsa quam qui eam duxerit velut adulteri puniantur. Si qui vero iurasse invenitur milicia exutus x lb. auri solvet illi quem mortuum dixerit, et hoc mulier si voluerit suam uxorem recipere.

Contra si filii familias distrahant parente nolente parente quidem; sit expressum nova constitutione de nuptiis id est ne matrimonia distrahant in lesionem parentum qui dotes vel ante nuptias donationes optulerunt soli vel cum filiis, quia sicut in contrahendo matrimonio consensus parentis exigitur ita et in dissolvendo.

Nunc autem novo iure si vir sine iusta causa hoc fecerit ex alia sibi constante matrimonio tantum dabit uxori quantum ...

esse cuius laudandum propositum est, nec ratio equitatis nec exempla permittunt.

Impr. Libum esse filie tue si sponsum suum post tres peregrinacionis annos spectandus est vel non putet omissa spe huius coniunctionis matrimonium facere, ne opportunum nubendi tempus amittat, cum possit nuncium remittere et si presente illo consilium mutare voluisset.

Impr. Dubium non est omnia que consilio recte geruntur iure matrimonii effectum et firmitatem. Cum igitur dotem pro muliere dedisti et ex morte eius repetitionem stipulatus es, cum interveniente autem tua causa ficto repudio matrimonium brevi tempore recisum, res dotales quas ante nuptias optulisti preses provincie recipere te non dubitabit. Cum enim ea datarum operam moderatorem provincie ut que contra fas gesta sunt fructum calliditatis optinere non possint, cum nobis hec commenta displiceant, per magnam os... nuntios id est repudia nullius esse momenti sive nuptiis fingant se recusasse sive sponsalibus, et veteris iuris auctoribus placuit.

Impr. Filie divortium in potestate patris non est.

Idem. Dissentientis patris qui initio consensit matrimonio cum marito concordante uxore filiafamilias ratam non haberi voluntatem divus Marcus pater noster religiosissimus imperator constituit, nisi magna et iusta causa interveniente hoc pater fecerit. Quamvis autem ad maritum redire nulla iuris constitutione vetetur. Emancipate vero filie pater divortium in arbitrio suo non habet.

Idem. Licet repudii libellus non fuit traditus vel cognitus marito, dissolvitur matrimonium.

Impr. Uxor que in militiam profecto marito post interventum annorum iiii nullum sospitatis eius potuit habere indicium atque ideo de nuptiis aliis cogitavit, nec tamen ante nupsit quam libello ducem super hoc suo voto conveniret, non videtur nuptias inisse furtivas nec dotis amissionem sustinere nec capitali pena esse obnoxia, que post tam magni temporis iugitatem non temere nec clanculo sed publice contestatione deposita nupsisse firmatur. Ideoque est observandum ut si adulterii suspicio nulla sit nec coniunctio furtiva detegitur, nullum periculum hi quorum coniugio erat copulata vereantur, cum si conscientia maritalis thori furtim esset violata, disciplina ratio penam congruam flagitaret.

Impr. Consensu licita matrimonia posse contrahi, contracta non nisi repudio misso dissolvi precipimus. Solutionem enim matrimonii difficiliorem debere esse favor imperat liberorum. Nuptialium facit consortium. Causas autem repudii hac saluberrima lege apertius designamus. Sicut enim sine iusta causa dissolvi matrimonia iusto limite prohibemus, ita adversa necessitate pressum vel pressam quamvis infausto attamen necessario auxi...

Dubium non est ... quod qui ... in causa ... stipulata sit et ...

Consensu licita matrimonia posse contrahi, contracta non nisi misso repudio dissolvi praecipimus. Solutionem etenim matrimonii difficiliorem debere esse favor imperat liberorum. Causas autem repudii hac saluberrima lege apertius designamus. Sicut enim sine iusta causa dissolvi matrimonia iusto limite prohibemus, ita adversa necessitate pressum vel pressam, quamvis infausto, attamen necessario auxilio cupimus liberari. Si qua igitur maritum suum adulterum aut homicidam vel veneficum vel certe contra nostrum imperium aliquid molientem vel falsitatis crimine condemnatum invenerit, si sepulcrorum dissolutorem, si sacris aedibus aliquid subtrahentem, si latronem vel latronum susceptorem vel abactorem vel plagiarium vel ad contemptum sui domusve suae ipsa inspiciente cum impudicis mulieribus (quod maxime etiam castas exasperat) coeuntem, si suae vitae veneno aut si se verberibus aut gladio vel alio simili modo insidiantem, quae ingenuis aliena sunt, afficientem probaverit, tunc repudii auxilio uti necessario ei permittimus libertatem et causas dissidii legibus comprobare. Vir quoque pari fine claudetur nec licebit ei sine causis apertius designatis propriam repudiare iugalem, nec ullo modo expellat nisi adulteram vel veneficam aut homicidam aut plagiariam aut sepulcrorum dissolutricem aut ex sacris aedibus aliquid subtrahentem aut latronum fautricem aut extraneorum virorum se ignorante vel nolente convivia appetentem aut ipso invito sine iusta atque probabili causa foris scilicet pernoctantem vel circensibus vel theatralibus ludis vel arenarum spectaculis in ipsis locis in quibus haec assolent celebrari se prohibente gaudentem vel sibi veneno vel gladio vel alio simili modo insidiantem vel contra nostrum imperium aliquid machinantibus consciam seu falsitatis se crimini immiscentem invenerit aut manus audaces sibi probaverit ingerentem: tunc enim necessario ei discedendi permittimus facultatem et causas dissidii legibus comprobare. Haec nisi vir et mulier observaverint, ultrice providentissimae legis poena plectentur. Nam mulier si contempta lege repudium mittendum esse temptaverit, suam dotem et ante nuptias donationem amittat nec intra quinquennium nubendi habeat denuo potestatem: aequum est enim eam interim carere connubio quo se monstravit indignam. Si praeter haec nupserit, erit ipsa quidem infamis, connubium vero illud nolumus nominari, insuper etiam arguendi hoc ipsum volenti concedimus libertatem. Sin vero causam probaverit intentatam, tunc eam et dotem recuperare et ante nuptias donationem lucro habere aut legibus vindicare censemus et nubendi post annum ei, ne quis de prole dubitet, permittimus facultatem. Virum etiam si mulierem interdictam arguit attemptantem, tam dotem quam ante nuptias donationem sibi habere seu vindicare et uxorem, si velit, statim ducere hac iustissima diffinitione sancimus. Sin autem aliter uxori suae renuntiare voluerit, dotem reddibeat et ante nuptias donationem amittat. Servis sane seu ancillis pupillis fiet vina ad ultionem vel maiestatis ingeritur tam viri quam mulieris ad examinandam causam repudii quo veritas aut facultas e...

C. eodem. Quod hodie non licet nisi castitatis concupiscentia hoc fiat, tam dote quam ante nuptias donatione filiis conservanda. Cor. Si alias nuptias praeter causam vel luxuriose vivere inveniantur, filiis tradende sunt delinquentibus eorum proprietate amittentibus; filiis non extantibus tradatur fisco.

C. eodem. Hodie autem tenuium a tempore matrimonii computandum non licet.

...nuatur aut liquidius detegatur. Si tamen alia documenta defecerit, quaestionibus subdendis. Supplagis et pudore dicimus illatis ab alterutro commovendis easdem probationes, quoniam non facile quae domi geruntur per alienos potuerint confiteri, volumus observari. Si uno filio seu filiis filia seu filiabus extantibus repudium missum est, filio seu filiis filiae seu filiabus post mortem accipientis servari. Idem est si per te repudium miserit donationem ante nuptias amittere; refusam si mater dotem ipsam eidem vel eisdem filio seu filiae praemoriente dimitti censemus. Patri videlicet vel matri in conscribendis filiis heredibus unum seu unam vel omnes scribere vel unum ex his donare sive electione servata, nec ullam alienandi seu supponendi memoratas res permittimus facultatem. Sed si aliquid ex hisdem rebus defuerit ab heredibus seu earum detentoribus, si tamen non ipsos heredes scripserit aut scripti filii non adierint, praecipimus resarciri, ut etiam homines inconsulti animi ad repudium mittendum detrimento retrahantur. Pactiones sane si quae adversus praesentia sancta nostrae maiestatis fuerint attemptatae, tamquam legum contrarias nullam habere volumus firmitatem.

Impp. Si constante matrimonio communi consensu tamen quam mulieris repudium sit missum, quod nulla causa continetur quae constitutione divae memoriae Theodosii et Valentiniani inserta est, licebit mulieri non quinquennium exspectare, sed post annum ad secundas nuptias convolare.

Impp. In causis iam dudum specialiter diffinitis ex quibus recte mittuntur repudia, illam addimus, ut si maritus uxori ab initio matrimonii usque ad duos continuos annos computandos coire minime propter naturalem imbecillitatem valeat, possit mulier vel eius parentes sine periculo dotis amittendae repudium marito mittere, ita tamen ut ante nuptias donatio eidem marito servetur.

Id. Iubemus ut quicumque mulierem cum voluntate parentum aut si parentes non habuerit sua voluntate maritali affectu in matrimonium accepit, etsi dotalia instrumenta non intercesserint nec dos data sit, tamquam si cum dotalibus instrumentis tale matrimonium processisset firmum esse eorum coniugium habeatur; non enim dotibus sed affectu matrimonia contrahuntur. Si quis autem eam quam sine dote uxorem acceperat a coniugio suo repellere voluerit, non aliter ei hoc facere licebit nisi talis culpa intercesserit quae a nostris legibus condemnetur. Si autem sine culpa eam reiecerit vel si ipse talem culpam contra innocentem mulierem commiserit, compellatur ei quartam partem substantiae suae propriae pro rata portione persolvere, ut si forte quadringentarum librarum auri vel amplius sit substantia, habeat centum libras auri mulier percipere et nihil amplius, et si quantamcumque substantiam possideat. Si vero minus quadringentis libris...

ptiū hic sic obligauit. ad istam estimacōm si sua culpa nō extarent non autē de fortuito. casu. s. io. sic̄ ibi fuerit estimata. ut eodem p̄cio retinerentur licet deteriorentur. s̄ autem restitui. debebant ipsi qualitercumque essent al' si non extarent.

creditoribus. nō aut̄ dn̄o. ut ff. c. l. sicut dote. c. si. tt. l. s. i. ff. de pe culio ex fcō. l. iba. matre & fr̄atri. insti. de inge. & illum tutorio hijs qui in fuigo altius sedederint. l. p. s; ultia ē contra. ac in ēto. quia nlls est infecto uxe cauli. ut ff. de reg. iur. l.

aut puta s̄ba eius fuit. tunc q̄rta ps computacōe fc̄a pure s̄ be eius usq; ad minimam q̄ntitatem mulieri detur. Eodē mō fuando et in mulieribus que in do te constitute sine culpa mariti constitōnibus cognita eos repu diauint. ul' ip̄e culpam innocen ti marito p̄buint ut ex utraq; p̄te equa lance et equitatis pe na fueetur. Hoc uero q̄d tē p̄ti filijs q̄ non extantibus ipsis uiro & mulieri competente et ab hijs quomō uoluint disponendo.

Filijs aut̄ et deinceps p̄sonis ex eodem m̄rimonio int̄uenienti bus eis suato ad similitudinem dotis & ante nupcias donōnis p̄onima que sunt hijs statu ta. Ante culpas aut̄ uxoris cō stitōnibus enumatas & has addi mus si forte uxor suo ope ul' ex industria abortum fecit. ul' ita luxuriosa ē ut cōe lauacrū cū uiris libidinis cā h're audeat. ul' dum ē in m̄rimonio alium maritum ē si conata fuit. in hijs enim cāis constitōes locum h're scimus que de culpa tam mariti q̄m uxoris locuntur. sic̄ q̄madmodum dos et donō ante nup̄c. perit. ita et mulieres indotate in q̄rtam p̄tem que et uiris et mulieribus diffinimus ex hac lege amis sionis p̄iculum sustineant. Iu dicio de moribus. Q̄ amadmodum exā ti quis legibus positum erat nō aut̄ frequentabatur penitus ab olito. Omnibus enim cāis re quisitis & plectis quas antiq tas introducebat inch ualidis p̄ter eas quas constitōes antio

Res et p̄sens constitō introduxit inuenimus. **Soluto m̄rimonio q̄madmodum dos petatur.**

Dubium non ē p̄ existi matōem dotis pactōe ul' stipulatōe interposita. ul' ip̄e res si dissoluto m̄rimonio exta rent. uxori reddantur. et ancilla cum p̄tu ex stipulatu iudicio restitui oportere.

Iō Secundum rōnem iuris existi mas t' restitui debe dotem a fis co qui bona dampnati p̄ris tui suscepit. licet enim uiro quondam tuo pat' tuus h'res extitit. attamen iuri tuo hoc derogare non potē ip̄e pater sine uoluntate tua n̄ exigē nec accipe dotem poterat.

Impr Si ignorans statum he rotis ut libm̄ duxisti et dotem dedisti. usq; fiuus p̄xa iudicat ē dotem ex peculio recipies si quid preterea t' debuisse appariē rit. Cum aut̄ tu ut ex liba nati mēto tū p̄re spurij ingenui itel ligunt.

Iō Dos a p̄re p̄fecta si in m̄rimonio decessit mulier filia fam. ad p̄rem recurre debet.

Impr Siquidō uiuit a p̄ hostes uxor tua nondum fr̄ eius q̄n h'e res dotem repete potē. Cū si uero diem functa ē et hereditatem eius possit uendicare. dotis eō repe ticio ei iure competit cum isti pulatum deducta sit.

Impr. Circumscepta mi. unā. uiliore precio res dotales exti mate sunt quid sup hijs cūctiu' uicio statutum sit uulgo patz. Proinde si dolosis artibus mari ti circumuentam m̄rem uiām

cuiui p̄re dotis erat. ut ff. so. ma. l. a. cū ripe benedicto tati tam ex accōm nō p̄ iudicari filie. qui a nec ex p̄ssa z uti. ff. so. ma. l. nō solum. tt. l. sa. ē. l. tt. ff. de sol. qui hoiem ē. si gē. tt. ff. ō iur. doc. post nup̄c. et ad l. sal. pater filiam & l. ō filie. nisi in casibus. ut ff. so. ma. sicut do. ē. eo tempore. tt. dotem. & s. tenui p̄. sint p̄ponis est aut̄ tacita ex accō. cū aliquis suo debitori. succedit. ut & fr̄atri hic g'no. v. ff. de eiucc. si clau necodici. ē. his qui fundū accipis suis

Si ignorans. secus si sciens. ut. no. s. ō cond. ob. c. l. i. l. q. e. ē stuex in sibi casu. licet alij dē. dotem quo ad tuam opiniom recipies & si quidē res extant. ul' aliter ex hijs ē p' te p̄ferretur ipsi domino si nō extāt p̄ferret dotis

p'tinet. ay. aut. dix' dē. & hanc talias p̄tās intelligebat. l. hic nō ex stantibus p' eo. insti. de h'e. qua & diff. ē. fu. & ff. de libis. & post. l. in fuis. item et. i. ō coll. illam. s; ubi redi. s. q. op. r. fu. p̄ualet. set qui q' dicatur h'ē ex consuetudie suatur. op. q. quia h' lex i telligitur si decederat sine liberis p̄bat eam defunctā ancerit.

Siquidō anum functa esset quod nō tertius testis qui mortē a uiderit ul' sepellierit. Dico s. h. famam solam ad h'c sufficē si ergo aliqui testificet. q' sic de publica. h't fama i ciuitate sua. q' ipsa mortua sic suffit. nam aliquo p̄baret hul. ul. io. mortuū eē et sic itellige. i. de cap. nec na. p̄ tit. s. r. a p̄te diuit. de bere p̄bari. cū in stipulatu. maxie. nā io si nō fuit stipulat. ip̄e fiat ul' illa quia tantia ei queritur q' ad ē stem h'edem p'uenit

solūto m̄rio q̄madm̄ dos petat̄

... numquam extimatione cum in scriptum ad presidem provincie evidentibus probationibus ostenditis quin possidentibus vobis ad optinenda predia in doli mali excepcionis potestas opponetur sciet quatenus religionem iudicationis sue debeat temperare. Hec tunc locum habent cum res in natura sunt. Si tamen extincte sint precium quod dotali instrumento iudicium est id consideratione abitur generaliter. Si maritus in estimatione gravatum se alleget utilitate examinata non amplius quam precium iustum restitutione prestabit.

Idem. Filie pecuniam adimere quam heres in tua potestate minime prohiberis. Etiam si per ea dotem declarasti hanc constante matrimonio nec consentiente quidquid ipsa matrimonio autem dissoluto eadem filia invita repetere non potes.

Idem. Nec maritus heres per divorcium in quantum facere possit condempnandus est per ydoneus qui non recusabat in integrum residua probabiliter solonem recusat. Ceterum eius heredes conveniendos in solidum non ambigitur. Nec eis his solvendo fratris expuri non possis superstitionem sam generis sollicitu...

Idem. Dotis actione successoris divinem heres mariti super eo quod nomine dotis ei fuit datum conveniendi des secundum gredientibus enim in possessionem rerum dotalium heredibus mariti non consencientibus sine auctoritate competentis iudicis nullam habes facultatem.

Idem. Si socero filie tue dotem dedisti vir in eius potestate positus gener tuus rebus humanis ex...

...ceptus sit tamen non de peculio sed in solidum ante consenciente filia convenientium eum satisfacere oportet.

Imperator. Si constante matrimonio maritus fatali sorte fuit consumptus dos que data dicitur vel promissa ex eius uxoris facultatibus ad eandem revertatur: nec hoc quis secundum heredis defuncti heres audeat vendicare quod ad mulierem recurrere fecit obitus maritalis.

Si dos constante matrimonio soluta sit. Rubrica.

Imperator. Si constante matrimonio a marito uxori dos sine causa legitima refusa est quod legibus stare non potest quia donationis instar perspicitur optinere eadem uxore defuncta ab eius heredibus ex die confuse dotis marito restituatur: ita ut perpetuas competentes eiusdem dotis sibi refuata fuisse exceptis alienari ex leges a marito non possit.

Ne fideiussores sive mandatores. Rubrica.

Imperator. Si venie ex iure sive ex consuetudine lex perficiscitur ut vir uxori fideiussorem suam de dotis exibeat eam iubemus abolen.

Imperator. Generali diffinicione constitucionem pristinam ampliantes sancimus nullam esse satisdacionem vel mandatum pro dote exigendum vel a marito vel a patre eius vel ab omnibus qui dotem suscipiunt. Si enim credendam mulier quoque suam dotem pertinere marito existimavit quare fideiussor vel alius intercessor exigitur ut causa perfidie in connubio eorum generetur.

Rerum amotarum.

Imperator. Compensacionis equitatem iure postulante ...

Si ipse eam diuorcii postea iterum ap(ud) matrem ad suas nuptias non remeant / mentem tenere sibi nutriant p(ro)priis expensis ... eam ap(ud) patrem ... locupletis expensis nisi pater minus ydone(us) ... ap(ud) matrem locupletem nutriant. nam et locupletes filii matrem egentem debent alere ... de matre alenda et de filiis ege(ntibus) ... idem de omnibus ascendentibus et descendentibus.

Ut ... pater sine lima ... relinquit ... suam ... te tm parentibus relicta reliquum in n(atura)les distribui p(er)mittit. Ab intestato uero cum de sic soboles ... nec superstit ... si n(atura)les extent ex concubina que sola fuit indubitato affectu coniuncta in duas partes ... superest uncia porcio detur. Ubi enim n(atura)les pasci ... gittim extant et succedunt.

Quemadmodum filii locupletes cogu(n)tur matrem egentem alere ita uis tum doceturet ... filios pasci. hoc ... in omnibus ascendentibus et descendentibus utri(usque) sexus locum habet. Papinianus.

non enim prius exsolui(n)g(u)s de be constitit quum e(ss)et in peti tioni tue ... sit eo mag(is) quia ea te p(er)sequi dicas que di uorcii c(aus)a amota q(ue)rens. eum g(ene)r(um) ap(ud) competentem iudicem ex stipulatu conuenias ap(ud) eum

Item doce tu iuris res esse ablatas

Imp. D. Diuorcii gratia rebus uxoris amotis a marito uel ab uxore mariti rerum amotarum edicto p(er)petuo p(ro)ditur actio. constante enim matrimonio neutri eorum neque penal(is) neque famosa competit actio sed de dampno in factum datur actio.

Id. De rebus quas diuorcii causa quondam uxorem tuam abstulisse p(ro)ponis rerum amotarum actione contra successores eius non in solidum sed in quantum ad eos peruenit. quod si res extent dominium uendicatione uti non prohibens. **Ne pro dote**

Imp. **mulieri bona mariti ab dicantur.**

Ut uxori p(ro) dote bona addicantur q(uon)dam mariti iure p(ro)hibitum est. Cum sane si nullo relicto successore non ydoneus decesserit fisci iuris forma quatenus successionis modus patitur indempnitati tue consule(re) n(on) p(ro)hibens.

Imp. **De fundo dotali. Rca.**

Si extimata predia data sunt in dotem et conuenit ut electio mulieri fuerit: nichilominus lex iulia locum h(abe)t. Est autem alienatio omnis actus per quem dominium transfertur

Imp. Mariti qui fundum communem cum alio in dotem inestimatum acceperunt ad com(m)uni diuidundo iu

dicium p(ro)uocare non possunt. lic(et) ip(s)i p(ro)uocari possint. **Diuorcio**

Imp. **facto apud quem liberi mora ri uel educari de beant**

Licet neque diuorcium neque parentum moribus ulla con stitutione caueatur ut p(er)sonarum liberorum int(er) parentes diuisio celebretur. competens tamen iudex extimabit utrum apud patrem an apud matrem separato matrimonio filii morari debeant ac nutriri.

Imp. Parentium necessitatibus lib(er)os succurrere iustum est. **De alendis**

Imp. **liberis uel parentibus. Rc.**

Competens iudex a filio te ali iubebit. si in ea facultate est ut tibi alimenta prestare possit.

Id. Si competenti iudici eum qui te ex claudio eam te e(ss)e dicis filium eius e(ss)e probaueris alimenta ei pro modo facultatum p(re)stari iubebit. idem an apud eum educari debeat extimabit.

Imp. Tutores vel curatores mox quam fuerint ordinati sub presentia publicarum personarum inventarium sollempniter rerum omnium et instrumentorum facere curabunt. Aurum argentum que et quicquid vetustate temporis non mutatur si pupilli substantia inveniatur in tutissima collocent custodia ita tamen ut ex mobilibus aut predia ydonea comparentur aut si forte ut assolet ydonea non potuerint inveniri iuxta antiquam formam iuris usurarum cessat acceptio quarum exactio ad periculum tutorum pertinet.

Imp. Scimus creatione tutorum et curatorum cum omni precedente cautela licere debitoribus pupillorum vel adultorum ad eos solutionem facere ita tamen ut prius sententia iudicialis sine omni dampno celebrata hoc permisit. Quo subsecuto si et iudex pronunciaverit et debitor persolverit sequatur huiusmodi casum plenissima securitas ut nemo in postea inquietetur. Non enim dicimus quod iuste et secundum legem actum est ab initio ex alio eventu resuscitari. Non autem hanc legem extendimus in his solutionibus que vel ex reditibus vel ex pensionibus vel ex aliis huiusmodi causis pupillo vel adulto accedunt. Sed si exteneus debitor forsitan ex feneraticia cautione vel aliis similibus causis solutionem facere et se liberare desiderat tunc enim eandem subtilitatem observari censemus.

Id. Cum quedam mulier testamento conditio filium suum pretiisset idem autem filius qui pretitus erat vel fratris vel consanguinei esset tutor vel curator qui scriptus a matre tutoris fuisset heres in presenti specie manifestissimum erat stare tutorem vel curatorem in percipiendo cessione enim auctoritatem suam vel consensum dedit ad eundam hereditatem prestare pupillo vel adulto minime voluit ne ex hac causa sua iura aliquod patiantur preiudicium. Satis enim imminet periculum tutele vel utilis negotiorum gestorum actionis ne pupillus vel adultus utpote ex illius tarditate lesus litem ei ingerat sive huiusmodi timore pertinuit auctor fuit pupillo vel adulto a

[gloss illegible]

illud periculum eminebat. dum enim alii consentit ipse sua uiria pellit: uidebatur hoc confirmare, siue nimis iudicium quod obpugnandum esse existimabat. et multe alie insuper species oriuntur ex quibus ueniendum est tutori uel curatori contra suas res preiudicium: puta in ypothecis et aliis uariis casibus, si inuenimus autem generaliter diffinitum pro officium depositum omnes actiones quas tutor uel curator ex necessitate officii subierint in quemdam pupillum uel adultum cum sufficiat tam optimo exemplo argumentati necnon et in omnibus aliis casibus in quibus uetetur tutor uel curator ne preiudicium aliquod ei fiat timorem eius remouentes. sancimus quia eis cum summa fiducia res pupillorum uel adultorum gubernare sanctiuntur quod lex nostra eis sua iura inmutilata reseruat nichil ex his aliquid in re uel in consensu preiudicium subituris.

In prior[e] constitutionem quam nuper fecimus disponentes quemadmodum debent solides in certibus minorum casis siue ex redditibus siue ex pensionibus siue ex aliis similibus causis in usuras extendimus que tamen non summatim neque ex multis annis collecte iam debentur biennales metas et centum solidorum quantitatem minime excedentes.

Id sancimus neminem tutorum uel curatorum pupilli uel adulti uel furiosi aliarumque personarum quibus tam ex ueteribus quam ex nostris constitutionibus curatores creantur defensionem quam plures susceperint recusare sed ab initio uti modis omnibus memoratas personas defendere et litem preparatam secundum leges instruere scientes quod et hoc munus necessarium est tam tutele quam curationis. Si hoc recusauerint uel subire distulerint non solum utpote suspecti remoueantur amissa estimatione sed et ex substantia sua omne detrimentum quod ante late persone ex recusatione defensionis sustineant resarcire cogantur.

Sed et si quis ex quadam interpellatione admonitus pro litis instructionem consuetam cautelam exposuerit uel prohibuit, et quam persecutionem non procuratorem suscepit uel detinens uel furiosus factus fuerit, sancimus continuo curatorem ei in competenti iudicio ordinari cura et prouisione tam iudicis sub quo uertitur quam cognatorum et propinquorum et actoris si uoluerit ut non ab eo institutalis diuicius protrahatur necessitatem habeat creando curatore defensionem subire et certa litis implere.

Personis autem que pro se proprio uel seu bene siue tutores uel curatores petierint siue inuentes quos sumunt uel quidam alii compellendis eos quos ordinauerint tutores uel curatores preparare talem subire defensionem. Sed si uel noluerint hoc facere et propter huius defensionis recusationem a tutela uel curatione remouebuntur necessitatem imponimus memoratis personis alios tutores uel curatores ordinare in ipsis gestis in quibus tutores uel curatores cre[antur]

[gloss illegible]

antur ex sua defensione declarantes talem subire defensionem. Et si tales personae aliquando relinquuntur, vel certe eos a gerendis una clientelis propellentur, sciant continuo periculo defensionis recusationem in casibus videlicet quibus sic decernimus hoc fieri possit, excusationem aliorum tutorum vel curatorum celebrari, cognatis aliisque propinquis et affinibus vel creditoribus vel aliis quorum interest adeuntibus vel admonentibus eos qui secundum leges habent tutores vel curatores constituere. Defensionem autem et nomen eius in hoc casu apertius declarantes, ne forte putaverint tutores vel curatores gravamen sibi met imponi, illam decernimus defensionem inter eos subire quae non satisdatione pendentis litis constituitur, sed tantum litem secundum legum ordinem pro pupillo vel adulto aliisque personis mitti vel antestinam ex hac nostra auctoritate habentes sine decreto res quarum gubernationem gerunt per cautelam iustis subsignare. Omnem autem dubitationem pro defensione pupillorum et adultorum et aliarum personarum penitus amputantes sancimus omnes tutores vel curatores non aliter cream nisi prius cum aliis solvere ipsis vobis quae pro gubernatione rerum tam in gestis quam in cautionibus ab his conscribuntur et hoc specialiter exprimant, quod omnimodo sine ulla dilatione defensionem pupillis et adultis aliisque supra memoratis personis subire eos necesse est. Aliisque autem nullam in hoc capitulo ambiguitatem relinquentes tutoribus et omnibus curatoribus licere fructus sive qui ex reditibus praediorum colliguntur sive ex substantia personarum quarum gubernationem habent inventi fuerint, id est vinum frumentum oleum vel cuiuscumque speciei sunt, sine decreto distrahere iusto pretio quod in his locis in quibus venditio celebratur tunc temporis noscitur obtinere, et quae ex venditione eorundem fructuum colliguntur pecuniae cum alia pupillorum vel adultorum aliarumque personarum substantia administrentur.

De periculo tutorum et curatorum.

Et qui notitiae causa liberis tutores dantur, quamvis soli administrandorum negotiorum pupillorum vel adultorum facultatem in eodem non accipiant propter tenuitatem sui patrimonii, periculo tamen omnes sunt obligati, sive ea quae scire debent ex utilitate eorum tutores vel curatores dissimulaverunt, aut fraudem aliquam adhibuerunt cum aliis participaverunt, aut cum suspectos facere debent in officio muneris vel obsequio debito cessaverunt.

Ad eos qui in alia provincia tutelam administrant, periculum administrationis ex persona tutorum qui in alia provincia res pupilli gerunt non porrigitur.

Imperator. Si res pupillares quas horreo reconditas habere debuisti aut in venundare in hospicio tuo ut asseveras vi ignis absumptae sunt culpam seu segniciem tu

cum non ad tuum dampnum sed pupilli tui spectare dispendium minus probabili ratione deposcis.

Id. Tutoribus seu curatoribus fortuitos casus adversus quos caveri non potuit imputari non oportere sepe rescriptum est.

Impp. Si tutor petitus vel testamento datus tutorem te constitutum esse non ex remissionis negligentie vitio sed iuste ignorationis ratione non didicisti, idque liquidis probationibus ostenderis, periculo eius temporis quo ignorante te transmissum est non tenebiris.

Id. Temporis illius quod insequitur post tutele transmissionem administrationis officio finito ad eos qui fuerunt tutores gerendeve non pertinere periculum rationis est.

Quando ex facto tutoris vel curatoris minor agere
Impp. vel conveniri possit. Rubrica.

Volumnia cur. Rubrica.

[T]utores et curatores condempnati sunt, si xxv. an. etatis egressa est actio iudicati utilis adversus personam bona quorum eius exercenda est. Nam tutores et curatores finito officio non esse conveniendos ex administratione pupillorum adolescentium quorum sepe rescriptum est.

Id. Et si tutores tui cum pecuniam pupillarem credentes sibi stipulati sunt, utilis actio tibi dabitur.

Id. Si autem minoris pecunia prestita sit que tutori vel curatori eius nomine data est, in mutuo personalis in eundem minorem actio est danda.

Impp. Si hii qui te in pupillari etate constituta fuerunt tutores et postea in administratione perseverantes vel curatores constituti tua predia locaverunt, eos competenter conveniendos sed ex eorum contractu vel tutelae contra quem potuit esse successores conductoris actio.

Id. Per tutorem pupillo actio in incertis casibus dari non potest.

Si ex pluribus tutoribus vel curatoribus unus agere
Impp. pro minore vel conveniri
non possit. Rubrica.

[U]num ex tutoribus vel curatoribus posse causam minoris defendi cum alii tutores vel curatores eum defendere nolunt ignorare non debes.

Impp. Si divisam administrationis periculum per provincias sit, hiis tamen omnibus insinuari convenit et ab ipsis inferri litem qui in ea provincia tutele vel cure officium sustinent, nec de aliis provinciis defensores minorum ad iudicia producantur.

Ne tutor vel curator
Impp. vectigal indicant.

[C]ompetens iudex non ignorat non esse admittendos ad vectigalia conducenda eos qui pupillorum vel adolescentium tutelam seu curam administrant vel eius administrationis rationem nondum reddiderunt. Sed quoniam esse interdictum ad vectigal conducendum accessens tamen contumulto me adisti, si tamen vectigali quoniam pupillis satisfeceris sine crimine carebis. Cum autem fisco te iam obstrictum postea tutorem esse dicas, periculo te excusare potes.

De tutore vel curatore
Impp. qui satis non dedit.

[S]i nondum vobis etas lima est completa satisdacione

ab hys quos minus ydoneos cu
ratores vob[is] ab adu[er]sario cum
fugeretur magi[strat]u datos dicatis
postulare. p[ro]hibent[ur] enim ab ad
ministrac[i]o[n]e nisi securitati uir[ilit]e[r]
satisdac[i]one p[ro]spex[er]int.

Id[em]. Et eum tutorem qui sup[er]est
si f[or]ma p[ro]sidis p[re]ceptum et uiuus for
mam sat[isdandi] non dat remouit a tut
ela si inopia hoc faciat sine infa
mia si fraude cum nota aditus
p[ro]uincie rector iubebit et in locu[m]
defunctorum alios ydoneos sub
stitui p[re]cipiet. p[re]sertim cum p[ro]ximo
nium pupilli noua hereditate au
ctum e[ss]e p[ro]ponas tutores aut[em] da
ti ab heredib[us] eorum quos decessis
se dicis ronem tutele reposcent.

Imp[erator]. Indubitum non uenit tu
tores qui non test[ament]o dati sunt ad
ministrandi potestatem n[on] satis
dac[i]o[n]e emissa saluam tutelam
fore non h[abe]re. s[i] ig[itur] tutor qui p[ro] tu
tela in off[ici]o non cauat iudic[i]o exp
tus e[st] adu[er]sus e[um] lata s[ente]n[ti]a iuri
tuo officere non potuit nec ea que
ab eo gesta sunt ullam firmita
tem optinent. frustra ig[itur] in inte
grum restit[uti]onis auxilium deside
ras cu[m] ea que ab eo gesta sunt ip
so iure irrita sunt.

Id[em]. Non omnium tutorum par
simulq[ue] ca[us]a e[st] cu[m] eni[m] ex emplo te
stamentary confirmatum a p[re]
side ul datum ab inquisit[i]o[n]e no[n]
o[mn]i[n]o sat[is]dac[i]o[n]e rem saluam fo
re pupillorum manifestum sit
p[ro]lib[us] aut[em] datis ex inquisic[i]o[n]e tu
torib[us] illum qui satis s[ecundu]m fo[r]m[am]
edicti rem pupilli saluam fore de
dit in administrac[i]o[n]e p[re]ferri iam
dudum optinuit.

Imp[erator]. Tutor qui sat[is]dac[i]o[n]em cu[m]
dare debuit minime int[er]posuit.
nich[il] omnino ex bonis pupilli
alienare pot[est]. p[ro]x[i]m[us] aut[em] ad tutele
administrac[i]o[n]em electus e[st] bon
orum possess[i]o[n]em pupilli nomine
agnosc[er]e eum potuisse et cetera que
t[em]p[o]re artarentur p[ro]sequi debuisse
ap[er]te declarat.

De suspectis tutoribus.

Libertum tuum. Imp[erator].
tutorem filij tui si fraud
ulent[er] res eius administ
rare existimas suspectum face[re]
potes. immo si offic[iu]m eum pubertate
pupilli finitum non e[st]. nam si eo
iure tutor e[ss]e desijt is iudicio tut
ele conueniendus est.

Id[em]. Curatores q[ui] suo periculo c[ess]ando
tardius ad eos tutela tra[n]sfertur
cessant. q[uo]s si in fraudem fec[is]se exis
timas suspectos postula. q[uo]d si sub
mot[i] fuerint in loco eorum a
lios accipies.

Imp[erator]. Preses p[ro]uincie tutores fi
liorum tuorum successorib[us] striccio
rib[us] remedijs adibitis omni
mo[d]o administrac[i]o[n]is off[ici]u[m] com
pellet agnosc[er]e. q[uo]d si in eadem con
tumacia p[er]seu[er]auerint suspectos eos
postulare ut alij in locum eoru[m]
petantur non p[ro]hibis.

Id[em]. Etiam test[ament]o p[at]ris tutore[m] dat[um]
suspectum postulare potes si fra
udem tutoris argueris.

Imp[erator]. In postulandis suspectis
tutorib[us] seu curatorib[us] no[n] iure[s]
p[ri]mo more[m] p[ro]ncipal[ite]r s[ed] tam
me[n] s[e]q[ui]tur me[n]s fraudulent[er] ge
ratur p[er]pendi oportet.

Imp[erator]. Pietatis fungis nomine
qui fr[atr]is tui filios ut necessitudo
sanguinis suadet p[ro]tege conari[s]

utibi que nō placet cum hic dicatur postulari. alii dicunt sic dolo cessat ... adm[ini]stret ... [illegible]

... in dolo ... dic ergo q[uod] nō pōt directo ex ubi si lex xij. ta. ut ibi ... exint

Si q[ui] tutores uel curatores eorum non recte administrant suspec tis eis postulatis atque ostensis ut alii loco eorum constituantur facile impetrabis. Cor[r]um si meth in fraudem egerunt tum ita egerunt ut in eorum administratione fr[atr]is tui filiorum s[u]b[st]a[nti]a p[er]ic[l]itetur an eis iungendus sit curator qui ydoneus facultatibus sit p[re]ses p[ro]uincie estimabit. Cremouendi aut[em] s[un]t non solum parentibus uirilis sexus s[ed] [et] cognatis [et] extr[an]eis et af finibus et ipsi cuius res admini stratur si nō impubes sit arbitrio cognatorum bone opinionis [et] institutorum conceditur.

Id. Eum q[ue]m ut suspectum tu torem uel curatorem accusas pete de causa cognitionis abstine ab ad ministratione rerum tuarum donec causa finiatur preses prouin cie iubebit alius tamen interea loco ei in administratione rerum ordin andus est.

Impr. Si non suspectum tuto rem tuum postulare ac remo ueri ab administratione bonorum pupilli curatoris admitti necesse pot[est] ideo deficii tui iam nunc pos tulantis tutelam tibi nomine eiusdem pupilli restitui.

Impr. Suspectos tutores ex dolo non [et] eos qui ob negligentiam remoti sunt infames fieri manifestum est. DE IN LITEM DANDO

Impr. TUTORE UEL CURATORE. R[ubrica].

Si quas petitiones aduersus pupillos tuos habes domi ne eas potes a[s]sistenti bus eam q[ue] defendenti bus tutori bus tuis si alios tutores nō habent ad hoc genus litis defendende cu ratores accipere debent

Impr. An tibi partis fundi pat[er]n[i] uendicatio competat is cuius de ea re notio est estimabit respi ciens aut[em] debes officium in quo te tut orem esse dicis ne ob hanc petitionem euictione secuta ultra p[re]cii quanti tatem auctoritas h[er]edem pupil lum tuum omnes qui laudati[us] p[ro] te defendi debeat cum aut[em] co[m]pensationis rationem habere aut certo tutele iudicio exp[er]iri possis. set ne tuum ius si q[uo]d habes impedia tur ad eam rem defendendam que ad rursus te uendicantem a genda erit curatores pupillo petantur.

Impr. Ad prosequendam causam tutor siue curator datus conue niri non pot[est] administrationis periculo cum sola suscepti nego cii tutela mandata est. si in eo nihil g[est]i ut allegas preter negocium gessis ti frustra conuenimus.

Id. Ad litem datus tutor si quid bona fide erogasti a contutoribus more solito exigere potes

Impr. Si uiue ex testamento siue iure le gittimo fr[atr]is tui filiorum tute le onus ad te p[er]tineat uereri nō debes de his q[ue]stionibus quas ad uersus fr[atr]em quondam tuum fuisse dicis cum si qua lis ei mota sit per curatore dato illis curatore ad litem co[n] stituto et sollempnitati iuris uel tutor exigitur et indemp nitati utriusque p[ro]spici debet.

Impr. DE EO QUI P[RO] TUTORE NEGOCIA GESSIT.

Etiam mulieres q[ue] res pupillares p[ro] tuto re administrauerunt ad

[illegible]

Iuxta quandam rationem tenentur.

Imp. Non utiliter nominatus tutor pupillorum agendo nomine eorum per sollicitudinem muneris implet intentiones. Excepta cautione si tutor non est submouebitur.

Imp. Si mater indempnitatem promiserit.

Si periculo suo magistratus tutores quos petisti dederunt quamvis contrectus condicionem alicuius ex ea obligatione obstricta es quod tuo periculo tutores filiis tuis dari postulasti.

Imp. Quedam pupillorum uiro rum itemque ab auo paterno administratam eorumque nomine indempnitatem uobis promissam esse asseueratis que si ita sunt et id pupilli sine etatis effecti non aliusue suam intentionem itemque auum si contra uos concedi malunt non inique indempnitatem ab his prestari desideratis quos ad administrationem suo periculo predem suscepisse proponitis.

Imp. Ob tutorem non ydoneum a matre petitum frustra uobis eam tenere contenditis cum non nisi sponte periculo dari decreto suo iussum comprehensum ex ea obligatione obstricta est. Si ex mutua uoluntatem tutor datus sit. R.

Imp. Si ex ultimam matris uoluntatem fulcinium filio communi tutorem datum probaris eum sine dampno existimationis a tutela remouendum preses decernet. Que res spectato si in fraudem conuictus fuerit non sufficiat.

Imp. Ut causam post pubertatem adsit tutor. R.

Tutores qui nondum administrationis rationes aut curatores transtulerint defensionem causarum pupillarum assistere oportere sepe rescriptum est et ideo si fuit propositis instrumenta quibus asserere possunt causae prouocationis et munere his quorum meministi apud se detinent aditus preses prouincie periculo suo eos a nomine percipiet.

Imperator. Ubi pupilli educantur.

Educatio pupillorum tuorum nulli magis quam matri eorum si non uitricum eis induxerit committenda est. Quando autem inter eam et cognatos et tutores super hoc orta fuerit dubitatio aditus preses prouincie inspecta personarum qualitate et coniunctione perpendet ubi puer educari debeat. Sin autem existimauerit apud quem educari debeat is necessitatem habebit hoc facere quod preses iusserit.

Imp. Utrum nepos tuus ex filia apud te an apud patruum suum morari debeat ex singulorum affectione et qui magis ad suspectionem ex spe successionis prior sit existimabitur.

Imp. De alimentis pupillo prestandis. R.

Pupillus si ei alimenta a tutore suo non prestantur presidem prouincie adeat qui ne alimentorum prestatione mora fiat partibus suis fungetur. Idem est et si de statu pupilli seu adulti et de bonis eius controuersia pendeat.

Imp. Quod plerumque postulat ut arbitrio preteris alimenta pro modo facultatum pupillis uel iuuenibus constituantur possessio suo hi

qui aliena negocia gerunt ne
apud iudicem controversiam habeant
faciunt. ¶ Ceterum si bonus vir et
innocens tutor arbitrio suo ali
it pupillos quod indecorum iudice est
si ne secta patrimonii et suspectus
es alienum quam melius est intim
tacere quoniam cum de modo bonorum
quis ultro proferri et a pacta iuris di
centis esse utilitatem pupillorum
designari. non dubie accepto fer
ri debebunt ea que vir bonus
arbitrabitur in victu ac digne ad
exhibitionem educationis ministe
ria studia que erogata esse. nec fer
endus est iuvenis qui cum pre
sens esset studiisque eruditus at
que alitus est si ea patrimonium se conse
cutum non probet. sumptusque re
cuset quasi vento vixerit aut nullo
liberalis hominis studio imbui me
ruerit.

Arbitrium tutele. R.

Cum tutele Imper.
administrande accep
te peti ceperit neque voluntati
neque iussis patronis efficitur quod
dicit testator medium patrimonii non
in suis verbis testamenti ampliavit
vel imminuit.

Id. Nomina paternorum debitorum
si ydonea fuerunt in initio suscepte
tutele et per latam culpam tuto
rum minus ydonea a tempore tute
le esse ceperunt iudex qui super ea re
datus fuerit dispiciet et si palam
dolo tutoris vel negligentia manifes
ta cessatum est tutele iudicio da
mpnum quod ex cessatione accidit tu
tores pupillo prestandum esse statuere
curabit.

Id. Curator qui pro dedectum pre
sidis sublata pecunia que ad
comparationem possessionis sublata
fuerat pretium suum comparavit elige
utrum malis in emptionem tibi
negotium eum gessisse an quia in
usus suos converse pecunie sunt
legitimas usuras ab eo accipere. Sin quis
iudex tutele officio recditus (?) partem
religionis implebit.

Id. Eum qui bonis paternis sin
edicti formam abstentus est
hereditariis actionibus conveniri
nulla ratio suadet. nec ad rem facit
gradus suus tutores vel curatores
si non consulte abstentus sit ac
tiones ei competat. Iudicio quippe
in ea que ex officio gesta sunt vel
geri debebant veniet. sed culpa so
lummodo quantitatisque inde fuit non fu
isse abstentum existimatur. Con
sequens est ut si per eam causam trans
egisti cum tutoribus vel curato
ribus nulla actio suis de creditoribus
paternis tibi petito competat.

Imper. Omnes tutores seu here
des eorum qui tutelam admin
istraverunt ad eundem iudicem
ire debere iam pridem constitutum
est. cum igitur patrem tuum cum alio
tutelam administrasse allegas
preses provincie eundem iudicem
adversus te atque heredes contuto
rum patris tui dare debebit qua
tenus quisque condempnare de
beat examinaturum.

Imper. Cum intellecte vendicionis
officium et per fraudem tutor vi
cumulasse proponatur. non dubi
tabit preses provincie quin vendicio
nem confirmare volueritis resi
duum pretium cum usuris ven
dite a tutore possessionis celebrate vobis (?)
restitui iubere. ¶ Quod autem petitis

ab heredibus eius qui vendidit pretium vobis exsolvi supplicantibus a nobis desideratis, quia nec praesidis experientiam possit latere tutores qui gesserint sive heredes eorum ob ea negotia quae per eos administrata sunt principali loco conveniri debere, ceteris ob culpae rationem non fugientibus detrimenti periculo substitutis. Et vel si pariter administrasse docentur et adversus unum heredem experiundi arbitrium competere, ita ut actiones quas adversus alios habetis ad electum transferatis.

Item. Quicquid tutoris dolo vel lata culpa aut levi sive curatoris minores amiserint vel cum possint non acquisierint, hoc in tutelae seu negotiorum gestorum utile iudicium venire non est incerti iuris.

Item. Tutores tutelae conveniri longi temporis praescriptio non prohibet. Vim suis transactione aut novatione aut acceptilatione liberationem non praestitisti, apud praesidem provinciae quae tibi debentur repetere non prohiberis.

Item. Tutorem quondam vitricum tuum nomine quem si quid reliquorum nomine debet recte apud praetorem convenire potes. Quamvis enim tuam in rem susceptis bonis vestris indemnitatem pro hac administratione tutoris se praestituram promisisse proponatur, tamen adversus tutorem eius tutelae non adversus matris successores ex stipulatu competat actio.

Item. Si defunctus tutelam vestram administravit, non rerum eius dominium vindicare vel tenere potestis, sed tutelae contra eius successores competit actio. Debitum aut aliis in-

dicüs probari oportet. Nam quod neque ipse neque uxor eius quicquam in administrationem habuerunt, non idoneitatem huius continet indicium. Nec enim pauperibus industria vel augmentum patrimonii quod laboribus et multis casibus quaeritur interdicendum est.

Item. Tutor post pubertatem puellae si in administratione connexa perseveravit, tutelae actione totius temporis rationem praestare cogitur. Et si autem post finitam administrationem in hisdem rebus minime se immiscuit, temporis quod insequitur periculum ad eum non pertinet.

Item. Tutelae actio tam heredibus quam in ceteros successores competit.

Imperator. Veteris iuris dubitationem decidentes sancimus, sive tutor vel curator per substantiam pupilli vel adulti aliquid venerit neque dixerit ad maiorem quantitatem eam reducens sive pro utilitate pupilli vel adulti sive propriam simplicitatem sive per aliam quamcumque causam, minime iuxta id iudicare, sed quod ipsius rei iudicat natura optime et mensura pupillaris vel adulti ostendit substantiae. Et si autem inventario publice facto res pupillares vel adulti conscripserit et ipse per huiusmodi scripturam confessus fuerit ampliorem quantitatem substantiae, non esse inspiciendum nisi hoc quod scripsit et secundum vires eius scripturae patrimonium tunc pupilli vel adulti exigi. Nec enim sic homo simplex immo magis stultus invenitur ut et in publico inventario se scribi aliquid patiatur. Illo procul dubio observando ut non audeat tutor vel curator res pupillares vel adulti aliter attingere

pupillarum administrationem ad eas vendicare nisi prius inventario publice facto secundum morem solitum res eis tradantur nisi testatores quibusdam transmittunt specialiter inventarium conscribi vetuerint. Scituris tutoribus et curatoribus quod si inventarium facere neglexerint quasi suspecti ab officio removeantur et penis legitimis quae contra eos in criminate sunt subiacebunt et perpetua macula infamie notabuntur. neque ab imperiali absolutione huius note fruituri.

Imp. Si ipso initium administrationis officii collegae tui idem pernitati pariande ydonei fuerunt postea quam dictum non convenimur minus ydonei facti sunt

De dividenda tutela et pro qua parte quisque tutor conveniatur

alienae cessationis ad dispendium tuum pertinere iuris ratio non patitur.

Imp. Si divisio administrationis inter tutores sive curatores in eodem loco seu provincia constitutos necdum facta fuerit, licentiam habet adolescens et unum eorum eligere et totum ab eo exigere cessione videlicet ab eo adversus ceteros tutores seu curatores actionum ei competentium facienda. In divisionem autem administratione deducta sive a preside sive a testatoris voluntate unusquisque pro sua administratione conveniri potest. periculum invicem tutoribus seu curatoribus non sustinentibus nisi per dolum aut culpam suspectum non removerunt. Cum alter eorum non solvendo factus sit vel suspicionis causa agendo sua sponte iura pupilli perdiderunt. nec prodest eis dicentibus contutorem suum non administrasse res pupillares. Si vero ipsi inter se res administrandas diviserunt non prohibetur adolescens et unum ex his in solidum convenire ita ut actiones quas adversus alios habet ad electum transferat.

Imp. Licet tutorum conventione mutuum periculum minime firmatur tamen eum qui administravit si solvendo sit in primo loco eiusque successores conveniendos esse non ambigitur.

Imp. De in litem iurando. Rubrica.

Adversus heredem tutoris ob transferendam tutelam iudicem accipientes et prestitis ad pubem instrumenta pertinentia restitui desideratis que si dolo non exhibeantur in litem iurandi tibi contra tutori facultas erit modo secundum pupillo debitam affectionem ad vincula contra religionis extendere volueris.

Imp. Is qui rationes tutele seu cure reposcit invitus in litem iurare compelli non potest sed nolens ita demum audiendus est si heres per longam successionem tutoris instrumenta pupillaria dolo circumveniendi pupilli gratia exhibere non vult. Cum vero neque dolus neque lata culpa neque fraus heredis convincetur omissa iurisiurandi facultate iudex de veritate cognoscet que etiam argumentis liquidis investigari potest.

Idem. Summa sua complexa est in cessantibus curatoribus tutoribus

V

quondam iudex secutus iurisiurandi religionem in condempnationem deduxit in minus pacto non potuit.

Impr. Alio iure est tutor, alio eius heres. Tutor enim inventarium ceteraque instrumenta si non presentat in litem iurandum adversus sese potest admittere; at enim heres eius ita demum si repperta in hereditate dolo malo non exhibeat. Ergo cum adversus ipsum tutorem litem contestatam esse dicatis, tamen si sentences vos in heredes eius actionem persecuturi partes suas adhibebit non ignorans non exhiberi instrumenta quatenus iuxta formam constitutionum partes suas debeat moderari.

Impr. Licet adversus heredes ob non factum inventarium iurisiurandum in actione tutele pretermitti placuit, iudicem tamen velut ex dolo tutoris aliis iudiciis instructum adversus eos ferre sententiam convenit.

Impr. Heres tutoris ob negligentiam que non late culpe comparari possit condempnari non oportet, si non contra tutorem lis inchoata est, neque ex dampno pupilli lucrum captatum aut gratia prestitum sit.

Impr. Pater vester tutor vel curator datus si se non excusavit, non idcirco vos minus heredes eius tutele vel utili iudicio convenire potestis, quod enim curam seu tutelam non administrasse dicatis, nam et cessationis ratio reddenda est. Prius enim periculum suum eos convenire dos esse qui administraverunt sepe rescriptum est.

Id. Adversus heredes quondam tutoris tui tutele iudicio consistere in iudicium aut venire in id quod et tutor ex causa fideiussionis debuit.

Impr. De heredibus tutorum. R.

Heredes eorum qui tutelam vel curam administraverunt si quid ad eos ex re pupilli vel adulti pervenit restituere coguntur, et in eo autem quod tutor vel curator administrare debuit nec administravit idem reddere eos debere non est ambiguum.

Impr. Si tutor non gessit. R.

Certum est non solum eos qui gesserunt sed et qui gerere debuerunt tutelam et in ea que a contutoribus fieri non potuerunt, si modo cum suspectos eos facere deberent id officium omiserunt. Tu autem et si contra tutorum tuorum famosam actionem instituere potuisti, prudenter tamen ne quid tutele deesset necessariis postulationibus apud eum cuius de ea re iurisdictio fuit potuisti.

Id. Qui se non immiscuerunt tutele vel cure ex persona eorum qui gesserunt et ydonei sunt non onerantur. Si qua vero sunt que cum gerere debuerint omissa sunt, late culpe eorum omnes equaliter tenentur.

Impr. De usuris pupillaribus.

Tutorem vel curatorem pecunie quam in usus suos convertit legitimas usuras prestare debere olim placuit.

Impr. Quis quod ex causa tutele debetur usuras prestari oportere dubium non est, quamvis aliis pro parte minime necessitas solutionis irrogetur, quia non id alias contingit quam si cessatio contutoris in suspecto faciendo imputari possit.

Idem. Si pecuniam pupillarem neque ydoneis hominibus credere neque in emptionem possessionum convertere potuisti, non ignorabit iudex usuras a te exigi non oportere.

Imperator. Pupillus agere adversus eum actione tutele compelli non potest, verum curatorem adversus futuram eam accipere, ut siquid ei debetis, curator eius inhibeatur usurarum dentis uncia commodis frequentius impositis ad iudicium eum provocare ac si rem dissimulet, perficere actis apud presidem provincie factis voluntatis vestre rationem declarare, quo facto tam vobis ipsis quam securitati filiorum vestrorum consultis. Quod et in curatoribus locum habet.

De fideiussoribus tutorum vel curatorum.

Imperator. Cogere debes utrum cum ipsis tutoribus vel curatoribus seu heredibus eorum an cum hiis qui pro hiis se obligaverunt agere debeas, vel si ita malis dividere actionem. Nam in solidum et cum reo et cum fideiussoribus agi iure non potest.

Idem. Non est ambiguum iure electo reo et solvente fideiussorem liberari, et ideo si simpliciter acceptus est fideiussor in id quod tutor seu curator debiturus esset, cum proponas tutorem seu curatorem condempnatum solvisse, quod dubium est fideiussorem liberatum esse. Plane si stipulationi rem salvam fore interposita est vel cautum est in id quod a tutore seu curatore servari non posset, manet fideiussor obligatus ad supplendam indempnitatem.

De contrario iudicio tutele.

Imperator. Pro iudicato contutore pecuniam solvisti, nullum iudicium tibi contra pupillum competit, ut delegetur tibi adversus eum liberatum actio. Quod si nomine eius misisti in rem suam procurator datus heredes iudicati potens convenire.

Imperator. Si non ex propria culpa solvisti pupille condempnatus esset absens et indefensus acquievit, cum ex causa iudicati satisfacere te pis, adversus contutores tuos actiones mandari tibi a pupilla desiderabis vel utili actione uteris.

Idem. Si pater tuus quidem pupillum sui tutelam administrasse proponis, testatore recte facto, pupillo in quandam suo herede instituto decessit, quam non nisi pro portione hereditaria tutele per rationem confusione constat extingui, pro residua parte succedentem patri tutele te conveniri apud competentem iudicem reddere rationem, qui secundum bonam fidem eorum in que patrem tuum in rem eius erogasse dicis admissa compensatione reliqui siquid amplius debetur faciet condempnationem. Quod si sciens amplius in rem suam erogatum agendum propterea tutele non putavit eum contrario iudicio convenire potes.

Imperator. Neque tutoris neque curatoris absencia quicquam in stipulationi pro pupillo habite nocet.

Imperator. De auctoritate prestanda.

Nec actiones sine auctoritate tutoris in etate pupillari constituta remittendo quicquam amittere potens.

Idem. Eum qui a pupillo sine tutoris auctoritate distrahente comparavit longi temporis spacium non defendit.

Imp. Clarum possit tantum facientes scimus omnimodo debere agentibus et pulsatis in criminalibus causis minoribus xxv an. adesse curatores vel tutores in quibus casibus adultos et pupillos leges accusare concedunt. cum cautius et melius est cum suasione perfectissima defensa facere minores et inferre. nec ex sua imperitia vel iuvenili calore aliquid vel dicant vel taceant quod si fuisset prolatum vel non expressum prodesse eis poterat et a decoriore calculo eos excipere.

Idem. Ut etiam dubitationem amputantes per omnia testamentarii quidem vel per inquisitionem dati tutoris auctoritas sufficiebat licet plures fuerant non tamen in diversis regionibus destinati. legitimi autem vel ex inquisitione vel simpliciter dati omnes consentire compellebantur. scimus si plures tutores fuerint ordinati sive in testamento parentis sive ex lege vocati sive a iudice vel inquisitione vel simpliciter dati et unius tutoris auctoritatem pro omnibus tutoribus sufficere ubi non divisa est administratio pro regionibus vel per se partibus. ubi enim necesse est singulos pro suis partibus vel regionibus auctoritatem pupillo praestare. quare in hoc casu non absimiles esse testamentarios et per inquisitionem legitimos et simpliciter datos iubemus eo quod fideiussionis onere praegravantur et subsidiariae actionis adminiculum speratur. sed hec omnia ita accipienda sunt si non res que agitur solutionem faciat ipsi tutele utputa si pupillus in arrogationem se dare desiderat. etenim hoc absurdum est solvi tutelam nec consentiente sed forsitan et ignorante eo qui tutor fuerat ordinatus. tunc enim sive testamentarii sive per inquisitionem dati sive legitimi sive simpliciter creati sunt necesse est omnes suam auctoritatem praestare ut quod omnes similiter tangit ab omnibus comprobetur. que omnia in curatore fieri oportet.

Imp. Si curatores tutoribus adiuncti sunt pubertate pupilli tam tutorum quam curatorum adiunctorum officium finitur. idcirco alios per etatis infirmitatem curatores esse dandos manifestum est.

Quando tutores vel curatores esse desinant.

Imp. Tutoris officium ex sola voluntate pupilli non finiri certissimum est.

Imp. Indecoram observationem in examinanda marum pubertate resecantes iubemus quemadmodum feminae post completos xii annos omnimodo pubescere iudicantur ita et mares post excessum xiiii an. puberes existimentur indagatione corporis inhonesta cessante.

De auctoritate tutoris seu curatoris praestanda.

Imp. S[illegible] instituti filii tui iure successerunt licet te tutorem eorum esse praetendatur tamen non per procuratorem sed actorem decreto constitutum a te res eorum te absente peti convenit.

De excusationibus et temporibus earum.

Imp. Falsa suasione circumventus es te propterea quod spado sis immunitatem a tutela vel cura [illegible]

Idem. Si curatores dati [illegible] a heredes [illegible] festis generaliter nec decreto significatum est Italicarum tironum

uobis munus adlectum (al. adiunctum) agere debetis competentem iudicem ut uos a provinciali administratione liberet. quod si factum fuerit petentes in provincia curatores adolescentes.

I. Idem. Excusationis quidem tue fingende studio tutor datus es (al. excusationem praetendens) et tamen cum tempore presides provincie audiendum non esse putaverint propter prescriptionem temporis quod tardius adires (al. excusationem), nec a decreto provocasti, intelligis parendum esse sine

I. Imperator. Amplissimi ordinis consulto qui pupillam suam uxorem ducit nuptias esse non intelligitur etiam in filiis constitutum. Sed sicut de mente eam in minimo heres absens et ignorans curator institutus es potes esse securus dum tamen alium substituat. non enim debet ignorantia maritorum amplissimi ordinis consulto fraus fieri.

I. Imperator. Liberos a tutela vel cura liberorum patronum seu patrone nullam excusationem impetrare amplissimus ordo auctore divo Marco censuit. id nec illud prodesse eis debet quo minus curatores sint liberi patronum seu patrone liberis dentur qui eorundem tutelam administraverunt.

I. Idem. Quinquaginta dies qui prefiniti sunt ad professionem excusationis his qui tutores vel curatores dati sunt, ex eo die cedere ex quo decretum pretoris an testamentum parentis nostri factum erit ei qui ad munus vocatus fuerit ipsa constitutione que hoc induxit sancitur. Sed siquis in eius temporis computatione ab eo cuius de ea notio est fuit iniuriam passus non provocavit adquiescere rebus iudicatis debet.

I. Idem. Neque a tutela neque a cura idcirco quis excusatur quod creditor sive debitor eius est cui tutor seu curator datus est, sed principem immunem habere debet ut si res exegit is qui alieno auxilio eget defendatur.

I. Idem. Colonos id est conductores predioorum ad fiscum pertinentium hoc nomine excusationem a muneribus civilibus non habere. idcirco invicte tutele munere fungi debent.

I. Idem. Frater tuus non idcirco prohibetur a tutela vel cura excusari debet quod oculum amisit, proinde intelligit munus susceptum eum deserere non posse.

I. Idem. Exactores tributorum in tanto tempore quanto rem tributoriam tractaverint non solum ab omnibus sed et a tutela vocationem habere dubitare non debuisti.

I. Idem. Testamento tutor datus ut ab omnibus his excusareris que pupilli tui in alia provincia quam vos estis morantes possident intra quinquagesimum diem postulare debuisti. Sed si facere cessasti excusatio quidem temporis prescriptione submovetur. sicut autem per late diffusum patrimonium an tamen aliud gravius quos curatores oporteat preses provincie sive insufficientem deprehenderit estimabit.

I. Imperator. Voluntarie tutele munera privilegiis nichil derogant.

I. Idem. Nec senatorum quidem liberti neque

cetorum ipsa quia pronorum
negant gerunt a muneribus civili
bus habent immunitatem. tamen
et minimi unius senatoris libertis
qui pronum negant git a tutela si
ue cura vacationem habet.

Idem. Si eiuter p(rae)ses exequetur si
animadvertit avunculum tuum
ipsa nominari tutorem ut me
tu huius vacationis a magistratibus
mulier reclamat quam in speciali
qua excusatio ei competit et non
alia causa nominatus est quod ut lite
fatigetur quod in ea re assumptus
fuit is qui eum nominavit iu
xta formam constitutionum ei re
sidere cogetur.

Idem. Quamquam in tutelam detentus eo quod excusatio causam obiciebas
non est admissa provocationis auxilium flagitares et in medio
tempore hi quorum meministi
in adulta etate agere ceperunt tamen
non eo minus causa interposite pro
vocationis eius temporis iudicio
iurium more examinanda est.

Imperator. Si ut allegas tutor his
datus es cum quibus disceptationem hereditatis tibi esse proponis
in tempora anticipatus excusationibus
prestituta non opitularis ad
ire presidem provincie potes for
me super ea re statutorum prin
cipalium obtemperari pro sua gra
vitate iussurum.

Imperator. Licet orationis sub divo
Marcho habite verba deficiant is
tamen qui post excusationes nuptias mariti
sue curator datus est excusare se debet
ne manifestam infamiam eius
offendat et labem pudoris
contrahat.

Imperator. Tutores nominatos
ad pupillorum institutione necesse non habere
certissimi iuris est. quapropter licet non appe
llasti siquidem te excusationem habere
confidis intra tempus quod divi Mar
chi constitutione prescriptum est hac apud
presidem provincie uti non prohibe
ris. nam quod omnium bonorum
patrem pupilli usumfructum
dereliquisse quondam uxori tue pro
ponis ad excusandos vos a tute
la non est ydoneum.

Idem. Inusitatam rem desideras te
de tutela filii dimitti postulas
quod te posse terrio tutele iudicio
inimicum eius quem esse contendis.

Idem. Curator adultis nominatus
quorum tutor antea fuerat muneris
in administratione tem non potest.
pro inde sicut his excusationibus prestitutis
tutus nondum excessit uti competenti defensione potes.

Idem. Quod tres cum ut inmis filios
te cores esse profitearis ad excusationem
tutele non est ydoneum cum harum divisio curatore dato fieri
possit.

Idem. Si tutor nominatus decreto
presidis habens excusationem absolutus
es alte non pertinere periculum ad
ministrationis manifestum est.

Idem. Humanitatis ac religionis
non permittit ut adultus sororem
vel filias sororis actionum necessi
tates tutele occasione suscipias cum
ipsius et pupilli cui tutor da
tus es alind exigere videatur utili
tas ut eum tutorem potius
habeat cui ad defensionem eius
non iubeatur affectu. iuxta formam
quam consulti decrevimus pro
rem actum oz ut et iusto tuo de

fideiio et pupilli ipsius commodo consulatur.

Imp. Excusationem naviculariis tutele seu cure hactenus ipsis tribuimus ut muneribus officiis minoribus sui tantum corporis obligentur.

Imp. Viros clarissimos sacri palacii silentiarios excusatos a tutelis seu curationibus excusatione scimus.

Imp. si falsis allegationibus excusatus sit. R.

Si absentibus necessariis personis vel his qui sua sponte vos defendere volebant non competentibus allegationibus qui vobis tutores aut curatores dati erant liberati ea munere iussi fuerunt, nec eis decernenisse iudicis religionem prosit. Preses provincie audiet vos et si iniustum decretum eos extorsisse apparuerit exinde ad eos periculum administrationis pertinere pronuntiabit ex quo dati sunt.

Imp. Tutores quos pretextu bona pupillorum administrasse non a preside provincie cum re integra excusationem impetrasse asseveras periculum administrationis evitare minime posse manifestum est.

Imp. Si ut proponis per clausulam ab administratione tutele seu cure tue iacturam fratris tui ambitione potius quam iuris ratione se excusavit periculo muneris iniuncti minime liberatus est.

Imp. si tutor rei publice causa abierit. Rca.

Si vel tutores vel curatores dati cum rei p. absentes fuerint ad tempus se excusare debent a tutela ne in medio tempore periculo astringantur. C.

Si quidem et tu fecisti eius initium alii periculum quo abfuisti pertinere esse non debes. C. sed ad pertinuisti ut prior eo loco is conveniatur qui administravit de iure postulabis.

Imp. Certum est eos qui rei p. causa absentes fuerunt ab omni tutela nova anno vacare debere. De excusatione veteranorum.

Imperator.

Hi causariam missionem sacramento per .xx. stipendia soluuntur integram famam retinent et ad publica privilegia veteranis concessa pertinent.

Imp. Quod placuit veteranos tantum convenientium filiorum seu militum et quod tutelam unam seu curam eo tempore administrare compelli eo pertinet ut si aliis dati fuerint intra sollempnia tempora causas excusationis apud competentem iudicem deferant.

Imp. qui numero liberorum se excusat.

Hi ad tutelam vel curam vocantur Rome quidem trium liberorum incolumium numero quorum in statu non ambigitur in Ytalia vero quattuor in provincia autem quinque habent excusationem.

Imp. Neque filia amissa in numero prodest ad declinanda municipalia munera neque nepotes numerantur quorum pater superstes cum suo nomine patri prosunt.

Imperator. qui morbo. R.

Liminibus captus aut surdus aut mutus aut furiosus aut perpetua va-

[V]alitudine tentus tutele exequi ... sacerdotium habent. **Qui etate &c.**

Pater tutius(?) Impr. Si maior es annis [septuaginta] ad tutelam seu curam devocatus excusare te sollempniter potest. **Qui numero tutelarum.**

Si tres tutelas Impr. eodem tempore non defunctorie susceptas administras onere quarte tutele seu curationis pupillorum vel adolescentium non gubernans. Finito autem officio pubertate pupillorum vel etate adolescentium alie subsititui possunt. nec licet numerum trium tutelarum sive curarum administrate relicta sit. Sed imperfecte divise spes vacationis licet plurime sit ad excusationem non proficiunt. Scire igitur debes eum qui duos filios habet et quatuor tutelas administrat excusationem non promereri. **De curatore furiosi vel prodigi &c.**

Curatores impleta legitima etate prodigis et furiosis solent tribui.

Impr. Ordinis divi Severi in quo possessiones rusticas sine decreto presidis pupillorum vel adolescentium distrahi vel obligari prohibitum est non minus et ad agnatum furiosi porrigitur. Si igitur citra decretum presidis furiosi mente capti ab agnato eius tibi pignori nexus est vinculum pignoris in eo non consistit utilem tamen actionem sive personalem actionem sive eius utilitatem pecunia mutua accepta est potes

Id. Si perpetuus mentis ... hre compos non est petere ei curatorem per quos si quid gestum est quod revocari oporteat possis causa cognita in pristinum statum restitui.

Impr. Cum repudiante furiosa iure suo constituta marito qui solus repudiare potuit quondam in rem furiose marito quondam eius iustitia confecisse significas intelligis nec eam que furiosam detentione potius secum eius ad eandem iure non pertinuisse defensio.

Impr. Nec dubium quod anima (?) inde vite successionis emancipato vel emancipatis deputasse nec de omnibus tutele prescripsisse videamur curatores nec omnium eos per xij tabularum lege furiosis filiis et sororibus utpote limos excusare hac legis sanctione decernimus.

Impr. Cum aliis quidem hominibus continuum furoris infortunium accidit alios autem morbus non semel recurrendo aggreditur sed in quibusdam temporibus quedam eis intermissio pervenit ut in hoc ipso multa esset differentia ut quibusdam breves inducie aliis maiores ab hoc vicio inducantur antiquitas disputabat utrum in medius furoris intervallis permaneat eis curatoris intercessio an cum furore quiescente finiatur et iterum morbo adveniente reintegretur. Nos itaque eius ambiguitatem decidentes sancimus cum incertum est in his furiosis hominibus qui vel remittunt sive ex longo sive ex proprio quo spatio et impossibile est incognitum furoris et sanitatis eum conscripsit(?) sepius constitui et per longum tempus sub eadem esse varietate

[gloss: illegible]

ut quibusdam videatur in penetralibus furor esse remissus, curatoris dationem non esse finiendam, sed manere eum donec talis furiosus vivit: quia non est penitus tempus in quo huiusmodi morbus desperatur. Sed per intervalla que perfectissima sunt nichil curatorem agere, sed ipsum posse furiosum dum sapit et hereditatem adire et omnia alia facere que sanis hominibus competunt. Sin autem furor stimulis suis iterum eum accenderit, curatorem in contractu suo vocari, ut nomen curatoris in omni tempore habeat, officium autem quociens morbus redierit: ne crebra vel quodammodo ridiculosa fiat curatoris creatio et tam frequenter nascatur quam desinere videatur.

Id. Cum furiosus quem morbus detinet in sacris parentis sui constitutus est, in dubitatione curatorem habere non poterat, cum sufficit ei ad gubernationem rerum que ex castrensi peculio vel aliter ad eum pervenerunt et vel ante furorem ei acquisite sunt vel in furore obvenerunt vel in bonis quorum proprietas ei modo competit, patria vel certa diligentia? Quis enim talis affectus extraneus invenietur ut vincat paternum? vel cui alii credendum est res liberorum gubernandas esse parentibus derelictis? Sed Tertullianus vir antiquissimus prespes libro singulari quem de castrensi peculio conscripsit, tali tractatu proposito videtur obscure eandem attingere sententiam. Tamen nos hoc aptissime intelleximus.

Sin autem parentes ab hac luce decedere contigit, nostra constitutio quam promulgavimus de his que in testamento furioso relinquenda sunt vel substitutione eorum in suo robore maneat.

Sin autem parentis furiosus sui iuris sit, tunc in propriam hereditatem que cum debita ad potestatem suam devolvitur nulla est iuris veterum dubitatio, cum illico appareat et suus heres existat suis parentibus.

Sin autem ex alia quacumque causa hereditas ad eum vel successio pervenerat, tunc magna et inextricabilis vetustissimis viris dubitatio exorta est, sive adire hereditatem vel bonorum possessionem petere furiosus possit sive non, et si curator eius ad bonorum possessionem petendam admitti debeat, et iuris auctores exercuerunt late magnum habuerunt certamen. Nos itaque utrimque acies auctorum certo fine compescentes scimus furiosum nullo modo posse vel hereditatem adire vel bonorum possessionem agnoscere; curatori eius autem licentiam damus, immo magis necessitatem imponimus, si utilem esse successionem existimaverit, eam bonorum possessionem cognoscere que antea ex decreto dabatur, et ad similitudinem bonorum possessionis heredem cum petitio bonorum possessionis constantiniana lege sublata est et ab ea introducta observatione pro antiqua sufficit petitione.

Sed cum antiquitas in curatore furiosi multas ambages constituit, quemadmodum ab eo cautio vel satisdatio vel quibus rebus vel quibus personis, et si omnis curator talem prestabat cautelam, necessarium nobis

[gloss: illegible]

visum est ut humano generi consulentes omnem huiusmodi obscuritatem inextricabilem et circuitum tollamus. compendioso autem et dilucido remedio totum complectamur. et prius de creatione curatoris qui furiosis utriusque sexus datur scientes tunc talium causarum finem imponimus. Si quidem parens curatorem furioso vel furiose in ultimo elogio heredibus institutis vel exheredatis dederit. sine satisdatione et fideiussionem cessare necesse est. pro non testamento per satisdationem sufficientem ipse qui datus est ad curationem perveniat. ita tamen ut in hac florentissima civitate apud urbicariam prefecturam deducatur. In provintia autem apud presidem eiusdem provincie presente et tam viro religiosissimo locorum antistite quam tribus primatibus et actis intervenientibus tactis sacrosanctis scripturis dicat omnia se recte et cum utilitate furiosi gerere et neque pretermittere ea que utilia furioso esse putaverit neque admittere ea que inutilia extimaverit et inventarium cum omni subtilitate publice conscripto res suscipiat et eas secundum suam opinionem disponat. sub ypotheca rerum ad eum pertinencium et ad similitudinem tutorum et aliorum curatorum. Sin autem testamentum quidem parens non confecit. lex autem curatorem utpote agnatum vocaverit. vel eo cessante aut non forsan existente ex iudiciali electione curatorem ei dari necesse fuerit. tunc secundum prefatam divisionem in hac quidem florentissima civitate vel gloriosissimam urbicariam prefecturam creatio procedat. sed si quidem nobilis sit furiosi persona et florentissimo senatu convocando ut ex inquisitione curator optime atque opinionis integre nominetur. Sin vero talis persona sit et solo viro gloriosissimo prefecto urbis presidente hoc procedat. Et si curator quidem substantiam ydoneam possidet et sufficientem ad fidem gubernationis et sine aliqua satisdatione nominationem eius procedere. Si autem non talis sensus eius inveniatur tunc et fideiussio in quantum possibile est ab eo imploretur. curatorem quidem omnimodo sacris scripturis propositis in omnium causa celebranda. ipso autem curatore cuiuscumque vel substantie vel dignitatis est prefatum sacramentum prestante et rebus gerendis preante et inventarium publice conscribente quatenus possit undique res furiosi gubernari. In aliis vero provinciis vero huiusmodi omnibus observandis ut apud presidem provincie cuiuscumque et virum religiosissimum episcopum civitatis necnon tres primates memorata creatio procedat. Eadem observatione in inventario et iureiurando et satisdatione et ypotheca rerum curatoris modis omnibus adhibenda. Tali itaque ordinatione in curatore furiosi disposita. si quid preterea ad furiosum pervenerit sive ex hereditate sive ex successione vel legato vel fideicommisso vel alio quocumque modo hoc furioso accedat et hoc cum alia eius substantia manibus curatoris tradatur inventario super hiis rebus facto

endo in sub eius cura constituatur: quatenus si quid resipuerit furiosus, iterum eadem administratio ipsi restituatur. § Sin autem in furore diem suum obierit vel in suam sanitatem perveniens eam repudiaverit, si quidem successio est ad eos res redit volentes tamen vel substitutione vel ab intestato heredes vel alii in ordinem eorum, eo scilicet observando ut hi veniant ad successionem qui mortis tempore furiosi propinquiores existant ei ad cuius res vocabantur, si non in medio erat furiosus. Omni satisdatione vel cautione qua per inextricabilem circuitum veteris iuris auctores induxerunt radicitus excisa. Legatis autem procul dubio vel fideicommissis ceterisque acquisitionibus furioso acquirendis et substantiam eius aggravandis. § Sin autem ipse resipuerit et noluerit ea admittere et aperte hec respuerit vel heres eius hoc fecerit, a substantia eius illico separandis quasi nec fuissent ab initio ad eum devoluta et per omnium tramitem ambulantibus substantiam furiosi neque pergravantibus neque adiuvantibus. § Sin autem curator furiosi secundum legem nostram nominatus decesserit sub eodem modo eademque observatione alius creabitur, quemadmodum et si suspectus reperiatur alter subrogatur, quod et veteribus legibus placuit. § Hec autem omnia que de creationibus curatorum cum per novam dispositionem introducta sunt futuris casibus imponantur et neque antea facti curatores removeantur neque aliquod novum eis accedat, sed antiquo ordine statuti in antiquos quidem tum ad curationem permaneant, tam in nos cautione videlicet vel satisdatione que antiquitus fuerat introducta super praedictis convenientibus ad furiosos successionibus minime perturbanda.

De praediis et aliis rebus minorum non alienandis vel obligandis [sine decreto]

Imp. Venditio vel obligatio praedii quod iure pignoris vel in causam iudicati captum vel distractum est ad senatus consultum quod de non alienandis praediis pupillorum vel adolescentium non auctore praetore vel praeside provinciae factum est non pertinet. Sed si in minore etate es, cui subvenire solet auxilium competens, videre an tibi in integrum restitutio debeatur presente diversa parte causa cognita dispiciet.

Imp. Non est vobis necessaria in integrum restitutio, si tutores vel curatores vestri possessionem licet pignori nexam vendiderunt. § Creditores id fecerunt, ita demum iuxta formam edicti beneficium tibi impertietur, si fraudulenta venditione participante consilium emptore damnum tibi inflictum esse docetur.

Imp. Cum emancipatis vobis peculium acquisitum foret alienari a patre eodemque curatore sine presidis auctoritate non potuit, maxime si tamquam suum et non tamquam pupillare vendidit. Vindicataque eius persecutio vobis maneat.

Id. Non solum per venditionem rus-

rustica praedia vel suburbana pupilli vel adolescentis alienari prohibetur: sed neque transactionis ratione neque permutatione et multo magis donatione vel alio quo modo ea transferri sine decreto a dominio suo possunt. Igitur et tu si fratribus tuis per transactionem fundum dedisti, vendicare eum potes. Sed et si quid invicem ab eis ex eodem pacto consecutus es, id mutuo restituere debebis.

Idem. Et si praeses decreverit alienandum vel obligandum pupilli suburbanum vel rusticum praedium, tamen actionem pupillo si falsis allegationibus circumventam religionem eius probari possit, senatus reservavit. Quam exercere tu quoque non vetaris.

Imperator. Minorum possessionis venditio per curatorem delata ad praetorem vel praesidem provinciae libello si non potuit celebrari, ea res confici recte non aliter potest nisi apud acta causis probatis quae venditionis necessitatem consistant, decretum sollemniter interponatur.

Idem. Si ad resolvendam donationem quam in emancipatum te pater contulit minor annis cavillationem eam fingit, cum huiusmodi scriptura ex senatus consulti auctoritate data sit, non oberit tibi.

Imperator. Praedia rustica quae contra senatus consultum donata esse ante nuptias sponsaliorum nomine proponis, earum confessio ostendit cum proprietas ad te proprio iure minime transire non potuit, in dominio mariti permansisse palam est.

Idem. Et si usque quem praedium rusticum minoris distraxisse affirmas curatoris officio id sumere fecit, venditionem tamen esse civium secundum orationem factam sine praesidis non infinito recisa est. Pignora sane quae ob evictionis periculum idem curator ex rebus propriis obligavit, prohibens persequi.

Imperator. Praediorum quae sine decreto alienata sunt dominium tibi persequenti praeses opem feret, apud quem si illuxerit non universa praedia quae curatori tuo data sunt in patrimonium tuum pervenisse, per ea duntaxat pecuniae tuae parte convenire te permittet quam in facultates tuas erogatam esse constiterit.

Idem. Si quod sine decreto minor annis patronus tuus rusticum praedium venundedit, supervacuum est de vili pretio tractare, cum senatus consulti auctoritas retento dominio alienandi viam obstruxerit. Et si vero interposito iure decreto vendidit eum vili pretio eius possessionis cuius summa res ignorabat, fecit usque petitum decreti auctoritatem in integrum restitutionem causa cognita ei praebetur.

Idem. Ob aes alienum tamen causa cognita praesidali decreto praedium rusticum minoris provinciale distrahi permittitur.

Idem. Etiam vectigale vel patrimoniale sive emphyteoticum praedium sine decreto praesidis distrahi non licet.

Idem. Utere viri prudentissimi patrui tui censo ceterorumque quorum creditoribus fuisti, merito eam fisci actori mali exceptionem opponere petitum ob eorum debitum probans solutum si sortem cum usuris quae fisco de-

dentur pupilli non offendente fiscos, provinciales sine decreto presidis venum dantes cum fructibus petant.

I. Si minor an. xxv. rusticum predium cum aliud debebas sine decreto dedisti in solutum dominium a te discedere non permisit senatusconsulti auctoritas.

I. Si predium rusticum vel suburbanum non loco sed qualitate fecerint in pupillari etate constituta pupillo auctore vel adulta sine decreto presidis provincie in qua situm est vendidisti secundum formam senatusconsulti dominium eius sive ius a te discedere non potuit sed vendicationem eius et fructuum vel hys non existentibus condictionem competere constitit. Emptor autem si probare potuerit creditis facultatibus obedire te minoribus vel honoribus non potuisse et ad utilitates prefata tua cessisse pecuniam quam pretii nomine susceperas doli exceptionis auxilio precium cum usuris quas prestitura esses et sumptus meliorati predii servare tamen modo potest.

I. Inter omnes minores nec commune predium sine decreto presidis forma senatusconsulti distrahi patitur. Nam ad divisionis causam provocante tamen maiore socio eius alienationem et sine decreto fieri iam pridem optinuit.

Impr. Si minores vel ex propriis nomine vel ex suo debitis dumtaxat fiscalibus ingruentibus vel privatis creditoribus repellantur ob noxiam in tempore decreti a constantiniano pretore celebranda est probatis ac examinatis causis ut pate facta rerum fide firma venditori perseveret.

Quando decreto opus non est.

Si probari potest pa. Impr. trem pupilli cuius tutores convenisti consensisse ut redditio tibi pretio precium recuperaret id quod convenerit servabitur. Neque enim in ea re auctoritas presidis necessaria est ut tutorum sollicitudini consulatur si voluntati defuncti pareatur.

Impr. Illud requirendum an a divo principe Saturninus vir clarissimus spatrius venditionis acceperat. Ad instar enim presidalis decreti concessio principalis accedit.

Impr. Predium rusticum vel suburbanum a minore xxv. annis alienari sine decreto presidis non pendentis voluntas seu testatoris excutere bonis ad minorem pervenit super alienando eo aliquid mandasse deprehendatur nulla ratione potest.

Impr. Et sine interpositione decreti tutores vel curatores quarumcumque personarum vestes detritas et supervacua animalia vendere permittimus.

Si quis ignorans rem minoris esse sine decreto comparaverit.

Impr. Si ea que in iura tutoris hereditario titulo vel honorario successit possessionem tuam vendidit sive ut pupillarem distraxit emptor qui sciens a tutoris herede mercatus est cum officium morte finiatur alienam rem comparando de tempore intervallo nullam potuit acquirere defensionem. Eo minus ut suam distraxit heres tutoris ignorans quia rem alienam emptor

comparavit neque statim per traditionem possessionis dominus effectus est sed tantummodo actu usus de statuti temporis cum te lime etatis esse non diffitearis, potes uti prescriptione.

Idem. Si decreto amplissimi ordinis decretum possessiones tue distracte sunt, convenientem earum possessorem ut si ita gestum probaveris et possessio reddatur et fructus universi revocentur, si non bona fide emptorem fuisse qui emit constiterit.

Imperator. Possessiones rustice vel suburbane sine cause cognitione et interpositione decreti et senatus consulto alienate nec a secundo emptore recte tenentur nisi statutum temporis spacium intercesserit.

Idem. Quamvis a tuis emptorem ad quem ex persona eius cui est secundo donata res est iusto titulo minime mente ea res de qua lis est transire fecit, requiri oportebit an presente procuratore domino et maiore effecto sine controversia bona fide decennio vel absente viginti annorum continuationem patitur possessor fuisse monstretur. Quod si ad perfectam etatem tuam manifeste constitit sine ulla cunctatione habita longi temporis prescriptione petitorem oportebit excludi.

Si maior factus sine decreto factam alienationem ratam habuerit.

Imperator. Cum proponas curatorem presidum non interposito decreto presidis predium rusticum heredi creditoris seu tutori eius destinasse vendendum, eamque venditionem decretum presentium ratam habuisse, si in minore precio predium distractum est et inconsulto errore lapsum presentium tuum per etiam venditioni consensum dedisse constiterit, non ab hac re erit superfluum precii in compensationem deduci quod presidis provisione fieri convenit. Cuius solercie congruum est si diversa pars bonam fidem non amplectitur in arbitrio eius ponere an velit possessionem cum fructibus restaurare ita ut feneberis pecunia cum competentibus usuris restituatur.

Idem. Si sine decreto presidis predia tua a tutore tuo alienata sunt nec speciali confirmatione vel si bona fide possessor fuisset statuti temporis excursu id quod per etiam fieri fuerat stabilitum est, preses provincie possessionem in ius tuum revocabit.

Imperator. Si quis sine decreto minorum vel adhuc sub curatoribus constitutorum vel puerilem etatis eorum curam excedentium res alienaverit vel supposuerit et ad perfectam etatem idem minores longo silencio quievere habita traxerint, non inutilis alienatio vel suppositio diuturno silencio roboretur. Tempus autem ad talem confirmationem prefinitum esse censemus, id est per quinque annos post impletam minorum etatem, id est viginti quinque annos connumerandos. Nichil congestus est super tali alienatione vel suppositione is qui eam fecit vel heres eius minime recetaverint eam occasione pretermissionis decreti, sed si tempore causa ab initio sine decreto fuisset alienata vel supposita. Cum autem donationes a minoribus nec cum

Explicit prima pars apparatus Codicis.

decreto celebrari possint. Si minor vel provectae aetatis rem immobilem donationis titulo maluit, excepto propter nuptias donatione, tamen sepe fit, non aliter hoc firmitatem habebit nisi per XXV annos completos inter praesentes quidem decennium, inter absentes autem vicennium donatore acquiescente effluxerit. Ut tamen in heredis persona continuo tempore accedat quod post heredem eiusdem heredis minoris aetatem silencio tamen factum sit.

Imp. DE MAGISTRATIBUS CONVENIENDIS.

Si magistratus a tutoribus seu curatoribus quos praefecerunt seu nominaverunt stipulati sunt, eo nomine indempnes futuros, et si quid praestitissent repetituros, in earum rem fideiussores acceperint extrem salvam fore satisdationem, actio quam adversus tutores seu curatores tuos instituisti alienam obligationem non resolvit. Si autem adversus magistratus qui curatorem dederunt actio utilis ita demum competit, si universis bonis excussis revocatisque eorum in fraudem alienasse constitit, indempnitati tuae in solidum satisfieri non potuit. Quamvis si exercitis mandatis tibi ab eis actionibus adversus fideiussores quos acceperunt consistere potes, licet utilem actionem sine cessione habeas.

Imp. In heredes magistratus, nisi lata culpa, ydonee cautum pupillo non est, non solum actio da[tur].

Imp. Si tibi collega tuus cum magistratu fungeremini minus ydoneum tutorem decrevistis cautionemque ydoneam non exegistis nec alias fuerit pupillo indempnitas, post etiam tutores solvendo estis, pro virili parte in vos actionem dari non iniuria postulabitis.

Imp. Adversus nominatorem tutoris vel curatoris minus ydonei non ante puerum posse quam fideiussoris nominati itemque fideiussoris eius nec non collegarum quorum ad periculum consortium administrationis spectat excussis non fit indempnitati pupilli vel adulti satisfactum.

Imp. In magistratus municipales tutorum nominatores, si administrationis finito tempore non fuerint tutores solvendo nec ex cautione fideiussionis solidum exigi possit, pupillis quidam in defensionem nomine in subsidium actionem utilem competere ex senatus consulto quod auctore divo [illegible] parente nostro factum constitit.

Imp. Cum sit adiecta praetoris lingua generalem curatoris administrationem mandantis, id est eam, pro more sequitur decretum pariter sit compositum, manifestum est non curatoris dationem fuisse invalidam, sed in estimanda aequalitate sententia scribe vitium qui tamen non amplius ducentis libris auri patrimonium valet fideiussionem accepit intercessisse; in quo casu non curatoris erit id deprehendenda, si qua lesio in rebus minoris illata fuisse, adversus legum ordinem comprobetur, sed super negligentia vel dolo scribe qui tamen

Et hodie nouo iure sic inuenimus qualitas membri abscisionem ex[...]

Potest sic etiam ex parte subiecti [...]

sive taxationem passus est occultatori legibus erat agendum.

Incipit liber sextus. De servis fugitivis et libertis mancipiis civitatum artificibus ad diversa opera deputatis et ad rem privatam vel dominicam pertinentibus. Rubrica.



Servum fugitivum sui furtum facere et ideo non habere locum nec usucapionem nec longi temporis praescriptionem manifestum est, ne fuga servorum dominis suis ex quacumque causa fiat damnosa.

Idem. Requirendi fugitivos potestatem fieri dominis praesidalis officii est.

Imp. Constantinus. Si fugitivi servi deprehendantur ad barbaricum transeuntes, aut pede amputato debilitentur aut metallo dentur aut qualibet alia poena afficiantur.

Imp. Quicumque fugitivum servum in domo vel in agro inscio domino eius susceperit, eum cum pari alio vel viginti solidis reddat. Si vero eum secundo vel tertio susceperit, praeter eum duos vel tres alios vel praedictam aestimationem pro unoquoque suo domino repraesentet. Circa minorum personam tutoribus vel curatoribus poena similis imminente. Quod si ad praedictam poenam solvendam is qui suscepit minime sufficiat, ex tunc competentis iudicis castigatio in eum procedat. Quod si servus ingenuum se esse mentitus sub mercede apud aliquem fuit, mercedis quam eum habuit potest incursam. Tamen mancipium torqueri oportet ut manifestetur utrum per vinctum capiendum callide a domino ad domum vel agrum eius qui susceperat immissus est an non. Quod si maligne factum esse ex sua interrogatione patuerit, suo eum in suo qui hoc fecit privandum et ad fiscum pertinere mancipium.

Idem. Mancipia diversis artibus perdita quae ad rem publicam pertinent in hisdem civitatibus placuit permanere, ita ut si quis tale mancipium sollicitaverit vel celaverit, [...] cum suo alio sollicitatum restituat duodecim solidorum summa inferenda rei publicae illius civitatis cuius mancipium attentaverit. Libertis quoque artificibus si sollicitati fuerint, eadem forma civitati restituendis, ita ut pro fugitivo suo si sollicitudine defensoris non fuerint requisiti revocatus idem defensor

duo uicaria mancipia exigatur. nec beneficio principali nec iuuando ne in eius persona iam de cetero ualituro.

Id. Seruum suum cuiuspiam repertum fugitiuum talis sit uindice legis gratia quae in occultantes mancipia etiam poenam statuit proprietatem opponet uel in uocem libertatis eum animauerit illico nequissimus uel sub quodam uigitur tormentis subiciatur ut a proprietate disceptationum tantummodo fiat non solum ut eis urgentibus prodeerit sed eorum seruorum animos a fuga poterit deterrere.

Imp. Si quis seruum fiscalem putauerit occultandum non solum eum restituere sed et in duodecim libras argenti poenae nomine fisci uiribus deprehendere compellatur.

Imp. Si qui publicorum seruorum fabricis seu aliis operibus publicis deputati tanquam propriae conditionis immemores domus se alienis et priuatarum ancillarum consortiis adiunxerint tam ipsi quam uxores eorum et ubi confestim conditioni pristinae laborique restituantur.

Imp. De furtis et seruo corrupto. Rubrica.

Si ex pecunia tua mandantibus seruis quidam praedia comparauerunt eligere debes utrum furti actionem et condictionem an mandati potius actionem inferre debeas. neque enim aequitas patitur ut criminis causam persequaris et bonae fidei contractum impleri postules.

Id. Inciuilem rem desideratis ut agnitas res furtiuas non prius reddatis quam pretium fuerit solutum a dominis. curate igitur cautius negociari ne non tantum in damna huiusmodi sed et in criminis suspicionem incidatis.

Imp. Si monilium rem templo diuino dedicatam uicinus tuus furto abstulit heres aduersus eum furti actionem.

Imp. Aduersus eum dumtaxat qui seruum tuum sollicitasse dicitur siue in deteriorem animi fecit serui corrupti agere potes. qui si sollicitatum occultauit etiam furti cum eo agere potes quas actiones in perpetuum latorem exercere minime prohibetur.

Id. Quum lege certe aduersarius tuus exigit ut rei quam apud te fuisse fateris exhibeas uenditorem. nam a transeunte et ignoto emisse dicere non conuenit uolenti euitare alienam boni uiri suspicionem.

Id. Alienum seruum sine uoluntate domini qui sciens uendidit uel donauit seu alio modo alienauit mecum domino de iure eum minime potest et si celeret uel apud se detinuerit furtum faciet.

Id. Seruus cui te pecuniam ad amicum tuum perferendam dedisse proponis parua quantitate numerata aliquam in usus suos conuertit furtum fecit.

Id. Etiam furti actionem tributorum exactor teneris si te non necessitate in tributoria exactione sciens quod mihi debetur ancillam tunc uinis abduxit aut uendidit quae res facit ut nec emptor usucapere et uendicationem competere tibi ipsius competit.

Navigia si quocumque loco pervenerint, si quocumque casu contingente rupta fuerint vel aliter ad terram pervenerint, tam navigia ipsa quam naufragantium bona integre restituantur ad quos spectabant antequam huiusmodi periculum incurrissent, sublata penitus omnium locorum consuetudine que huic adversatur. Scituris quod si talia sint navigia que pyraticam exerceant aut nobis aut christiano nomini inimica, eorum rectores aut iure consortes bonorum omnium publicatione mulctentur, et si res exegerit eorum audacia iuxta mandatum nostrum omnibus modis compescatur.

Impp. Subtracto furto vel in arrepto mancipio quamvis hoc humanis rebus non oblatum fuerit exemptum, tam ad raptorem quam ad furem periculum redundabit et utrique eorum pena legitima coercebitur.

Id. Si abducta mancipia furto vel plagio venundata preses provincie persecutus eum nec ab emptore prope coherens vicarium antequam ad dominum possessio revertatur, hec usucapi possunt et de ei cuius fuerint successisse reperit restituit.

Id. De his que sub [illegible] debitricisse novercam pupilli tui precibus significas rectorem adi provincie qui si eam probaverit quam dominus rerum is pro quo supplicas fuisse aliquid furatam cognoverit non ignorat in quadruplum manifesti, nec manifesti vero dupli actione furti constituta condempnationem formare.

Id. Ancille subtracte partus apud furem editi priusquam a domino possideantur usucapi nequeunt. Contra eius furem in heredem eius tamen furti te convenient actione. Contra eum furti actione et condictione vel actione sua possidentem vendicatione de mancipiis uti non prohibebis, cum alteram continens alterius electione minime tolli possit. Nam extra penam rei persecutionem esse nulla iuris questio est, cum in heredes quia aliena mancipia comparaverunt, si hac causam non ignorent, furti actione tenentur.

Id. Post decisionem furti lege agere prohibent, quia si non tamen [illegible] usi sed de sublatis partem tamen accepisti residuam vendicare vel condicere et actione furti apud presidem provincie agere potes.

Id. Eos qui a servo furtum ablata scientes susceperunt non tamen de susceptis convenire sed et penali furti actione potes.

Id. Furti actione minime te in successores ignorare non debuisti. De instrumentis autem ablatis in rem actione convenire potes tenentem.

Id. Si servum vestrum inutendum quis susceperat venundedit, furtum commisit.

Id. Quamvis hereditatis expilate crimine proprium scilicet [illegible] usus sed exemplum actionis furti retro uxorem si non patiatur, tamen heredes idemque filii super his que de bonis patris possidet adversus eam in rem actione experiri non prohibentur.

Id. In eum qui ex naufragio vel incendio cepisse vel in hereditatibus dampno quid dedisse dicitur intra annum utilem ei cum res abest quadrupli, post annum in simplum actionem prodit, tamen preter penam olim statutam edicti forma perpetuum declarat.

Id. Falsus procurator depositum recipiendo vel es alienum exigendo contra domini voluntatem furtum facit ac preter rei restitutionem actione dupli non manifesti furti convenitur.

Impp. Si quis alieno servo suaserit ut aliquam rem domini sui surripiat et ad se deducat, furtum aut hoc domino manifestaverit et domino concedente res eius ad inquirendum huius suasioni

[illegible]

auctorem pertulit et ipse inventus fuerit rem detinere qualiter teneatur actione is qui res suscepit utrumne pro actione furti an pro servo corrupto quia eum corrumpere voluit ut non furti solum sed et servi corrupti is obligetur veteres dubitaverunt. Nobis itaque eorum altercationes decidentibus placuit non solum furti actionem sed et servi corrupti contra eum dari. licet enim is servus deterior minime factus est tamen consilium corruptoris ad perniciem probitatis servi introductum est, ut sit ad (?) eum universum furtum quod non est commissum quia is solum furtum committit qui contra domini voluntatem res eius contrectat: ipse tamen furti actione propter dolum suum teneatur et servi corrupti contra eum actio propter suum iniquum non absurde extendatur ut sit ei penalis actio imposita tamquam re ipsa fuisset servus corruptus ne ex huiusmodi impunitate et malum servum qui possit corrumpi hoc facere pertemptet.

Apud antiquos querebatur si servus cum aliquis bona fide possidebat furtum commisit alienarum rerum vel ipsius a quo constitutus est super eum bona fide detinet noxalem furti actionem adversus verum dominum habet vel ipse ab eo qui furtum passus est propter eam conveniatur actione. cumque generalis regula ab antiqua prudentia exposita est in hominibus gratia per quo noxalem furti actionem suscipere aliquis compellitur adversus alium furti actionem habere non concedens, quidam ita eam per coniecturam interpretati sunt adversus bone fidei quidem possessores nullo modo furti actionem extendi. ipsi autem si furtum fuerit passus adversus verum dominum furti actionem noxalem recte decernunt. tunc autem bone fidei possessorem furti nomine quod passus est noxalem actionem contra dominum habere posse quando servus sub dominium suum fuerit consecutus possessionem et pro his rebus posse eum adversus dominum habere actionem non solum pro his quas servus subtraxerat iam apud eum constitutus sed et pro his quas furatus est quando fugit quod a bone fidei possessore abducatur nondum sub dominium sui manibus fuit constitutus. quam interpretationem prisca quidem iura per coniecturam introducebant. Nos autem altius iura ad eam respicientes generalem iam sic ab initio esse placitum accipimus. cum igitur bone fidei possessor dominum cogitatione furem possidet initio donec apud eum constitutus est et aliis tenetur noxali actione si extranei furtum a suo fuerint passi et ipse adversus eum verum dominum non habeat actionem sed iam dicentem quod habeat adversus alium furti actionem ipse eatenus non potest. Si autem desinat in sui retentione et ille apud verum dominum fuerit inventus tunc ipse quidem noxali furti actione minime potest teneri. adversus autem verum dominum habet ipse furti noxalem actionem pro rebus quas vel nunc furatus est cum esset apud verum dominum vel etiam prius in bona fide possessoris retentionem excessit. nec cum apud verum dominum factus est sic etiam regule generalis casus eveniet

et consentaneus. Qui enim habet furti actionem adversus dominum ipse rei in aliis furti actionem non potest. Sic ex parte omnibus discretis vetustissima dubitatio modo sedere conquiescat et bona fide possessor in praetecita temporis habet actionem et non teneatur. et ipse dominus in alio tempore et non teneat actionem et in alia sub actione constituatur.

De eo autem qui ubi constitutus ab alio bona fide tenetur si furtum commisit recte et sine aliqua dubitatione censemus posse eum quia ubi est cognitus et ab ipso qui bona fide eum detinet pro furto conveniri et bona fide possessorem si ab extraneo furtum ubi commiserit non posse conveniri sed ipsum pro furto suo reddere. quia generalis regula de suo prolata est et pro eo qui non suus est sed ubi et sive potestatis est noxalem movere actionem impossibile iuris conditoribus legibus incognitum est.

Manifestissimi quoniam iuris est furto perpetrato ei competere furti actionem cuius interest ne furtum committatur. Sed quaerebatur apud antiquos legum interpretes si quis accommodaverit alii rem ad se pertinentem et ipsa res subtracta est an furti actio adversus furem institui possit ab eo qui rem utendam accepit ydoneo scilicet constituto. quia et ipse commodati actione a domino pro ea re conveniri potest. et hoc quidem pene iam fuerat concessum ut habeat ipse actionem. nam in inopia deposcitur laborare. tunc enim furti actionem domino competere dicebant.

Sed ea sat increbuit dubitatio si tempore quo furtum committebatur ydoneus erat is qui rem commodatam accepit. postea autem ad inopiam pervenit antequam movebatur actio quae ei semel acquisita fuerat apud eum maneret vel ad dominum reverteretur. Et hoc quaerebatur an in hoc casu furti actio ambulatoria sit nec ne. Set omnem talem certatum alia se subclusio. si ex parte solvendo fit is qui rem utendam accepit ut possit non in totum sed particulariter rem solidam ei facere an habeat actionem furti vel non.

Tales igitur ambiguitates veterum immo magis quod melius dicendum est ambages nobis decidentibus et in tantarum difficultate simpliciorem sententiam placuit ut in domini sit voluntate sive commodati actionem adversus rem accipientem movere desiderat sive furti adversus eum qui rem surripuit et earum alterutra electa dominum non posse ex poenitentia ad alteram venire.

Set siquidem furem elegit illum qui rem utendam accepit penitus liberari. Sin autem commodator veniat adversus eum qui rem utendam accepit ipsi quidem nullatenus posse adversus furem furti actionem. eum autem qui pro re commodata convenitur posse adversus furem furti actionem habere. ita tamen si dominus sciens rem esse subreptam adversus eum cui res commodata fuit pervenerit. Si autem nescius et dubitans rem non esse subreptam apud eum commodati actionem instituit. postea autem re comp

ta voluit remittere quam commodati actionem contra furem aut pervenire, tunc ei licentia concedatur et adversus furem venire, nullo obstaculo ei opponendo, quoniam incerto constitutus movit adversus eum qui rem utendam accepit commodati actionem, nisi domino ab eo satisfactum est; tunc enim omnimodo furem a domino quidem furti actione liberari, suppositum autem esse ei qui pro re sua commodata domino satisfecit, cum manifestissimum est, si dominus ab initio actionem instituit commodati ignarus rem esse subreptam, postea autem hoc ei cognito adversus furem transivit, omnimodo liberari eum qui rem commodatam suscepit, quemcumque causae exitum dominus adversus furem habuit; eadem definitione optinente, sive in solidum sive in partem solvendo sit is qui rem commodatam accepit. ¶ Sed et aliam dubitationem incidebant, quid statuendum sit, si quis rem commodatam habuit quam aliquis furto subtraxerat et lite pulsatus condemnationem passus fuerit non tantum in rem furtivam sed in poenam furti, et postea dominus rei venit et omnem condemnationem accipere desideraverit utpote ex sue rei occasione ortam. Alia dubitatio incidit veteribus utrumne rem tantummodo suam vel eius estimationem consequatur aut in summam poenalem. Et hic ab antiquis variatum est et ab ipso Papiniano in contrarias declinante sententias. Tamen hoc nobis decidentibus Papinianus autem eligendus est non in

prima sed in secunda definitione eius in qua lucrum statuit minime ad dominum rei pervenire. Ubi enim periculum et ibi lucrum collocetur, nec sit damno tantummodo deditus qui rem commodatam accepit, sed et lucrum ei spectare. ¶ Cum autem in consimili earum dubitatio in dotalia exorta est quam non eam decidimus. Cum enim aptissimi iuris est non posse maritum constante matrimonio furti actionem contra uxorem habere, quia lex ita atrocem dare actionem in personas sic coniunctas erubuit, et hoc incidit veterum sensibus quaestio. ¶ Quidam enim res commodatas habens a sua muliere furtum passus est, et dubitabatur utrumne domino rei furti actio contra mulierem pareretur an propter necessitatem causae et maritus eius utpote commodati actioni suppositus potest habere furti actionem. Et auctores quidem iuris satis et in hac specie sese invicem excesserunt. Ex presenti autem lege et antioribus nostris decisionibus quae in ista posite sunt constitutione post haec species dirimitur. ¶ Si enim domino dedimus electionem, adversus quem voluit pervenire, sive ad eum qui rem commodatam accepit sive contra eum qui furtum commisit, et in hac specie maritus quidem nimium pudore non furti sed rerum amotarum actionem habeat. ¶ Sed si quidem dominus elegit... Dominus autem omnem licentiam possideat sive adversus maritum commodati sive adversus mulierem furti actionem extendere, ita tamen

ut si ille soluendo sit cui accepit rem commodatam nullo modo aduersus mulierem furti actio extendatur. nec ex hoc occasionem inter maritum et uxorem qui non bene secum uiuunt aliqua machinatio oriatur et forsitan marito uolente uxor eius extrahatur et furti paciatur penalem condempnacionem.

Imperator. De operis libertorum

Si tempore manumissionis opere tibi imposite non sunt, scis te eas prestare non debere. Solet autem inter patronos et libertos conueniri ut pro operis aliquid prestetur. Licet petitum non possit peti nisi quando per inopiam patrimonii id ex ordine peti necessitas suaserit, cum et si opere non erant imposite, defectis tamen facultatibus patronum alere eum cogebaris.

Idem. Manumissionis causa traditus nec in seruitutem deduci a manumissore potest nec impositas opas prestare cogitur.

Idem. Qui nummis acceptis ab extraneo seruum suum manumisit et pro operis pecuniam ab eo accepit, siue fuerint opere imposite siue non fuerint, ut indebitas solutas reddere cogitur.

Imperator. Si ei summam pecuniam talibus liberto tuo ex uenditione operarum debere probaris, restitui tibi a liberto tuo preses iubebit. Ex hoc enim liberam testi factionem libertus habet et nonnisi non omnimodo libertatis gratia esse remissam cautionem probabitur.

Idem. Mater tua ab eo quem ex causa fideicommissi manumisit opas impositas petere non potest nec eius tamen tempus quo ante eum manumisit quam dies fideicommisse libertatis existeret sed nec ei honorem patronis debitum exhibuerit ad competentem iudicem pro modo admissi uindicaturum.

Imperator. Liberti liberteque defunctorum opas neque heredibus extraneis patronorum neque maritis patronarum debent.

Idem. Neque patronis pro operis inceden accipere licet, quamuis si indicte opere prestite non sint ad pecunie exactionem obsequium non prestiti extimatio comitatur. Qui autem duos filios in potestate habet uel ichi[?] uersis temporibus habuit lege iulia de maritandis ordinibus obligatione operarum liberatur.

Idem. Si tuis nummis emptus es ab eo a quo manumissus es, nec opas ei debes nec premium ab eo utpote ingratus debes. Patronus tamen tuus esse negari non potest, igitur tum ad opas obsequiales.

Idem. Liberte tue ducendo eam uxorem libertatem ei prestitisti, ideo non est cogenda tibi opas prestare, cum possis legis beneficio contentus esse quo inuito te uiuente non possit alii nubere.

Idem. Ticius cum testamentum faceret gaio seruo suo libertatem cum condicione hac dedit: gaium seruum meum a die mortis mee annis tribus peractis manumitti uolo ita ut prestet heredibus meis sicut me uiuo prestabat, et cum idem seruus testatori diurnum quendam prestaret et post mortem eius usque ad diem prestande libertatis in heredibus perstiterat manifestum est quod adeptus libertatem

ad eandem praestationem compelli non possit.

Imp. Quod ex liberta muliere nascitur ingenuum est. Is autem qui libertae suae nubendi commodavit assensum, eiusmodi operas artificiales ab ea exigere non possit; iura patronatus non amittit.

Imp. Qui manumittuntur liberum ubi voluerint commorandi arbitrium habent, nec a patronorum filiis, quibus solam reverentiam debent, ad famulandi necessitatem redigi possunt, nisi ingrati probentur; cum neque cum patrono habitare invitos iura compellant.

Id. Incredibile est operarum maneat poena in eum qui alienum libertum recipiendum esse duxerit.

Imp. De bonis libertorum et iure patronatus.

Multum interest natus utrum civis suus nummis emptus ac manumissus sit ab emptore an domino suo data pecunia mercatus libertatem. Priore casu ad bona eius contra tabulas admitti patronum non licet; posteriore omnia iura patronatus retinet. Et ideo cum Sabiam patronum filii, qui plenum ius habuit, ut hostis publici bona fisco sint vendicata, firma ea quae divo Pertinaci placuerunt et nos secuti sumus, in iura libertorum eius fiscus noster successit.

Id. Si liberti convivientibus patronis suorum cum ancillis colonis venientis elegerint, sciant illi sese deinceps iura patronatus commoda amissuros.

Imp. Si quis in posterum patronorum hanc narrationem acceperit vel in libertatibus quae inter vivos accitantur vel in his quae ex testamento vel codicillis scriptis vel sine scriptis habitis perficiuntur, ut liberti eorum iure patronatus ex sola tali verborum conceptione liberentur, antiqua interpretatione semota non dubitet ius patronatus ex sola tali verborum conceptione libertis esse remittendum, nec successionibus eorum quae ab intestato descendunt, quas veteres et post hos actus fuerant in libertorum bonis decreverunt, a nobis patronis integris reservandis. Sed etiam ad ius natalium restitutionem omne ius tolli patronatus et ita huiusmodi iubemus esse eandem vim observandam omnes non ignorant. Idemque iuris est si inter vivos manumissione interposita vel in ultimis voluntatibus concessio data fuerit patronatus, ita tamen ut in omnibus natalium restitutionibus ex quibus pene solis ingenuitas mera libertis competit, tamen optineant quam in nostra publica re polleant, cum nobis cordi est ingenuus magis hominibus quam libertis eam frequentare. Reverentia tamen quae a libertis debetur et iure quod adversus ingratos libertos patronis competit integris reservandis, et si per verborum conceptionem firma a nobis inductum modum ius patronatus fuerit amissum. Cum enim et hanc ingenuitatis primo tollunt, quam pene sola natalium restitutio inducit. His videlicet casibus per quos penalibus modis ius patronatus quam ab indignis patronis eripitur in suo robore durantibus.

Si in fraudem patroni a libertis alienatio facta est. Rubrica

Imperator. Si in fraudem patroni libertus aliquid alienavit, quatenus Fabiana pars diminuta fuit, revocandi potestatem tributam convenit esse.

Idem. Defuncto quidem liberto patronus intestato succedens per actionem Calvisianam in eius fraudem alienatam potest revocare. Unicuique patronum pro liberti sui mortem ab eo fundi collatam donationem habuisse ratam asseveras, manumissoris filium infirmare successores eius minime possunt.

De obsequiis patrono praestandis. Rubrica

Imperator. Contra patronum filium eius famosam actionem instituere non potes.

Idem. Libertae que voluntate patroni aut vivi nuptae sunt non coguntur patronis officium praestare.

Idem. Etiam qui pactione data dominis manumittuntur, munere omne obsequium patronis debent.

Idem. Si manumissori tuo iniuriam audaciam obiecisti, qui beneficio suo ex servitute liberando ut civium te haberet fecit, praeses provinciae quatenus coercere eiusmodi temerariam licentiam debeat aestimabit. Etiam si qua tibi pecunia debebatur sive de rebus aliis versus patronum disceptatio fuerat, non prius ad litigandum eum evocare debueras, maxime autem si hoc facere audebas sine atrocitate convicii, quam verborum aequitatem petitionis tuae commendare iudici potuisti, omni honore patrono debito reservato.

Imperator. Etiam ubi damnatorum consuetum obsequium libertos patronos praestare debere in dubium non venit, proinde si non agnoscant reverentiae debitae munus, non immerito videntur ipsi adversus se provocare severitatem.

Idem. Libertos sive libertas maxime quibus impositae operae non sunt consuetum potius obsequium quam servile ministerium manumissoribus exhibere debere neque vincula perpetui non esse opinionis incerte.

Imperator. Nec quod libertis non licere infendere muneribus privignis eius libera facultas esse debet patronos et libertos sicuti dicis iniuriosos esse fuisse fendum non esse praeses provinciae vindictam in personarum condicionem congruentem impetrari non dubitabit.

Idem. Nec patrone tue obsequiis refragari te fas est.

Imperator. **De libertis et eorum liberis. Rubrica**

Nonne ignotum quod eadem mercatu fidei commissi manumissum sicut ingratum libertum accusare non potest, cum id iudicium extra ordinem praebeatur ei qui ex voluntate suo sua libertatem gratuitam praestitit, non qui debitam restituit.

Imperator. Si manumissus ingratus circa patronum suum extitit et quadam iactantia vel contumacia cervices adversus eum erexerit aut levis offensae convicium culpam in patronis rursus subiit, pro decisione quod imitatur sine iudicio vel apud pedaneos iudices patroni querela exorta ingratum eum esse ostendat. Filius etiam qui postea nati fue-

runt sunt ius. Cum illis delicta parentum non nocent. quos tamen ortos esse constiterit cum libertate iam potirentur. Item eius quem nostro consilio in dedicatione libertatis est pro collatione ex pecunia dignum se esse prestiterit ut ei civitas romana reddatur. non prius fruetur beneficio libertatis quam si hoc patronus eius oblatis precibus a nobis impetraverit.

Imperator. Ubi nec modo aditus patronos non audietur. iam et eandem quam patronis ipsis reverentiam prebent heredibus patronorum quibus ingratis actio sicut ipsis manumissoribus defertur filii dantes libertatis immemores nequicquam receperint filius ingenui.

Imperator. Libertine conditionis homines vel eorum filii simulantes se ducuntur ingrati ad furtum nec rerum pauldubio producentur.

Imperator. **De iure anulorum aureorum.**

Natales antiquorum. R.

Nisi quos et ius ingenuitatis non ordo patrare decurionum sed an ob peti potest.

Idem. Aureorum usus et anulorum beneficio principali tributus libertinitatis quoad vivunt imaginem non statum ingenuitatis prestant. Natalibus autem antiquis restitutum libertum ingenuum ipso beneficio constituit.

Quis admitti ad bonorum possessionem possit.

Imperator. **Et intra quod tempus.**

Bonorum possessio filio tamen delata cum ignorante eo pater possit petere et sic volunt tamen et pater allatura fuerit tam petitionem pater huic annuitur.

Transacto tempore.

Idem. Si bonorum possessio diuturnitate ... competit proximitatis nomine huiusmodi spacium .c. dierum utilium ex quo defunctum eum scisti ad bonorum possessionem amplectendam.

Imperator. Infantis nomine agnitam bonorum possessionem antequam loquetur defuncti recte competere nulla dubitatio est.

Idem. Emancipata si non agnovit intra annum unde ubi possessionem bonorum nullam ad hereditatem vendicationem successionis transmittere potuit.

Idem. Quamdiu petitionem incertum est utrum ne secundum tabulas an ab intestato et ex quo capite possessio sit delata nec tempus agnoscende bonorum possessionis prefinitum cedat suspiciosam gerens sollicitudinem.

Idem. Iuris ignorantiam nec minoribus prodesse medii per petitionem cursum de agnoscenda bonorum possessione manifestum est.

Pars epistole constancii in ... am aa i sen. ... non. ue.

Bonorum quidem possessionem nomine pupilli agnoscere tutorem potuisse aperte declaratur. Ipse autem pupillus bonorum possessionem sine tutoris auctoritate amplecti non potest nisi infanti pubi sine tutoris auctoritate hoc postulanti sciens hoc competens iudex dedit bonorum possessionem. tunc enim emolumentum successionis videtur pretorio iure quesitum esse.

Imperator. Quicumque res ex parentum vel proximorum successione iure s

competere conficiat sciat se non ob esse si per rusticitatem vel ignorantiam facti vel absentiam vel quamcumque aliam rationem intra prefinitum tempus bonorum possessionem minime petisse noscatur. quum hec tantum codicis huius consuetudinis necessitatem immutavit.

Imperator. Ut cum bonorum manumissi exclusimus captiones ita hoc observari decrevimus ut apud quem iudicem vel in apostolatum divinum iudicium qualicumque contestatione amplectende hereditatis ostendat statutis spacio iure temporibus coartanda, scilicet eo arbitrio adhibito ut in suum alienam vicem, id est prioris gradus, praepositus excepto a(d)ditur; in eisdem omnibus tamen efficaciam parem quam in suis sitam curiculis consequatur.

Quando petentium partes parentibus accrescant.

Imperator. Quotiens pluribus liberis cessante lima successione bonorum possessio defertur beneficium edicti petitum quibusdam omittentibus his solusque bonorum possessionem agnoverunt petentium portionem non accrescere in dubium non venit.

De bonorum possessione secundum tabulas.

Imperator. Pendente appellatione a sententia qua secundum testium pronunciatum est in dicto albucan defunctus intestatus decessit proximitatis nomine bonorum possessioni locus non est.

Imperator. Bonorum quidem possessionem ex edicto pretoris et in secundum eas tabulas que septem testium signis signate sunt peti posse in dubium non venit. cum si eius nimium affuisse sine scriptis testamento conditio docere potes iure civili testium secundum videri ac secundum nuncupationem bonorum possessionem deferri explorati iuris est.

De bonorum possessione contra tabulas quam pretor liberis pollicetur. Rubrica.

Imperator. Sibi contra tabulas parentum bonorum possessio admissa solis parentibus et his legata prestare sine edicti debent.

Imperator. Postumo nato qui neque heres institutus a patre neque nominatim exheredatus est testium rumpitur et sic contra tabulas bonorum possessio nomine infantis a curatore petita est. secundum tabulas possessio bonorum locum habere non potest.

De bonorum possessione contra tabulas liberti quae patronis vel liberis eorum datur.

Imperator. Licet ex causa fideicommissi manumissus sit is quem ex voluntate patris cum sorore te manumisisse proponis tamen si exstet neos scripsit heredes pro tuis legitime contra tabulas eius bonorum possessionem petendo vel contra nuncupationem si testium sine scriptis conditum non est intra tempora edicto prestitutam eam partem potes optinere.

Imperator. Patronus liberti inmunibus electis et operis a contra tabulas bonorum possessione repellitur.

Unde liberi. Rubrica.

Imperator. Si avus tuus relictis tibi et emancipatis filiis decessit hi neque bonorum possessionem unde liberi acceperunt paterna portione heredes eos extitisse palam est.

Imperator. Ex testamento vel ab intestato excellente filio vel nepote suo herede ne…

[illegible]

Inso pot ab intestato heres existe[re].

Impr. Qui se patris p[er] auum iure latum defuncti heredem negat mortuum patri suscipe facultates non pot maxime emancipatus nisi p bonorum poss.

Iam huius beneficii puenit.

Impr. Unde liberi et unde cognati.

Consobrinorum tuorum intestatorum bona si ad priores necessitudines neminem iure ptinuerunt tu quoque eorum possessionem agnovisti psequi non phibis.

Id. Cum priorem sobrinum i natum consobrina tuo huius annis intestatum defunctum ponas indigis sine auxilio bonorum possessionis eius successionem uendicare non posse.

Id. Nepotibus auunculi pruuli porcione et iure honorario successio defertur.

Id. Non idem antenuit quis res hereditarias nec ne sine uoluntate acquirende hereditatis querendum est. Iam admisit hereditatem uel bonorum possessionem.

Id. Certum est cognationis iure citra admissionem bonorum possessionis neminem posse succedere. Defuncti uero cognati succedere nolentes petere bonorum poss. non urgentur. De successorio edicto.

Imperator. Edicto. Reca.

Si mater tua p furorem suum patris sui bonorum possessionem non accepit tu filius eius ad eorundem bonorum possessionem ex edicto quo non petentibus prioribus sequentibus permittitur admissus es.

Id. Si iam nec frater eorum de quorum successione agitur uelut ex testamento adiit hereditatem quos intestato decessisse ac sui in testium platum contendis et ab intestato non petita bonorum possessione uita functus est actu uero quinto gradu constitutus ex successorio capite petita bonorum possessionem uel nondum exclusus petas eorum successionem potes uendicare. Nam sius quarto gradu constitutum non amplius.

Igitur ex edicto pecijt nec hoc te latuit frustra nobis supplicasti.

Impr. De carboniano edicto.

Si tibi ac fratri tuo status ab his ex quos supplicamus mouetur quod p[er]spicis premature rerum quas uelud de patris successione filius tuus uendicat restitutionem postulari cum in sui pupillari pmaneat etate secundum formam edicti carboniani data bonorum possessione satisdacione impleta tunc demum in possessionem eum constitui conueniat uel hac non oblata possessionem ab omnibus quem uendicat possideri seruitutis uero questionem in tempus differri pubertatis.

Impr. Carbonianum edictum sub psonis liberis indubitato iure et custodito partu ppbatam in successione defertur. scilicet ut in possessione nouus heres constitutus usque ad pubertatis annos sine inquietudine rebus utatur interdum alienis. Unde uir et uxor.

Maritus et uxor. Impr.

Mortui ab intestato inuicem in solidum pantiquo iure succedant quociens deficit

[illegible]

Preterea si nuptiis sit absque dote vivente uxore vel moriens vel divitiis sit locuples ex. superstes uxor laboret inopia succedet una cum liberis ... altius vel nimis in quartam si tres sint vel pauciores. quod si plures sint in virilem porcionem ut sit eiusdem ... ex tenet ... pietatem fuerit ... non extantibus porcio ... tatur et legatum in talem porcionem.

Quod locum habet sine persona uni sit predonica sine mulieri possit imputari quia marito ad inopiam vergente ex lege iustiniani ... constante matrimonio non exegit dotem quod ei licet ... cum matri optulit dotem ... consen sit agenti hoc observantur cum dos prima est ... dotem magnam que conferri ... to patre filia exigere potest ... solam actionem ... conferens ... ex hereditate ferret hoc observabit ... collationis exigit. et si aucta sit successio.

Ex testamento vel ab intestato cessat collacio dotis et aliorum datorum ita demum si parens hoc designavit expresse. sin omnibus aliis que de collationibus dicta sunt in suo robore duraturis.

... omnis parentum vel liberorum seu propinquorum linea vel natalium successio fisco excluso. De repudianda vel abstinenda bonorum possessione.

Imp. Emancipatis repudiata bonorum possessione absentie pro mea re vel a minore rursum ad eam de reducere quidem frustra conatur.

Idem. A filio delatam bonorum possessionem patrem ante fraudem filii repudiare non licet. De collationibus.

Imp. Emancipatos liberos testamento heredes scriptos et ex eo successionem optinentes a patre donata conferre fratribus non oportere si pater ut hoc fiat supremis iudiciis non cavit manifesti iuris est.

Idem. Si pater intestatus decessit relictis duobus filiis et filia cuius nomine dotem promisit porciones hereditatis eque sunt et dos nichilominus ita conferenda est ut pro porcionibus fratres eius a necessitate promissionis eius dotis liberentur.

Idem. Pactum dotali instrumento comprehensum ut contenta dote quod ei matrimonio collocabatur nullum ad bona paterna regressum haberet iuris auctoritate improbatur nec intestato patri succedere filia ea ratione prohibetur. dotem sane quam acceperit fratribus qui in potestate manserunt conferre debet.

Imp. Si filie dotem in medium ita demum conferre coguntur si vel ab intestato succedant vel contra tabulas petant nec citra hunc profecticiam vel adventiciam dotem a patre datam vel constitutam fratribus qui in potestate fuerunt conferendam esse.

Eius enim qui familia defuncti non sunt profecticiam tantummodo dotem per varias prudentium opiniones conferri placuit.

Idem. Dotis quam petere presumante matrimonio ibi non competebat quoniam enim ei intestato patre defuncto fratri conferre debuisse non tamen eo nomine adversus maritum tua actio potuit esse cum eo minus in partem tibi delate successionis paternis auferre potius.

Idem. Ea demum ab emancipatis fratribus hiis qui mansunt in potestate conferri consueverunt que in bonis eorum fuerunt eo tempore quo prefati munus implevit exceptis videlicet hiis que ab ipsis aliis debentur.

Imp. Filiam testamento patris institutam heredem fratribus hiis dem coheredibus dotem conferre non oportere nisi pater hoc ipsum specialiter designavit exploratum iuris est.

Imp. Si soror tua in paternorum bonorum divisione te fefellit nec dotem quam accepit a patre suo intestato diem functo contulit preses provincie examinatis precum allegationibus dotem conferri iubebit cum bonis. et quod deducta rerum plus apud eam esse animadvertit restitui tibi iubebit. idem est et si arbitrio dato divisio celebrata est.

Idem. Si emancipati vel ingenui filius a patre collocatus est. Si autem frater tuus in potestate mortis tempore fuit nec ullum testamentum relictum est vel novissimum iudicium corporis te cum emancipatum probat ...

fuit ab intestato et ad successionem paternam venientem ad collationem forma edicti perpetui esse iure provo[illegible]

Id. A patre vobis praelegatis in codicillis relictum ex testamento iure capiens filia ad collationem dotis urgeri non potest.

Id. Postumo praeterito patris testamentum rumpenti atque intestato succedenti emancipatum petita bonorum possessione conferre debere bona sua perpetuo edicto cavetur. Cum his enim qui sui futuri essent si vivo patre nati essent conferri manifeste significatur et emancipatis si legi datae collationi non pareant denegandas actiones non esse ambigui iuris.

Id. Filiae licet maneat in sacris si dotem non conferat quam mortis tempore communis patris habent fratribus in eadem familia constitutis actiones hereditarias negari non ambigitur. Unde consulte ac pro iuris ratione collationem fratribus tuis quos in patris communis mortis tempore fuisse potestate proponis offer[illegible]

Cum autem fratres tui durantes in familia patris tui peculium sibi neque castrense neque relictum eis doceatur proprium habere non possint sed in divisionem veniant partem hereditatis nec quicquam mutet penes quem res ex his proficiscentes in eadem causa durantes constitutae reperiantur absoluti manifestique iuris est.

Id. Idoneo[illegible] et post mortem patris quaesiti fundum soror tua portionem eius vindicare non potest.

Cum iam sui iuris familiae constitutus a patre donatus est cum so-

rore patris communis succedens eius proprium habere cum ea patris[illegible]

Id. Si maritus quondam tuus ab intestato patri suo heres exstiterit et ei postumus editus a te successit actiones hereditarias a nomine filii tui quam habent patris sui mortis tempore dotem non conferenti denegare praeses non dubitabit.

Id. Nec emancipati post mortem communis patris quaesita conferre coguntur sed heredes tenentes eius bona hereditaria dividunt portione.

Id. Filiam cum fratribus suis legitimis intestato patri succedentem iusta relictum codicillis non conferentem dotem iudicio familiae herciscundae consequi summa cum ratione placuit.

Imperator. Ut liberis tam masculini quam feminini sexus sui iuris vel in potestate constitutis quocumque iure intestato successionis vel testamento penitus non condito vel si factum fuerit contra tabulas bonorum possessione petita vel inofficiosi querela mota rescisso aequa lance parique modo prospici possit hoc aequitatis studio praesenti legi credimus inserendum ut in dividendis rebus ab intestato defunctorum parentum tam dos quam ante nuptias donatio conferatur quam pater vel mater avus vel avia proavus vel proavia paternus vel maternus dederit vel promiserit pro filio vel filia vel nepote vel nepte aut pronepote sive pronepte nulla discretione interveniente utrum in ipsas sponsas pubes sive memorati parentes donationem contulerint an in ipsos sponsos earum ut per eos eadem

Que circa portionis diminutionem correctionem nouo iure capit ad equalitatis iustitiam redacta in omnibus talibus personis . talesque persone equaliter succedere debent.

ut nullo alteri ob eam rem emergat inequalitas sit collatio ... secundum quando pater hoc expressit ut s. de inoff. t.

in sponsalia donatio celebretur: iure diuidendis rebus ab intestato parentis eius de hereditate agitur eadem dos uel ante nuptias donatio ex substantia eius profecta conferantur. Emancipatis uidelicet liberis utriusque sexus pro tenore precedentium legum que in ipsa emancipatione a parentibus suis ut assolet consecuntur. uel post emancipationem ab hisdem acquisierint collaturis.

Impp. Liberos qui per nostre legis auctoritatem post oblationem precum imperiale beneficium sui iuris effecti fuerint ad similitudinem ceterorum qui emancipati ex antiquo iure sunt collationes facere iubemus compellimus in ea que super certis emancipatis statuta sunt.

Impp. Illam nimio dubitationem amputare duximus que super collatione dotis uel ante nuptias donationis inter certas personas satis iam uentilata est. nam si intestatus quis defunctus esset filio uel filiis filia uel filiabus relictis heredibus et ex mortua filia cuiuscumque sexus aut numeri nepotibus uel si qua intestata defuncta esset filio quidem uel filiis similiter relictis ex mortuo uero filio uel filia itidem nepotibus cuiuscumque sexus de eo quidem successionis minime dubitabatur sed palam erat quod hi nepotes duas partes patris uel matris portionis tantummodo haberent tertiam partem patruis suis uel auunculis uel amitis uel materteris pro rata portione concedentes. De collatione uero dotis uel ante nuptias donationis quam defuncta persona pro filia uel pro filio superstitibus quidem in prima morte uel mortua filio uel filia dederit multa dubitatio exorta est. Et superstitibus quidem filiis defuncte persone non debere se dotem et ante nuptias donationem pro se datam a suo patre uel matre conferre filiis mortui fratris sui uel mortue sororis sue contendentibus eo quod nulla constitutio super huiusmodi collatione posita est. Nepotibus uero iam mortue persone non tantum huic resistentibus sed etiam illud asserentibus quod omnis collationis constitutione Archadii et Honorii diuine memorie est impositum in personis tantummodo suorum auunculorum non in patruorum uel amitarum uel materterarum locum habere potest. Et talem igitur subtilem dubitationem amputantes precipimus tam filios uel filias defuncte persone dotem uel ante nuptias donationem a parentibus suis sibi datam conferre nepotibus uel neptibus mortue persone quam eosdem nepotes uel neptes patris sui aut auunculis aut amitis et materteris dotem uel ante nuptias donationem patris sui uel matris sue quam pro ea uel eo mortua persona dedit similiter conferre ut commixtis huiusmodi collationibus cum bonis mortue persone duas quidem nepotes uel neptes partes habeant illius portionis que patri uel matri eorum si superesset deferebantur. tertiam uero eiusdem portionis partem una cum sua competentibus portionibus filii uel filie defuncte persone cuius de hereditate agitur capiant.

Illud sine re de a quibusdam

[illegible]

in dubietatem deductum plana sanctione revelamus, ut omnia que in quartam portionem ab intestato successionis computantur hiis qui ad actionem de inofficioso testamento vocantur, si intestatus is decessit, ad cuius hereditatem veniunt, omnimodo coheredibus suis conferant. Ceterum in hiis quidem in aliis que occasione militie unius heredum ex defuncti pecuniis acquisite vindicantur, is qui militiam invitus locum habebit ut licet quod tempore mortis defuncti ad eum pervenire potuit, non solum testamento condito pro quarta ab intestato successionis computetur, sed et ab intestato conferatur. Hec autem omnia regula ut omnia que portionis quarte computantur et ab intestato conferuntur, minime excedere nos tenebit, ut possit quis dicere in illa que conferuntur omnimodo in portionem quartam hiis computari qui ad inofficiosi querelam vocantur. Ea enim tantummodo ex hiis causis que conferuntur in memorate portioni computabuntur, pro quibus specialiter legibus ut hoc fieret expressum est. Ad hec autem cum ante nuptias tantummodo donatio vel dos a predicta vel iure vel parentibus pro filio vel pro filia nepote vel nepte ceterisque descendentibus conficitur. Cum sumus quod vel una liberorum ante nuptias tantummodo donationem vel dotem non autem simplicem donationem accepit vel accepit, alter vero vel altera neque dotem neque donationem ante nuptias a predicto parente suo suscepit vel suscepit sed simplicem tantummodo donationem, nec ex eo iniustum ad oriatur, ea que persona que ante nuptias donationem vel dotem suscepit conferre eam cogenda, illa vero que simplicem tantummodo donationem invitus ad collationem eius minime coartanda. Si quid huiusmodi accidet vel accidit, iubemus ad similitudinem eius qui ante nuptias donationem vel dotem conferre cogitur, et illam personam que nullam dotem vel ante nuptias donationem dat sed solam simplicem donationem a parentibus suis accepit conferre eam, nec recusare collationem eo quod simplex donatio non aliter confertur nisi huiusmodi legem donator tempore donationis sue indulgentie imposuit.

Idem. Ut nemini decreto super collatione dubietas oriatur, necessarium duximus constitutioni quam iam favore liberorum fecimus hoc addere, ut res quas parentibus acquirendas esse prohibuimus, nec collationi post obitum eorum inter liberos subiaceant. Ut enim castrense peculium in commune conferre in hereditate dividenda et ex prisci iuris auctoritate minime cogebantur, ita et alias res que minime parentibus acquiruntur propriis liberis manere censemus.

De testamento militis.

Imperatores. Frater tuus si te specialiter in bonis que in paganico habebat heredem fecit, que in castris reliquid petere non potes, si is qui eorum heres institutus est adire ea noluit, sed ab intestato succedentes venerunt, sed nec eius loco substitutus non es, aliquid probatur fratrem tuum cas

[illegible]

trensia bona, alteri patrimonium se uoluisse. nam uoluntas militis in expeditione occupati pro iure seruatur.

Idem. Miles si castrensium tantum bonorum commilitonem suum instituit heredem, cetera bona eius ut intestati defuncti mater eius possedit, quaero si extraneum scripsit heredem, usque ad aliam hereditatem bona eius sint, de iure tamen suum desideras.

Idem. Quamquam militum testamenta iuris uinculis non subiciantur, cum propter simplicitatem militarem quomodo uelint et quomodo possint ea facere his concedatur, tamen in Valeriam quandam centurionis testamento institutio iure communi auctorem accepit. nam cum pater familias ex duabus unciis filiam, uxorem ex uncia una heredem scripsit, nec de residuis portionibus quicquam significauit, in tres partes diuisisse eum apparet hereditatem, ut duas habeat quae sextantem accepit, tertiam quae in uncia heres instituta.

Impp. Seuerus et Antoninus. Si, ut proponis, clarissimus tribunus laticlauius in maiore annis lege destitutis faciens testamentum te manumisit, iustam tibi libertatem competisse scire debes; quod si minor annis ex lege constitutis fuit cum faceret testamentum, lege impediente nullam libertatem adeptus es, quae in hac parte nec militibus remissa est. quod si idem testator causam manumittendi te habuit, quae probabilis manumittente uiuo consilio futura esset, quia per fideicommissum data libertas a quolibet minore annis uiginti cuius causa probari potuit, praestanda est, et ex testamento militis heres suis liberta

Item iustam competere constitit, sed.

Idem. Ex testamento militis, siue et hic in militia siue intra annum missionis honeste decessit, hereditas legata omnibus quibus relicta sunt debentur, quia in ceteris quae militibus concessa sunt liberum arbitrium quibus uelint relinquendi supremis suis iudiciis concessum est, nec lex specialis eos prohibuit.

Idem. In testamento quidem eius qui non miles fuit, si duobus heredibus institutis, alteri cum potuit usque ad tempus pubertatis parens facere testamentum, alteri cum proximus extitit heres substitui non potuit, inuicem substitutio, idem uulgaris facta esset, in eum solum casum eum locum habere ex sententia prudentium uirorum et constitutione diuorum parentium meorum placet, quo utrique pari ratione potuit substitui. sed cum ex testamento militis condicionem suam esse proponas, defuncta eius paruula filia, proximus heres extitit patri, cum qua simul equis partibus heres institutus eras sub condicione inuicem facta, et mater quidem intestatae filiae successionem defendit: tu autem ex substitutione acceptam contendas, uincis, quod ideo manifestum est, quia militibus pro priuilegio heredibus extraneis praestare quam heredes extiterint morituris substitui licet, sed tibi probandum est eam ita fratri tuo fuisse.

Idem. Ex his uerbis: Fortunato liberto meo do lego, uindicare te libertatem non potes, si paganum te tantum proponatur facere cum testatorem militem fuisse proponas, si non errore ductus libertati tuae decedit, sed dande libertatis animum habuit, libertatem equidem

constitutum dic. ff. ad l. fal. ad veteranum. et l. similes. honeste. secus si ignominiose. tenuitatem ut ff. ea. l. preterea dicunt eos s. milites. vel eos qui testamento capiunt ut heredis exemplum ut ff. e. neque. § ii. et l. miles. § militi. et ff. de his que pro non scrip. habetur. l. iii. et s. de lege. et l. fi. ac. | sunt necessaria ut de libe. ut pupillis ut in potestate ut insti. de pu. sub.

V[..] testo testamentum qui ut facere possit tria impuberi non potuit quia alter pro eorum desunt. eis tamen. i. vel imitem substituto prudentem ut ff. de vulg. et pu. substi. l. iam hoc iure. et sic alter constitutionibus ut j. o. impuberibus sub. l. ii. et § ii. substitutum s. vulgare militis. qui non substituit filiam pupillam [illegible]

[N]ota testamento. s. iure militari facto secus [illegible] Item secus in veterano testamento ut ff. ad l. falc. l. in veterano testamento et l. in veterani. in legatis ut j. ad l. falc. l. in testamento. ff. ad l. fal. l. si post. et l. miles. et l. fi. ff. e. Si ceterarum [illegible]. In fideicommissis generalibus et specialibus ut ff. ad trebell. l. i. § possit contra ff. e. l. i. § in filiis. set ubi dicat heredem locum [illegible] in testamento militis quo ad aliam medietatem quo ad quartam postulatam a legatariis nam a creditoribus ultra potest peti. ut j. o. iu. [illegible]

directam competere. sed et legati uendicationem eadem habere prerogativa.

Imutans pruush priat.

Imp. Certi iuris est militem ad tempus heredes instituere posse.

D. Sicut certi iuris est militem qui sciens se filium habere alios quos scripsit heredes tacite eum exheredare intelligi, ita si ignorans se filium habere alios scribat heredes non esse filio ademptam hereditatem sed nihilominus valere testamentum si sit in potestate eum ad successionem venire in dubium non habetur.

Imp. Si cum ultimum diem obiret filia inscio patre milite ab eo preterita sic, vel cum in rebus humanis eam non esse falso rumore placato putavit, nullam eius in testamento fecit mentionem, silentium huius exheredationis notam nequaquam infligit. Si is autem miles qui testamento filiam appellavit eique legatum dedit non instituendo eam exheredavit.

D. Captatorias institutiones in militis testamento nullius esse momenti manifestum est.

D. In testamento militis legem Falcidiam in legatis et fideicommissis cessare exploratis iuris est. Causa ne si quid ultra vires patrimonii postulatur competenti defensione tueri te potes.

Imp. Et militibus nisi centurionibus ob flagitium militare damnatis non aliarum quam castrensium rerum testamenta facere permittit. et intestatis iure proprio succeditur a fisco.

Imp. Si a patre filio militante mi[...]

nisi scripta heres successionem eius sed quamvis testi scriptura non contineat iuris observationem, hanc hereditatem secundum testatoris voluntatem vel eius filios ab intestato eunte non potuisse iure constitit.

Imp. Milites in expeditione degentes si uxores aut filios aut amicos aut commilitones suos postremo cuiuslibet generis homines amplecti volunt supreme voluntatis affectu, quoquo modo possint ac velint testentur, nec uxorum aut filiorum eorum voluntatem prius reportaverint initium aut libertatis dignitatisve queratur. Proinde sicut iuris romani ratio licuit ac semper licebit, si quid in vagina aut in clipeo sanguine suo litteris rutilantibus adnotaverint aut in pulvere inscripserint gladio suo ipso tempore quo in prelio vite sortem derelinquunt, huiusmodi voluntatem stabilem esse oportet.

Imp. Scriniarios vel apparitores qui virorum magnificorum magistrorum militum iussionibus vel actibus obtemperant, si in omnia eorum matricula militantibus referri videamus, nullatenus in ultimis a se conficiendis voluntatibus iuris militaris habere facultatem decernimus.

Imp. Ne quidam putarent in omni tempore licere militibus testamenta quomodo voluerint componere, sancimus his solis qui in expeditionibus occupati sunt memoratum indulgeri circa ultimas voluntates conficiendas beneficium.

D. Licet antiquis legibus permissum [...]

[illegible]

...tebatur pupillus si tribunatus testamentum ultimum elogium conficere posse. Atqui indignum nisi temporibus et iure eum qui stabilem mentem nondum adeptus est per privilegia multum sapientium hominum iura praestare et in tenera aetate ex tali sententia pendentibus forte suis vel aliis propinquis voce propria in substantiam extraneis relinquentem, idque sub hoc nullo modo concedimus.

Qui testamenta facere possunt vel non.

Imperator. Eam quidem omnium bonorum societatem socer tuus itemque frater eius socii fuerunt, tamen non eo minus idem frater eius cum fati munus impleret testamento suo potuit heredem instituere quem vellet. Item quod non ideo minus testamenti factionem habet, quod indivisam successionem cum sorore sua dicatur habuisse.

Imperator. Eius qui te cum uxore tua heredem scripsit, quando testamentum ordinabat, sane mentis fuerit, an vero alicuius sceleris conscientia obstrictus, sed aut impatiens doloris aut aliqua furoris rabie constrictus se praecipitem dederit eiusque innocentia liquidis probationibus ante commendari potest, adsistente mortis optentu, postremum eius iudicium convelli non debet. Quod si futurae poenae metu voluntaria morte supplicium antevertit, irritam voluntatem eius constitui leges voluerunt.

Idem. Senium quidem aetatis vel aegritudinem corporis sinceritatem mentis tenentibus testamenti factionem certum est non auferre.

[E]tiam ... aliquem in potestate esse testamentum facere non posse indubitati iuris est.

Idem. Si frater vester quartum decimum aetatis suae annum decessit, eum facere non potuisse testamentum, minime ex eius posterioribus recte postulatur in iudicio. Etiam si hanc aetatem egressus, sed vigorem nondum ei insistent vestigia sui ordinavit sollemniter iudicium, hoc evertere frustra conaris.

Imperator. Caecis non ut liceat facere testamentum tantum componere extremas exemplo omnium voluntates, conscribere codicillos, salva testamentorum observantia.

Idem. Si quis in prima forte heredem instituit, habeat mutandi iudicii facultatem et quaecumque volunt secundum leges in testamento heredem inscribendi.

Imperator. Cum heredes instituit imperator sive augusta, ius commune cum ceteris habeant, quod et in codicillis vel fideicommissariis epistulis iure scriptis observandum erit. Et sicuti praecisis legibus cautum est imperatori vel augustae testamentum facere liceat et mutare.

Imperator. Hac consultissima lege sancimus ut carentes oculis seu morbo vitiove nati per nuncupationem suae moderamina condicionis voluntatis praesentibus septem testibus, quos aliis quoque testamentis interesse iuris est, tabulario etiam, ut cuncti videntes convocatos omnes ut sine scriptis testentur edoceat, deinde exprimat nomina specialiter heredum et dignitates singulorum et indicia, ne sola nominum commemoratio...

moratio quae testamenti ambiguitatis pariat, et ex quibus praetextibus ex quot ineptiis inscriptio totum evacuari debeant, et quemadmodum legatarius seu fideicommissarius assequi velit. Demumque omnia palam edicat quae ultima cupit dispositionum series lege concessa, quibus ordine peractis uno eodemque loco et tempore, sed et tabularii manu conscriptis sub optentu ut deinde et testium et eorundem testium manu subscriptis, deinde consignatis tam ab his quam testibus quam a tabulario, plenum optinebit robur testantis arbitrium. Que vero in eodem modo erunt observanda, quando non heredes instituere, sed legata solum vel fideicommissa et in summa quae in codicillis habitur congrua duxerit ordinanda. Et cum humana fragilitas mortis precipue cogitatione turbata minus memoria possit plures res consequentes, patebit licentia voluntatem suam sive in testamento vel in codicilli tenore composita, cui velint servandam credere, ut in eodem pariterque collocatis testibus et tabulario, et ut deinde patefacta cuiusque convocati sunt et cartula proferetur quam susceptam testatori recitabit tabularius simul et testibus ut tenor eorum cunctis innotuerit, elogium ipse suum profiteatur agnoscere, examinum suum quae lecta sunt disposuisse suum, et in fine subscriptio sequatur testium, nec non omnium signacula tam testium, prout deinde et quam tabularii. Sed quia tabulariorum copia non omnibus locis datur, quem tenribus (sic) iubemus ut ubi tabularius reperiri non possit, octavum adhibere testem, ut quod a tabulario superdicto commisimus, id per octavum testem effectum accipiat, ita ut sub potestate concedenda suas voluntates in predictum modum ordinantibus cartulam ita conscriptam itidemque consignatam vel cancellate forme declarant, quibus velint testibus custodiendam mandare. Sic si namque confidimus ut non recipiat se tamen in ceteris hoc testamenti ultima sed nec locum quo ullum relinquant insidiis, tot oculis spectata, tot insinuata sensibus, tot insuper intuito locata manibus.

Imperator. Furiosum in suis induciis ultimum condere elogium posse licet ab antiquis dubitabatur, tamen et retro principibus et nobis placuit. Nunc autem hoc decidendum est quod simili modo antiquos animos movit, si cepto testamento furor eum invasit. Sancimus itaque tale testamentum hominis qui in ipso actu testamenti adversa valitudine tentus est, pro nihilo esse. Si vero voluerit in dilucidis intervallis aliquod testamentum condere vel ultimam voluntatem, et hoc sana mente et inceperit facere et consummaverit, nullo tali morbo interveniente, stare testamentum sive quamcumque ultimam voluntatem censemus, et si alia omnia accesserint quae in huiusmodi actibus legitima observatio sequitur.

Idem. Discretis surdo et muto, quia non semper huiusmodi vicia sese concurrunt, sancimus si quis utroque morbo simul laborat, id est ut neque audire

neque loqui possit et hoc ex ipsa natura habeat, neque testamentum facere neque codicillos neque fideicommissum relinquere neque mortis causa donationem celebrare concedatur: nec libertatem sive vindicta sive alio modo imponere, eidem legi tam masculos quam feminas obedire imperantes. Ubi autem et huiusmodi vitii non naturalis sive masculo sive feminae accidit calamitas, sed morbus postea superveniens et vocem abstulit et aures conclusit, si ponamus huiusmodi personam litteras scientem, omnia quae priori interdiximus, haec ei sua manu scribenti permittimus. Sin autem infortunium discretum est, quod ita raro contingit, et surdis licet naturaliter huiusmodi sensus variatus est, tamen omnia facere et in testamentis et in codicillis et in mortis causa donationibus et in libertatibus et in omnibus aliis permittimus. Si enim vox articulata ei a natura concessa est, nihil prohibet eum omnia quae voluerit facere, quia scimus quosdam iuris peritos et hoc subtilius cogitasse et nullum esse exposuisse qui penitus non exaudiat, si quis supra cerebrum illius loquatur, secundum quod Iuventio Celso placuit. In eo autem cui morbus superveniens auditum tantummodo abstulit, nec dubitari potest quin possit omnia sine aliquo obstaculo facere. Si vero aures quidem apertae sint et vocem recipientes, lingua autem penitus impedita, licet a veteribus auctoribus saepius de hoc variatum est, attamen et hunc peritum litterarum esse proponamus, nihil prohibet et eum scribentem omnia facere, sive naturaliter sive per interventum morbi huiusmodi infortunium ei accessit, nullo discrimine neque in masculis neque in feminis in omni ista constitutione conservando.

Idem. Nemo ex lege quam nuper promulgavimus in rebus quae parentibus acquiri non possunt existimet aliquid esse innovandum et permissum fuisse filiisfamilias cuiuscumque gradus vel sexus testamenta facere, sive sine parentis consensu bona possideant secundum nostrae legis distinctionem, sive cum eorum voluntate. Nullo enim modo hoc eis permittimus, sed antiqua lex per omnia conservetur, quae filiisfamilias nisi in certis casibus testamenta facere nullo modo concedit, et in his personis quibus huiusmodi facultatem habere concessa sunt.

Idem. Omnes omnino quibus quasi castrensia peculia habere ex legibus concessum est, hanc licentiam [illegible] modo ultimas voluntates condere secundum nostrae constitutionis tenorem, quae talibus testamentis de inofficioso querelae immunitatem praestitit.

De testamentis et quemadmodum testamenta ordinentur.

Imperator. Testes servi an liberi fuerint, non in hac causa tractari [convenit] cum eo tempore quo testamentum signabatur omnium consensu liberorum loco habiti sint, nec quisquam eis usque adhuc status controversiam movit.

Imperator. Publicati semel testamenti fides [illegible] ipsa materia in qua primum a testatore scriptum relictum fuit, casu quo probatur interciderit, nihilominus valet.

Omnium. sic construe totum: testamentum quod tenet ad principi illud dico in testamento facto scriptis, id est de quo fit mentio in illo verbo precum porrectarum principi, ut ipse intueatur si pariter tibi ac ego aliter construo omnium testatorum sollempnitate servata subaudi ut testamentum quod tenet ... consiliarum principis subscriptis ut totum in testamento scriptis ... [illegible]

Idem. Ex imperfecto testamento nec imperatorem hereditatem vindicare saepe constitutum est. Licet enim lex imperii sollempnitatibus iuris imperatorem solverit, nichil tamen tam proprium imperii est, quam legibus vivere.

Imperator. Si in nomine vel prenomine seu cognomine testator erravit, nec tamen de quo senserit incertum sit, error huiusmodi nichil officit veritati.

Imperator. Neque professio neque asseveratio nuncupantium filios qui non sunt veritati preiudicat, et que ut filiis testatoris relinquuntur, iuxta ea que a principibus statuta sunt non deberi etiam iuris est.

Imperator. Verba testamenti quibus mater tua decedens nepotes suos eiusque in domanos significat, si res aliter se habet, fidem veritati non infringunt.

Idem. Errore scribentis testamentum iuris sollempnitas mutilari nequaquam potest, quo minus scriptum, plus nuncupatum videtur. Et ideo recte testamento facto, quamquam desit heredis constitutio, consequens est existente herede legata sive fideicommissa iuxta voluntatem testatoris dari oportere.

Idem. Casus maioris ac novi contingentis ratione adversus timorem contagionis que testes deterret aliquid de iure laxatum est, non tamen prorsus reliqua testamentorum sollempnitas perempta est. Testes enim huiusmodi morbo oppressos eo tempore iungi atque sociari remissum est, non etiam conveniendi numeri eorum observatio sublata est.

Idem. Si non speciali privilegio patrie tue iuris observatio relaxata est, et testes non in conspectu testatoris testimoniorum officio functi sunt, nullo iure testamentum valet.

Idem. Si testamentum iure factum sit et heres sit capax, auctoritate rescripti nostri rescindi non potest.

Idem. Non ideo minus iure factum testamentum suas optinet vires, quod post mortem testatoris subtractum comprobatur.

Idem. Si unus de vii testibus defuerit vel coram testatore omnes eodem loco testes suo vel alieno anulo non signaverint, iure deficit testamentum. Deleta autem que interleta sive superscripta dicis non ad iuris sollempnitatem, sed ad fidei pertinent questionem, ut appareat utrum testatoris voluntate emendationem meruerunt vel ab alio inconsulte deleta an ab aliquo scelere sunt commissa.

Idem. Testandi causa de pecunia sua legibus certis facultas est, nec iurisdictionis mutare formam vel iuri publico derogare cuiquam permissum est.

Idem. Non codicillum sed testamentum aviam vestram facere voluisse institutio et exheredatio facta probant evidenter.

Imperator. Quoniam indignum est ob inanem observationem irritas fieri tabulas et iudicia mortuorum, placuit ademptis hiis quorum imaginarius usus est in institutionibus heredis verborum non esse necessariam observantiam, utrum imperativis et directis verbis fiat an inflexis. Nec enim interest si dicatur heredem facio vel instituo vel volo vel mando vel cupio vel esto vel erit, sed quibuslibet confecta sententiis pro quolibet loquendi genere formata i[nstitutio valeat] ...

... heredem ... publicato ut s. ei. l. ult. sic g. tu ordinaria si celebretur non bona ut ibi notatur. Sed non valet tibi loquitur in originali vii. licet amittit. ea modo potest ad ipsum hereditas ex eo ... acte esset publicatum coram magistro census quod non est ... tollat ... tripliciter ... quia non valet ... licet sit tantus ... quia ... non admittat ... sine ea ... in ... posthumi ... si ... non possit nec querela ... ut testamentum ... capax ...

Nolumus scriptum ... solempne alibi esset solle[mpne] ... scriptum ... voluntas non sollempne ...

Hec consultis ... tertia ... ergo ... scripta ...

... carpicum involutam. s. i. lin. theo. ut ... ad testamentum sufficit ... dicunt involutam, i. valde obscuram, quod obscuris dictatam, conscriptam. Hic quo ad nomen heredis corrigitur, quia testator debet illud sua manu scribere si potest ut. i. eo...

... sola eius sufficit ... tibi quidem nobis ... obstat quia non exigitur ... testibus pariter si preces principi porrectas testamenti voluntatem ... ergo ... quia testamentum ...

stitutio valeat, si modo per eam liquebit voluntatis intentio. Nec necessaria sint momenta verborum, quae forte seminecis vel balbutiens lingua profudit. Et in postremis quoque iudiciis ordinandis amota erit sollempnium verborum necessitas, ut qui facultates proprias cupiunt ordinare, in quacumque instituti materia conscribere, et quibuscumque verbis uti liberam habeant facultatem.

Imp. Non dubium neque incertum est, sicut imperatoribus, ita quoque his qui dignitate vel potestate decorati videntur, tam hereditatem quam legatum seu fideicommissum relinqui posse. Illud etiam adiciendum est, ut qui testato vel ab intestato heres extiterit, et si voluntas defuncti circa legata seu fideicommissa seu libertates legibus non sit subnixa, tamen si sua sponte agnovit, implendi eam necessitatem habeat.

Imp. Testamentum non ideo infirmari debebit, quod diversis hoc deficientis nominibus appellavit, cum superflua non noceant, namque necessaria praetermissa imminuunt contractum et testatoris officiunt voluntati, non habundans cautela.

Idem. Testamenta omnia ceteraque quae apud officium censuale publicari solent, in eodem reserventur, nec usquam permittatur fieri ulla translatio. Mos namque retinendus est fidelissimae vetustatis, quem si quis in hac urbe voluerit immutare, irritam mortuorum videri faciat voluntatem.

Imp. Omnium testamentorum sollemnitatem superare videatur, quod in ministerium merita fide precibus iter tot nobiles probatasque personas in conscientiam principis tenet. Sic igitur securus erit, qui actis iudicis cuiuscumque aut municipum aut auribus privatorum mentis suae postremum publicavit iudicium, ita nec de eius umquam successione tractabitur, qui nobis mediis et toto iure quo nostri scrinii constitutum est teste succedit. Nec sane illud heredibus nocere permittimus, si scripta intra metas de eadem voluntate reddendi non sint. Voluntates etenim hominum audire volumus, non iubere, ne postremam nostram inhibitum videatur commutationis arbitrium, cum hi qui per supplicationem nostris auribus intimaverit, ita demum firmum sit, si ultimum comprobatur, nec esse iudicium suum defunctus postea venisse detegetur. Nec quidquam sane permisisse credamus heredibus institutionibus vel successionibus designatis: omnia quae scriptis heredibus competunt, iubemus eos habere, nec super bonorum possessionis petitione ullam controversiam nasci, cum pro herede nasci agere cuncta sufficiat et ius omne ipsa complere aditio videatur.

Omnibus etenim patrandum esse censemus, ut libero arbitrio cui testamenti facultas suppetit successorem suum oblatis possit precibus declarare, et stabile sciat esse omne quod fecit, nec institutus heres pertimescat cum obla-

Quod sine subscriptione ita procedit si parens litteras doctus manu propria non signis sed consequentia litterarum declaret tempus et liberorum nomina, item numerum unciarum seu signa uerum specialium in quo et aliis legata et fideicommissa et libertas relinqui poterit placetur sic se fuisse factum nuncupatum testamentum ac audierit ut insti. e. § fi. et ar. s. t. i. l. hac consul. non aut dico. quod licet uerba ha beat testator necesse dicere ita. c. de testamentis uel si ita uelat p. l. istam corrigit p illam.

Hoc inter liberos testamentum ita infirmatur si parens septem testibus adhibitis declaret se nolle tale testamentum ualere et aliam disponat uoluntatem uel in testamento perfecto uel in non scripta perfecta uoluntate.

...tas praesentes sunt uoluntatem defuncti ydoneis possit testibus approbare fieri alia nota non possint.

Nolumus conuelli deficientium scriptas iure ac sollempniter uoluntates dum quidam in orientis suppremum et non ad scriptum processisse confirmatur arbitrium tamquam primordium suum ad nos deficiens malu erit pertinere.

Omnibus enim priuatis et militantibus indicimus ut non huius prohibeant testamenta et si cuiusque crimine eorum reos teneri percipimus si eam scripte iure ac sollempniter deficientium extiterint uoluntates non scriptum aliquid suo maiorum nominum mentione fisco asscribere moliantur.

Nemo ita quod relictus heres uel legibus ad successionem uocatus minimum uel potentium nomine horrescat neque offerre testimonia in hunc modum uel suscipere gestis huius uoces audeat uel in priuatorum potentium nomine.

Hac consultissima lege sancimus licere per scripturam conficientibus testamentum si nullum scire uolunt que in eo scripta sunt signatam uel ligatam uel tantum inuolutam clausamque proferre scripturam uel ipsius testatoris uel cuiuslibet alterius manu scriptam eamque rogatis testibus septem numero ciuibus romanis puberibus simul omnibus offerre signandam et subscribendam dummodo testibus praesentibus testator suum esse testamentum dixerit quod offertur eique coram testibus sua manu in reliqua parte testamenti subscripserit quo facto et testibus uno eodemque die ac tempore subscribentibus et consignantibus ualere testamentum nec ideo infirmari quod testes nesciant que in eo scripta sunt testamento.

Quod si litteras testator ignoret uel subscribere nequeat octauo subscriptore pro eo adhibito eadem obseruari decernimus.

In omnibus autem testamentis que praesentibus uel absentibus testibus dicantur superfluum est uno eodemque tempore exigere testatorem et testes adhibere et dictare suum arbitrium et finire testamentum. Sed licet alio tempore dictatum scriptumue proferatur testamentum sufficit uno eodemque die nullo actu interueniente testes omnes uidelicet simul nec diuersis temporibus subscribere signareque testamentum. Finem autem testamenti subscriptiones et signacula testium esse decernimus. Non subscriptum namque a testibus nec signatum testamentum pro infecto haberi conuenit.

Ex imperfecto autem testamento uoluntatem tenere defuncti nisi inter solos liberos a parentibus utriusque sexus habeatur non uolumus.

Si uero in huius uoluntate liberis alia sit mixta persona extranea certum est eam uoluntatem quantum ad illam duntaxat permixtam personam pro nullo haberi sed liberis accrescere.

Per nuncupationem quoque hoc est sine scriptura testamenta non alias ualere sancimus nisi septem testes ut supra dictum est simul uno eodemque tempore collecti testatoris uoluntatem ut testamentum sine scriptura facientis audierint.

Si quis autem testamento iure perfecto ad aliud postea uenerit testamentum non alias quod ante factum est infirmari decernimus quam si id quod secundo facere testator instituit iure fuerit consummatum nisi forte in priore testamento scriptis hiis qui ab intestato ...

...testator contemporaneitatem quia non impleta dicit auferri hereditatem ... ut ff. de arq. her. l. claudius sed ibi primum sollempne non ualet quia prius decessit testator ... dicant tabellionum ita testatus est ut sit instrumentum testamentum ...

In auth. de testa. § si illud q. coll. iii.

Si modo subiciatur huic scripture vel ipsius parentis vel omnium inter quos partitio fit subscriptio.

VI

[illegible gloss]

intestato ad testatoris hereditatem vel successionem venire non potuit, in sua voluntate testator eos scribe instituit qui ab intestato ad eius hereditatem vocantur: eo enim casu licet imperfecta videatur scriptura posterior, infirmato priore testamento, secundam eius voluntatem non quasi testamentum sed quasi voluntatem intestati valere sancimus, in qua voluntate quinque testium iuratorum sufficient. quo non facto valebit primum testamentum, licet in eo scripti videantur extranei. Illud enim huic legi perspeximus inferendum

ut et grece liceat omnibus testari.

Imperator. Dictantibus testamentum vel aliam quamlibet ultimam voluntatem legatum vel fideicommissum vel quodcumque aliud quolibet alio licito titulo testatorem posse relinquere minime dubitandum est, testibus et ad efficiendam voluntatem adhibitis pro suo libito quod voluerit testator relinquere non prohibetur.

Imperator. Consulta diualia quibus confidentes perspectum est ne voluntates ultime deficientium in hac regia urbe confecte a palatii apparitoribus possint quam virum clarissimum pro tempore census magistrum monumentis intimentibus pro virtute ordine nec ne in hereditatem cuius summa c aureorum pro non excedit preterium in cedis que quam aut sumptuum censualium administrantes aut censualis apparitio super intimandis hisdem elogiis audeant assequi. firma que nunc dicimus ac repetita promulgatione non solum iudices quorumlibet tribunalium verum et defensores ecclesiarum quos turpissimum intimationis genus irrepserat premonendos esse censemus, ne rem attingant que nemini prorsus hominum secundum constitutionum precepta quam census magistro competit. absurdum est namque supremis actibus rerum tum veniri officia palatinis concessum aliis subtrahatur ac precipue clericis quibus obprobrium est si peritos se velint disceptationum forensium esse, pena in fiendis terminatoribus presentis sanctionis l. librarum auri. nec enim concedendum est ut suprema vota deficientium reprehensionis que tamen ex incongrua insinuatione esse debeant dum hec res ab incongruis audacter usurpatur.

Imperator. Ambiguitates que vel imperitia vel desidia testamenta conscribentium oriuntur resecandas esse censemus, ut si vel institutio heredum post legatorum dationem scripta sit vel alia pretermissa sit observatio non ex mente testatoris sed vitio tabellionis vel alterius qui testamentum scripsit, nulli licentiam concedimus per eam occasionem testatoris voluntatem subvertere vel minuere.

Idem. Prepostere reprehensionem quam novella constitutio divi Leonis in dotalibus instrumentis sustulisse noscitur in aliis quoque omnibus tam contractibus quam testamentis tollimus, ut tali exceptione cessante et stipulationis (?) et contractus et testatoris voluntas indubitatione valeat ex actione videlicet post conditionem vel diem competentem.

Idem. In testamentis sine scriptis faciendis omnem formalem ob

[illegible marginal gloss]

Dictantibus testamentum testibus pot relinqui in testamento.

ut. § e. bitteas. si in expressa tanta passive. fen. c. i. ... interim moriebantur testator que nichil valebat ... singulari numero dixerimus. s. de sacro. sa. ecc. l. ...

[illegible]

suacionem penitus amputamus ut postquam .vii. testes conuenerint satis sit uoluntatem testatoris uel testatricis simul omnibus manifestam significantis ad quos substantiam suam peruenire uellet uel quibus legata dare uel fideicommissa uel libertates donare. et si non omnibus his dispositionem proderit testator uel testatrix ulla forma alia uerba. Ideo eosdem testes conuenisse quod sine scriptis suam uoluntatem uel testamentum disponere censuit.

Idem. Scimus si quis semel modo condidit testamentum et post eius confectionem decennium profluxit siquidem nulla innouacio uel contraria uoluntas testatoris apparuit hoc esse firmum. Quod enim non mutatur quare stare prohibetur. Quemadmodum enim testamentum qui fecit et nichil uoluit contrarium intestatus efficitur. Si autem in medio tempore contrariam uoluntatem ostendit siquidem perfectissima est secundi testamenti confectio ipso iure priorem tolli testamentum. Si autem testator tantummodo dixerit non uoluisse priorem testamentum stare uel aliis uerbis utendo contrariam aperuit uoluntatem et hoc uel per testes ydoneos non minus tribus uel inter acta manifestauit et decennium fiat emensum tunc irritum esse testamentum tam ex contraria uoluntate quam ex cursu temporis. Alioquin enim testamenta mortuorum per decennii transcursionem euanescere nullo patimur modo. Ponimus constitucionibus que super hiis testamentis euacuandis late fuerant penitus

Idem. Iam antiquandis. Cum antiquitas testamenta fieri uoluit nullo actu interueniente et hoc compositum uerborum non inte interpretata pene in perniciem testancium et testatorum procedet. Scimus in tempore quo testamentum conditur uel codicillus nascitur uel ultima quedam dispositio secundum pristinam celebretur obseruacionem nichil et ea penitus immutandum esse censemus. Ea quoque que minime necessaria sunt nullo procedere modo. Quippe cum subtilissima posita ea que superflua sunt minime debent intercedere. Si quid autem necessarium euenit in ipsum corpus laborantis respiciens contigit id est uel uictus necessarii uel pocionis oblacio uel medicaminis dacio uel impositio quibus relictis ipsa sanitas testatoris periclitatur. uel si quis necessarius nec usus ad deposicionem superflui ponderis immineat. uel testatori uel testibus non esse ex hac causa testamentum subuertendum. licet morbo comicialis quod et fieri esse comprimorum ex testibus contigit. Ideo quod urget immineat repleto uel deposito itum solida perfectione testamenti adimpleri. Et si quid a testatore aliquid fiat testibus paulisper separatis cum coram hiis facere aliquid nolle testator erubescat. et iterum introductis testibus consequenciam factionis testamenti procedere. Si tamen in quendam uel quosdam testium aliquid tale contingat siquidem breui temporis interuallo necessitas potest transire. et eorundem testium reuersum

Jsta aut porrigit ista le. iubem cum d. quod testator debet scribere nomen heredis

In aut. ut spon. lar. § quia uo. coll. ix.

Et non obseruato eo subuertitur testamentis siue per se siue per alium quis inscribat nomen heredis. § quod testator scribat manu sua nomen heredis uel uoce sua nuncupet coram testibus ut in lege iubemus.

VI. Habantiquis institutum ut patet per alias leges. ff. ad silla. l. an. § si quis ignorans et de iur. fis. l. aut. § si et de lie. fite in spi. l. a. § si et de inr. dic. o. inoffi. l. si quis to. § secundo.

s. efficaci ut ff. e. l. ad testium. § si signa turbata. nam si agant heredes obstat exceptio ut ff. de bonor. pos. sec. tab. l. si ei. l. qui ex libertis. § ex testo. et ff. e. heredes et de his qui in te.

expectari et sollemnia pagi[nae]. Si autem longiori spatio res effecto fortuitu casus indigeat et maxime si salus testatoris periclitantis immineat, tunc illo uel illis testibus circa quos aliquid tale euenit separatis alios subrogari, et ab eo uel aliis tam testatorem quam alios testes sciscitari si ea que eorum presentiam antecedunt omnia coram his processissent, et si hoc fuerit undique manifestum, tunc eum uel eos una cum aliis testibus ea que oportet facere, et si in medio subscriptiones testium iam fuerint subsecute. Sic enim et nature medemur et mortuorum elogia in suo statu facimus permanere. Cum autem constitutio que de testamentis ordinandis processit caueatur quatenus vii. testium presentia in testis requiratur et subscriptio a testatore fiat uel ab alio pro eo, et constitutio sic edicit, octauo subscriptore adhibito, et quis testamentum suum omne manu propria conscripsit, et post eius litteras testes adhibiti suas subscriptiones supposuerunt aliaque omnia sollemniter in testamento acta sunt, et testamentum ex hoc de quo dubitabatur irritum fieri non esse, eandem constitutionem corrigentes sancimus: si quis sua manu totum testamentum uel codicillum conscripserit et hoc specialiter in scriptura reposuerit quod sua manu hoc confecit, sufficiat ei totius testamenti scriptura et non alia subscriptio requiratur neque ab eo neque pro eo ab alio, sed subsequatur huiusmodi scripturam et reliqua testium

et omnis que expectatur obseruatio, et sit testamentum ualidum et codicillum v. testium, littere testatoris scripture coadimentur et in sua firmitate remaneat, et nemo calliditatis machinator huiusmodi iniquitatis in posterum inueniatur. Iubemus omnimodo testatorem siue ipse subscribendo habeat nomen heredis uel heredum in sua subscriptione uel in quacumque parte testamenti ponere, ut sit manifestum in illius uoluntatem hereditatem esse transmissam. Si autem forsitan ex morbi acerbitate uel litterarum imperitia hoc facere minime potuerit, testibus testamenti presentibus nomen uel nomina heredis uel heredum ab eo nuncupari, ut omnimodo sciant testes, si non ipse subscribere potuerit, qui sunt scripti heredes, et ita certo heredis nomine successio procedat. Si enim talis est testator qui neque scribere neque articulate potest loqui, mortuo similis est, et falsitas in elogiis committitur, quam ut excludi fiat a re publica, maxime in testamentorum confectione cupientes, hanc edictalem legem in orbem terrarum ponimus. Quod si non fuerit obseruatum et nomen heredis uel heredum non fuerit manu testatoris scriptum uel uoce coram testibus nuncupatum, est hoc testamentum stare minime patimur, uel in totum si tota heredum nomina fuerint pretermissa, uel in eius heredis institutionem cuius nomen nec lingua nec manus testatoris signauit. Sed ne alia forsitan obliuio testium animis incumbat, pluribus inclusum no[men]

n. de bonor. pos. sec. ta. ut ff. de bo. po. heredi litate ut s. e. si unus. latet pos. sec. ta. l. i. § semel. et c. summum et § si rose. et hoc si uiuo testatore et nondum prolatis tabulis coram iudice. alias contra sec. ta. ut ff. si ta. te. ex la. ac. maxime. maxime dico heredes iuuari hoc casu quia et superiori lege iuuantur. in lege iubemus. licet testatori eos non scripsit et hoc subiicit.

ut diximus s. e. iubemus. § quemadmodum subscriptor interponere fit per alium subscriptio. ut in aut. de fide instru. § oportet. uero sed etiam contra s. de asser. l. ii. iuratiue. s. de consul. § pe.

De heredibus instituendis et que persone certe.

nominibus heredum expressis ipsi testes in suis subscriptionibus, cum testator non hec scripserit, sed nuncupaverit eorum nomina, subscribere non cunctentur ad eternam rei memoriam. Si vero ipse testator in quacumque parte testamenti nomina heredum sicut decens est scripserit, supervacuum est testes in subscriptione sua hoc exprimere, cum forsitan nec scire eos testator suos heredes voluit, et semel tamen ex ipsius testatoris scriptura appareat. Oportet enim omnino vel ex litteris testatoris vel ex voce quidem testatoris, litteris autem testium qui ad elogium conficiendum fuerint convocati, nomina manifestari heredum. Quemadmodum enim in elogio quod sine scriptura conficitur necesse est testatorem voce exprimere nomen vel nomina heredum, ita oportet et in testamentis per scripturam conficiendis, cum ipse testator sua manu scribere heredes vel noluerit vel minime potuerit, voce tamen eos eius manifestari.

Que in postremum tamen non observari censemus, ut que testamenta post hanc novellam nostram nimirum legem efficiuntur, hec cum tali observatione procedant. Quid enim antiquitas peccavit, que presentis legis inscia pristinam secuta est observationem? Scimus etiam tabellionibus et hiis qui conficienda testamenta procurant, quod si aliter facere ausi fuerint, penam falsitatis non evitabunt, qui dolose ita incertitudinem contra veritatem...

Inscriptio. In nostram provisionem maxime eam ultima elogia defunctorum nunc extendi properamus. Unde cum invenimus quasdam controversias a veteribus iuris interpretationibus exortas propter testamentum quod ultimo modo conditum est, vii. per testium signa habens, preterea fortuito casu vel per ipsius testatoris operam uno toto vel plurima eius parte incisa in ambiguitatem incidit, et solutum ei prebemus remedium: scientes siquidem testatorem linum vel signacula incidit vel abstulit, utpote voluntate eius mutata testamentum non valere. Si autem aliqua quacumque hoc contigit durante testatoris scriptos heredes ad hereditatem vocari, maxime cum nostra constitutione quam super tuitione testamentorum promulgavimus testatorem disposuit vel sua manu nomen heredis scribere vel si imperitia litterarum vel adversa valitudine seu alio modo hoc facere non potest, testes ipsos audito nomine heredis sub presentia ipsius testatoris nomen heredis suis subscriptionibus declarare.

Item. Et ab antiquis legibus et divinis retro principibus semper rusticitati consultum est, et in multis subtilitatibus legum stricta observatio eis remissa est. Quod ex ipsis rerum invenimus documentis. Cum enim testamentorum ordinatio sub certa diffinitione legum statuta est, homines rustici et quibus non est litterarum scientia quomodo possunt tantam legis subtilitatem custodire in ultimis suis voluntatibus? Ideoque ad dei humanitatem respicientes necessarium duximus per hanc legem eorum simplicitati...

...ti subvenire. Censemus itaque in omnibus civitatibus et in castris orbis romani, in quibus et leges nostrae manifestae sunt et litteratorum vigent studia, omnia quae ex libris nostris digestorum seu institutionum et imperialibus sanctionibus, nisi specialiter disponimus, in condendis testamentis cauta sunt, observari, nullamque ex praesenti lege fieri innovationem. In illis vero locis, in quibus raro homines litterati inveniuntur, per praesentem legem rusticanis concedimus antiquam eorum consuetudinem legis vicem optinere, ita tamen ut, ubi scientes litteras inveniuntur, septem testes, quos ad testimonium vocari necesse est, adhibeantur, et unusquisque pro sua persona subscribat; ubi autem non inveniuntur litterati, septem testes et sine scriptura testimonium adhibentes admitti. Si vero unus aut duo vel plures inveniuntur litteras scientes, liceat his pro ignorantibus litteras praesentibus testibus subscriptionem suam imponere, sic tamen ut ipsi testes cognoscant testatoris voluntatem et maxime quem vel quos heredes sibi relinquere voluerit, et hoc post mortem testatoris iurati deponant. Si autem in illo loco minime inveniuntur septem testes, usque ad quinque modis omnibus testes adhiberi iubemus, minus autem nullo modo concedimus. Quod generaliter rusticorum, sicut praediximus, eorum pro suis rebus disposuit, hoc communi modo legum subtilitate remissa firmum validumque consistat.

De heredibus instituendis et qui institui possunt et non possunt

Qui deportantur si heredes scribantur, tamquam peregrini capere non possunt, sed hereditas in ea causa est in qua esset, si scripti heredes non fuissent.

Impr. Pater tuus si ex residua parte heres scriptus est, quia alter scriptus heres capere non potest, usque ad nullam partem hereditatis per condicionem suam admitti potuit, ut ex asse heres extitit; namque residui commemoratio in totum admittit.

Impr. Cum proponas Alexandrum equitem testamento primo loco Iulianum ut libertum heredem suum instituisse, alium quoque substituisse his verbis: quod si ex aliqua causa primus hereditatem meam adire noluerit vel non potuerit, tunc in loco eius fiat heres substitutus, vitalem post mortem autem testatoris Iulianum suum eundem fuisse defuncti multis indiciis eius apparuit, an tu ex substitutione admitteris voluntatis est quaestio. Nam si credens eum suum et proprium libertum heredem instituit, nec per eum ad alium quam quem hereditatem pertinere voluit, extitit condicio substitutionis, et tibi hereditas delata est. Quod si verba substitutionis scriptae ad eius rettulit, ut si non ipsemet ipsum alium fecisset heredem, potuit enim quamvis iubente domino nolle adire, ita demum substitutus vocaretur, cum tamen paruit domino, locus substitutionis non est.

Impr. Si pater tuus eum quem filium heredem instituit quasi falsa opinione ductus filium suum esse credebat, non instituturus si eum nosset, isque postea subditus esse ostensus est, auferenda...

l. certum. Dic ergo quod ubi non erant alii instituti. et ut ei ea ... patremfamilias decessisse pro parte testatus datur eis totum hoc ca... functi alii. ...

ff. ad l. Aquil. l. inter uerba ... ff. d. ... et de fi. ti. ... si autem solummodo non fit interfector exequitate post dici hunc admitti ad ... quod sibi relictum erat ...

Iei succedem diui Seueri i Antonini placitis continet.

Id. Non ideo minus uxor uiri heres uidetur instituta quod non uxori sed affini testamento nominata est.

Imperator. Si compensandi debiti gratia uxor maritum fecit heredem desiderio tuo pro portionem hereditatis debitum quod restitui postulantium tibi uniuers seueritas iuris et uoluntas defuncte refragatur.

Imperator. Nec apud peregrinos fratres quis suum patrono per heredem facere potuit. cum igitur quem praeteritum tuum uoluisse facere dicis initum sit pro portionem hereditatis quam is alumnus suus quem supplicas uel adoptatus fecit heres institutus tenet. restitui tibi cure habebit preses prouincie.

Id. Collegium si nullo speciali priuilegio subnixum sit hereditatem capere non posse dubium non est.

Id. Extraneum in cum quis moriatur heredem scribi placuit.

Id. Neque ipse heredes instituto quibus hoc concessum non est. neque per suos per eos hereditatem posse querere dictat ius romanum.

Imperator. Extraneum et penitus ignotum heredem quis instituere potest.

Imperator. Hereditatis uel legati seu fideicommissi aut donationis titulo domus aut annone ciuiles aut quelibet edificia uel mancipia ad ius inclite urbis uel alterius cuiuslibet ciuitatis peruenire possunt.

Imperator. Quotiens quidem certi ex certa re scripti sunt heredes uel certis rebus contenti esse iussi sunt pro sua institutione quos legatariorum loco haberi certum est. alii uero ex certa parte uel sine parte qui pro ueterum legum tenore ad certam unciarum institutionem referuntur. eos tantum omnibus hereditariis actionibus uti uel conueniri decernimus qui ex certa parte uel sine parte scripti fuerint. nec aliquam diminutionem earundem actionum occasione heredum ex certa re scriptorum.

Id. Quoniam in libris Ulpiani ... fi. in quos ad Massurium Sabinum scripsit talis species relata est hanc aperius expedire nobis iustum est. quidam testamentum faciens ita instituit. Sempronius Plocii heres esto. ueteres quidem existimabant errorem nominis esse et sic institutionem ualere cum testator Plocius nominare et in Sempronium scripsisset heredem. Sed nos siniam grossiorem existimamus esse. neque enim sic homo supinus imo magis stultus inuenitur ut nomen suum ignoret. Sed si quidem ipse testator Plocio cuidam quondam heres extitit manifestissimum esse heredem se instituisse Sempronium ut per mediam personam ipsius Plocii heres efficiatur. et hoc argumentatur ex antiqua regula que uolunt heredem heredis testatoris esse heredem. Si autem nichil tale factum est superuacuam esse et inanem talem institutionem nisi prius heredem Plocio se instituto sic adiecit. Sempronius Plocio heres esto. tunc enim existimandum est eum dixisse si non Plocius heres sit tunc Sempronium in locum partem uel Plocii ex substitutione uocari. ut ita

teli[c]tum. ut ff. de cond. inst. l. qui sub condicione. § que conditio fuit in mora manu. ut ff. de cond. inst. l. ... si ... faceret alium puta quia alius interfecit ... et aget lege Aquil. contra interfectorem ad estimationem eius quod sibi relictum erat. ut.

impr. quia non potest sub condicione institui potestatiua ... ut ff. de her. inst. l. ... ut. t. s. de inp. l. celebrandis ... indigeat. ut ff. de condi. et demon. l. ...

Si testator aliquem ... heredem ... disposuit ualet dispositio ... heres fuit ... heredem ... ali... .

ex consequentia verborum Plocius, qui institutus, Sempronius autem substitutus invenitur. Et si autem neque ipse testator Plocio heres extitit neque Plocium heredem animo suscepit et sic Sempronium Plocio heredem voluit esse, nullius esse momenti talem institutionem, cum non est verisimile eum suum nomen ignorasse.

De institutionibus et substitutionibus seu restitutionibus sub condicione factis. Rubrica.

Imperator. Cum avunculum mater tuam ea condicione filiam tuam heredem instituisse proponas, si Antullio filio nupsisset, non prius eam heredem extitisse quam condicioni paruit, aut Antullio filio recusante nuptias impeditum fuit, manifestum est.

Imperator. Condicioni sub qua testamento mariti sui heres instituta, si non paruisti, locum habet substitutio. Si enim videri potest sub specie temporis nuptiarum inclitatem intercepisse cum te filio sororis sue consobrino tuo probabili consilio iungere voluit, nec extraordinario auxilio indiges cum hys que libello es complexa declararet non per eum stetisse quominus supreme voluntati mariti tue testatricis satisfieret.

Idem. Si minores heredes sub condicione emancipationis instituit et, priusquam voluntati defuncte pareretur, filium pater vivit vel alter defunctus est morte eius vel alio modo patria potestate liberati, ius adeunde hereditatis cum sua causa quesistis.

Imperator. Si pater filium quem in potestate habebat sub condicione que in ipsius potestate non erat heredem scripsit, nec in defunctum defectum eius exheredavit, nec videtur testatus. Cum autem transmare et longe te agentem sub hac condicione heredem scriptum esse dicas, si in patriam que in provincia Mauritanie erat regressus fuisses, nec exheredatum te alleges si in eum locum non rediisses, manifestum est non multis casibus non voluntariis sed fortuitis evenire potuisse ut eam implere non posses, et ideo non prohiberis adire hereditatem.

Imperator. Reprehendenda tamen magis est quam in re tua. Illa enim si heredes esse vellet, id quod est inutile, in matrimonio cum viro non iuberet; tu porro voluntatem eius divortio comprobasti. Oportuerat enim si condicio licita admitteretur praeferre lucro concordiam maritalem. Enim vero cum boni mores hoc observari vetent, sine ullo damno coniunctionem retinere potuisti. Recipi igitur maritum sciens hereditatem mariti sui rediens retenturam, quippe cum retineres licet prius ab eo non recessisses.

Idem. Generaliter sancimus si quis ita iubens rei sua composuit ut dicat si filius vel filia intestatus vel intestata vel sine liberis aut sine nuptiis vel sine testamento decesserit, et ipse vel ipsa vivos sustulit sive nuptias contraxerint sive testamentum fecit, firmiter res possideri et non esse locum substitutioni eorum vel restitutioni. Sicut enim ex hys in dubium fuit subsecutum, tunc valeat…

ditõem et res sm ũba testi res
titui ut mẽtus succõnis mor
ientis exitus uideatur certo
substõis ul restõis fine ɔ
cludi. cuius enim ferendus
ẽ intellectus si forsitan testr̃
q̃ non fecit. postitatem aut
h̃uit p̃ h9 ũborum angust
ias libos eius omni pene fr̃
tu patrio defraudari. uiam iq̃3
impiam obstruentes ut nec
alius de ũa ũit h9 facimus sc̃i
onem et hanc legem in ppetu
um ualituram inducimus tã
pnb9 q̃m libis g̃tam. Quo
exemplo ĩ alijs psonis licz ex̃
nee sunt de quib9 h9 aliquid
sc̃ptum fũit me demur. Cũ ã
inuenimus excelsi ingenij
papinianum in h9 cãu i q̃uo
pr̃ filio suo substituit nulla lib
orum ex hijs pereandorum a
iectõe h̃ita ex optimo intellec
tu disposuisse euanesc̃e substõ
nem sus qui substõe p̃g̃uatur
ẽ pacefficiat et libos sustulerit
i intelligentem non ẽẽ ũisimile
prẽm si de nepotib9 cogitasset
talem fecisse substõem huma
nitatis intuitu. hoc et latius i
pinguius interp̃tandum ẽẽ cre
didimus ut si quis naturales
h̃uit filios et ptem eis reliq̃rit
ul dedit usq3 ad modum que
statuimus et substõi eos sub
iugauit nulla liborum eoruz
mẽncõe fc̃a et hic intelligi eua
nesc̃e substõnem libis eam ex
cludentib9 et intellectu optim
hijs qui ad substõnem uocan
tur obsistente et non concedẽ
te ad eos eam ptem uenire. s3

ad filios ul filias nepotes uel
neptes p nepotes ul p neptes
morientis trãsmittente i non
alr̃ locum substõe accipiente
nisi ipi libi sine iusta sobole de
cesserint ut q̃d int̃ iustos libos
scitum ẽ hoc et inter naturale
filios extendat. que omnia
in legatis et in fideicõmissis
spalib9 locum h̃re scimus.

Idem. Si quis h̃redem sc̃psent
sub tali condõe si meuius ɔsul
fc̃us fũit ul pretor. ul ita. filiã
suam h̃redem instituit si nupta
erit. uiuo aut testõre ul ip̃e cõ
sul p̃cessit ul p̃tor fc̃us fũit ul
filia eius nupta fũit et adhuc
uiuo testõre consulatum q̃d ẽ
ul p̃turam ille deposũit ul fi
lia diũtit omni dubitacõne
ueterum explosa scimus q̃m ẽ
q3 impleta fũit condõ siue uiuo
eo siue tp̃re mortis siue p9 mor
tem condõnem uideri ẽẽ cõple
tam. Quod et in legatis et in fi
deicommissis et in lib̃tatibus
optinendum ẽẽ censemus ne
dum nimia utimur c̃ca h9 sen
sus subtilitate iudicia testãcium
defraudentur.

Idem. Si testm̃ ita sc̃ptum inuem
t ille h̃res esto sm condõnes inf̃
sc̃ptas. sed nichil ẽ a lectum n̈
aliqua condõ in testõ posita ẽ
sup uacuam ẽẽ condõnũ poll
icata cõem scimus et testm̃ pu
ram h̃re instõem. h argumto
utimur q̃d papinianus ren
dit. tucos rei. p. relictos qui p̃p
os fines h̃ebant non i o ex fidi
commisso minus debi q̃d tes
tator fines eorum ul c̃tam m̃

formam quam celebrari singulis annis voluntatem alia scriptura declaraturum promisit, ac proxima morte preventus non fecit, sive autem condiciones quasdam in quibusvis testamenti partibus proposuit, tunc in dubio ab initio condicionalem esse institutionem, et sic omnia compleri, tamquam si testator ipsas institutiones eisdem condicionibus copulasset, que infra scripte sunt.

Imperator. Cum quidam pregnantem habens coniugem scripsisset heredem ipsam quidem uxorem suam ex parte, ventrem vero ex alia parte, et adiecit: si mihi non postumus natus fuerit, alium substitui esse heredem; postumus autem natus impubes decessit: dubitabatur quid iuris sit, tam Ulpiano quam Papiniano viris discretissimis voluntatis esse questionem scribentibus. Cum opinabatur Papinianus ideo testatorem voluisse postumo nato impubere defuncto matrem ad eius successionem magis venire quam substitutum, sive enim et suos heredes pertem uxori dereliquid, in multo magis et luctuosam hereditatem ad matrem venire curavit. Nos itaque in hac specie Papiniani dubitationem resecantes, substitutionem in huiusmodi casu, ubi postumus natus adhuc impubes vivente matre decessit, respuendam esse censemus, tunc autem tantummodo substitutionem admittimus, cum postumus minime editus fuerit, vel post eius partum eius mater decessit.

De impuberum et aliis substitutionibus

Imperator. Coheredes ex disparibus partibus instituti et invicem substituti sunt, nec in substitutione facta est ullarum partium mentio, in eandem non alias partes testatorem substitutionibus tacite inseruisse quam que manifeste in institutione expresse sunt.

Imperator. Hereditatem quam intestato defuncti delatam tibi dubitas non oportet substitutionem testamento patris factam ad pubertatis tempora porrigi non potest, quia ipso iure aliis non eiusdem condicionis heredibus institutis et invicem substitutis per eorum personas quibus in uno casum duntaxat substitui potest; et in filio idem debere fieri et ratio suadet et divus Marcus pater noster constituit.

Imperator. Heres instituta matris testamento si successionem ex testamento omisisti, ab intestato bonorum possessionis ius habere voluisti, substitutioni locum quam fecit is in dubium non venit, proinde si substitutus hereditatem amplexus fuerit, actionibus que tibi adversus prefatum competebant ipsum convenire non successionem ab intestato potes vendicare.

Imperator. Quamvis placuit substitutorem impuberi qui in potestate testatoris fuit, a parente factam ita "si heres non erit" porrigi ad eum casum quo prius quam heres extitit impubes decessit, si modo non contrariam voluntatem defuncti extitisse probetur, cum tamen proponas ita substitutionem factam esse: si modo filius meus et Elpia uxor mea quam volo annorum heredes non erunt, in locum eorum Publius heres esto, manifestum est in eum casum factam

substitutionem quo utrique heredum substitui potuit.

Imperator. Post aditam hereditatem directe substitutiones non impuberibus filiis facte exspirare solent.

Idem. Testamento iure facto multis institutis heredibus et invicem substitutis adeuntibus suam portionem coheredum in multis repudiantium accrescit portio.

Idem. Si testamento facto intra pupillarem etatem in sua potestate constitute filie si intra pubertatem decessit directis verbis pater substituit heredem, te suum ex testamento preventum conditionis intestati successionem exclusisse constitit.

Idem. Precibus tuis manifestius exprimere debueras maritus tuus quondam miles defunctus pro quem testamento facto heredem communem vestrum filium instituisse proponis et ei secundos heredes scripsisse utrumne in primum casum an filio suo quem habuit in potestate mortis tempore si intra quartum decimum etatis sue annum an post ea decessit. Nam non est incertum quod si quidem in parentis militis positus potestate primo casu tantum habuit substitutum et patri heres extitit, eo defuncto ad te omnem mortui eius pertineat successio. Si vero substituit vel in secundum casum vel expressim vel si quidem intra pubertatem decesserit eos fore heredes quos parens constituit et quam adierit hereditatem vel compendiose non usque ad certam etatem facta repetatur. Si vero post pubertatem eius te successionem mariti obtinente veluti ex causa fideicommissi bona que cum moreretur

parens eius fuit ita ut possint petere substituti.

Imperator. Humanitatis intuitu parentibus indulgemus ut si filium vel nepotem vel pronepotem cuiuscumque sexus habeant nec alia proles descendentium eis sit, iste tamen filius vel filia vel nepos vel neptis vel pronepos vel proneptis mente captus vel mente capta perpetuo sit, vel si duo vel plures isti fuerint nullus vero eorum sapit, liceat hisdem parentibus legitima portione ei vel eis relicta quos voluerint his substituere, ut occasione huiusmodi substitutionis ad exemplum pupillaris nulla querela contra testamentum eorum oriatur, ita tamen ut si postea resipuerint talis substitutio cesset. Cur si filii aut alii descendentes ex his fuerint capta persona sapientes sint, non liceat parenti qui vel que testatur alios quam ex eo descendentes unum vel certos vel omnes substituere. Si vero et alii testatoris liberi vel testatricis sint sapientes ex his vero personis que mente capte sint nullus descendat, ad fratres eorum unum vel certos vel omnes eandem fieri substitutionem oportet.

Idem. Cum quidam duobus impuberibus filiis heredibus institutis adiecit si uterque impubes decesserit illum sibi esse heredem instituto, et dubitabatur apud antiquos legum auctores utrum ne tunc voluit substitutum admitti dum uterque filius eius in prima etate decessit an altutro decedente unico substitutus in eius partem succedet, et placuit Sabino substitutionem tunc locum habere cum

VI

utique decessit. cogitasse enim patrem decedente primo fratrem suum in eius portionem succedere nos eiusdem Sabini morem filiam existimantes non aliter substitutionem admittendam esse censemus nisi uterque eorum impuberi etate decessit. § bona

Idem Si quis duobus heredibus institutis filio suo impuberi eos una cum alio tercio substituit et verba testamenti ita composuit. quisquis mihi heres erit et ticius filio meo heres esto. Sed quia apud Ulpianum invenimus mortuo filio impubere querebatur quomodo ad substitutionem vocentur tres substituti utrum ne duo priores qui et patri heredes fuerant scripti in dimidiam vocentur et ticius in reliquam dimidiam an tres substituti unusquisque ex triente ad substitutionem vocetur. Nobis autem in prima quidem specie videtur tres substitutos unumquemque in triente vocari. Talia applicata dubitatione si quis ita heredem scripserit ticius una cum suis filiis et sempronius heres mihi sunto. et in presenti etenim specie querebatur secundum Ulpianum voluntas testantis utrum ne ticium una cum suis filiis in dimidiam vocat et sempronium in aliam dimidiam. an omnes in virilem portionem. Sin secunda autem specie cum et natura pater et filius eadem esse persona pene intelligitur dimidiam quidem partem ticio cum filiis et alteram partem sempronio assignari. De necessariis heredibus r.

Imperator Si quis solvendo non esset heredem necessarium et in fraudem creditorum relinquere potest. Sed et si servus institutus est vel substitutus ed.

pignori datus fuisti et in eadem causa permansisti nec ab eo qui debitore qui solvendo non fuit liber heres necessarius existere potuisti.

Imperator Cum fuisti constitutus sub appellatione liberorum heredes scripti essetis ea scriptura benigna interpretatione pro liberis habenda est ac si liberi et heredes instituti fuissetis. quod in legato locum non habet.

Idem Si tutor ancillam tuam cum tubino suo coniunxit ac postea heredem eam instituit in dubium ex hoc facto auferri potuit et ut eius alienatione iussu tuo vel per hanc successionem queratur iure concessam habes facultatem.

Imperator Cum quidam suum pupillum heredem instituit et servo directis verbis libertatem reliquid et in secundo gradu in quo pupillarem institutionem faciebat ipsum servum sine libertate pupillo suo substituit. querebatur inter prudentes si ex hac substitutione heres necessarius pupillo existat. causa ei altercationis ex veteri regula orta est. quia omnibus placuit hunc servum necessarium heredem domino fieri cum in eodem gradu et hereditas et libertas relinquebatur. in presenti autem non in unum tamen hereditas quidem substitutio congregata est sed in alium et alterum gradum. Nobis itaque eandem altercationem decidentibus mirabile visum est si quis putet ex hac scrupulositate impediri testatoris voluntatem et maxime domini et exprimet non si servum heredem necessarium sed etiam per se libertatem consequi et hereditatem respuere

et dominum voluntati reclamare qui si hoc differre temptaverit et punendus est. sicuti et mortuo pupillo liber quia testator hoc voluit. et mortuo pupillo necessarius heres quia et hoc testator voluit.

Quidam cum testamentum conderet duobus heredibus scriptis unum quidem ex parte instituit. servum autem suum cuius et nomen adiecit ex reliqua parte sine libertate scripsit heredem et postea eundem servum alii legavit. vel post institutionem heredis servum per legatum alii assignavit et tunc heredem eum sine libertate instituit. et dubitabatur si vel legatum vel institutio aliquas vires post haec etiam acquireret legatum vel institutio. dubitationis autem materia erat quia adhuc servum suum constitutum heredem sine libertate scripsit et tanta inter veteres exorta est contentio ut vix possibile sit invenire eandem decidere antiquitatem quam vacillantem relictum est. Nos autem altius in eius decisionis inventus est. quia semper vestigia voluntatis sequimur testatorum. Cum igitur invenimus a nostro iure hoc esse inductum ut si quis servum suum tutorem filiis reliquerit sine libertate ex ipsa tutele datione presumatur et libertatem ei favore pupillorum imposuisse quia non habet in hereditate humanum et favore libertatis inducimus ut si quis servum suum scripsit heredem sine libertate omnimodo civis romanus efficiatur: quo inducto nostra acquisitio non tam effusius veterum atque inextricabilis tractatus locum habeat. in eminenciam est suppone quosdam ita esse supinos ut eundem servum et heredem instituant sine libertate et item alii per legatum eundem servum assignent. Sed cum veteres et aliam proposuerunt ambiguitatem dicentes si quis servum suum in testamento quidem heredem et ex parte sine libertate scripsit. in codicillis autem libertatem ei reliquit. si possit institutio valere et ille tamquam heres quasi in libertatem fieri. ne videatur per codicillos hereditas confirmari. in quos hereditatis dari secundum veterem regulam non potest. Illos in tali dispositione in codicillis fuit scripta libertatem hereditatem quoque simul servis propter nostram liberalitatem benigna interpretatione indulgemus ut gratulentur cum non servi remaneant. sed et liberi et heredes efficiantur cum tanta in eos nostri numinis benivolencia effusa est ut et si libertas eis in testamento neque codicillis data est tamen hereditate servis relicta quasi inmixtam libertatem esse videri. Illo videlicet observando ut si legatum vel fideicommissum eis sine libertate relinquatur maneant in servitute. non tamen imperii ita heredes existant ut liberalitatem testatoris suis fidelibus laboribus debitam remuneratione defraudare conentur et non de [illegible] vel adhuc suis constitutis donent. Quae enim nostra distinctio est ad aliam speciem dubitationis benigne extendatur: si quis enim in principali testamento servum suum cuidam legaverit. in pupillari autem substitutione

eundem servum filio suo sine libertate substituit. quaerebatur sive utilis esset talis substitutio et per servum legatum substituto post mortem pupilli legatario acquiritur: sive inutilis est heres substitutus quia sine libertate in servum proprium facta est. Cumque nobis itaque videtur legatario eum non statim acquiri sed expectandum esse substitutionis eventum. et siquidem pupillo mortuo locus fuerit substitutioni et liber et heres efficiatur. sin autem substitutio minime locum habuit forsitan pupillo iam ad pubertatem perveniente tunc ad legatarii dominium transeat. quemadmodum enim veteres sicuti libertate substituto servum heredem inducebant quatenus in suspenso fiat libertas et statu liber intelligatur: ita et ex nostra interpretatione et sine adiectione libertatis in substitutione et liber et heres pupillo existat.

Idem. Decisione nostra quam fecimus scientes eum qui a domino suo sine libertate heres instituitur videri libertatem accepisse in sua propria firmitate durante. si quis servum suum pure quidem heredem instituit libertatem autem sub conditione ei donavit. siquidem conditio talis sit que in potestate servi posita est. ille autem eam neglexerit minimeque compleverit et libertate eum et hereditate sua culpa defraudari. Cum autem casualis est conditio et ex fortune insidiis defecerit tunc humanitatis intuitu libertatem quidem ei omnimodo competere. Hereditatem autem siquidem sit solvendo ad alios venire quos leges vocabant si non aliquis fuerit substitutus. si autem solvendo non sit ut necessarius heres constitutus simul et libertatem et hereditatem optineat. tunc enim secundum diffinitionem tam veteris quam nostre decisionis liber et heres existat necessarius.

De liberis preteritis vel exheredatis. Rubrica.

Imperator. Cum pro omnibus heredum gradibus exheredatio sanciatur si adiciat testator ab omnibus se gradibus exheredare non dubitatur vim suam eam esse. et si secundo non adiciatur, appareat tamen eum cum eo consilio scripsisse ut ab omnibus exheredaret recte factum testamentum videri. proinde cum patre filiis institutis et nepotem substitutis filiam exheredavit in isto gradu intelligendum est exheredationem ab utroque gradu fecisse. nam cum iidem heredes instituti sunt nulla ratio recti potest quare videatur in posteriore tamen casu exheredare voluisse.

Imperator. Si avus tuus qui praetextatum et novicium equis portionibus heredes instituit cum te quem haberet in potestate testator nominatim non exheredavit mortuo patre tuo vivo avo sine impedimento legis velleie succedendo in patris tui locum rupisti avi testamentum et ad te hereditatis eius tota pertinuit.

Imperator. Si quis filium suum ita exheredavit ille filius meus alienus mee substantie fiat. talis filius ab huiusmodi verborum conceptione non preteritus sed exheredatus intelligatur. cum enim manifestissimus est sensus testatoris verborum interpretatio nusquam tantum valeat ut melior sensus existat.

quare intra gradus ut inter institutus et substituti et hic idem

Imp. Maximum vicium antique subtilitatis presenti lege corrigimus. que putavit aliam esse viam observandam in successione parentum si ex testamento veniant in masculis et in feminis cum ab intestato similes eos utriusque sexus fuisse voluerint. Ceteris quidem liberis exheredandum filium debere sanxerunt, aliis filiam. Et inter nepotes exheredandos aliam viam civilia, aliam iura pretoris introduxerunt. Et si preteritus fuiat filius vel ipso iure testamentum evertebat vel contra tabulas bonorum possessionem in totum accipiebat. filia autem preterita ius accrescendi ex iure veteri accipiebat ut eodem modo et testamentum penitus quodammodo expugnaret iure accrescendi et tamen ipsa quidem scripta legatis supponetur. ex pretore autem habebat contra tabulas bonorum possessionem in totum. constitutio autem magni Antonini eam in tantum coartabat in quantum ius accrescendi competebat. Quia enim tales differentias inducimus qui nature accusatores existunt. Cur non totos masculos genuerunt ut qui generentur non fiant. Nam hec corrigentes et maiorum nostrorum sequimur vestigia qui eandem observationem tollere manifestissimi sunt. Scimus enim antiquam similiter modo et filium et filiam et alios omnes inter ceteros exheredatos scribere esse concessum. Cum et centumviri aliam differentiam introduxerunt et ex hac iniquitate vicium emersit

quale ex libris Ulpiani quos ad edictum fecit pretoris invenitur a Triboniano viro magnifico gloriosissimo questore ceterisque viris facundissimis compositoribus nostris enucleatum ad nostras aures relatum est. Etiam cum ultimum adiutorium de inofficioso querela positum est et nemo ex alio ortus presidio ad hanc decurrere possit invenitur filia preterita minus habens quam filia exheredata. cum enim per contra tabulas bonorum possessionem vel ius accrescendi semissem sibi filia preterita accipiebat et omnibus legata prestare compellatur scilicet usque ad dodrantem sue portionis remanebat sextuncia ei tantummodo in sua successione quia si fuisset exheredata quarta pars omnimodo totius sibi ei relinqui debeat. Sed quoniam iniuria dignam preexistimabat amplius habebat ea que taciturnitate in institutione preteriti. Sed secundum nostre constitutionis diffinitionem quam de supplemento quadrantis imposuimus repletio fiat introducta similiter modo exheredatam quarta repletio accedebat et ita vicium permansit ut nisi ex nostra constitutione emendatum aliquando sentiret. Scimus itaque quemadmodum in successionibus parentum que ab intestato deferuntur equa lance mares et femine vocantur ita et in scriptura testamentorum eas honorari et similiter liberis exheredationes nominatim procedere et contra tabulas bonorum possessionem talem habere qualem filius suus et emancipatus

In aut. ut cum de app. cog. § illud quoque.

Non licet parenti si quem ex liberis voluit exheredare vel preterire nisi is probetur ingratus et ingratitudinis causam nominatim inserat testamento. cause autem comprehense sunt nona constitutione xiiii sub titulo de inofficioso testamento.

Ex causa preteritionis vel exheredationis irritum est testamentum quo ad institutionem. cetera namque firma permanent.

In aut. ut cum de ap. cog. § sine g.

Ex causa preteritionis vel exheredationis irritum est testamentum quo ad institutionem: cetera namque firma permanent.

heret. ut et ipsa si fuit preterita ad instar filii emancipati vel sui testamentum ipso iure evitat vel per edicta bulas bonorum possessionem. Sed hoc non patiatur et hoc non solum in filiis et filiabus optime sancimus sed etiam in nepotibus et neptibus et deinceps observari censemus si tamen ex masculis progeniti sunt. Sed quia et aliud vitium filiae sub obtentu differentie introductum et alia via exheredationis in postumis alia in iam natis observabantur, cum necesse fuit postumam inter ceteros exheredatam in legato honorari, filiam autem iam progenitam et sine datione, et hoc brevissimo incremento liberorum ad plenissimam differentiam deduximus, scientes eadem iura optime et in postumis exheredatis sive masculini sive feminini sexus sint que in filiis et filiabus iam statuimus ut et ipsi vel ipse nominatim exheredentur, id est postumi vel postume facta mentione.

De postumis heredibus instituendis vel exheredandis

Imp. Si pro testamentum fecerit in quo postumorum suorum nullam mentionem testator fecit, filiam filiumve suscepit, intestato vita functus est, cum agnatione postumi eius non heredum testamentum ruptum sit, ex rupto autem testamento nichil tibi impetrari posse explorati iuris est.

Imp. Uxoris abortu testamentum mariti non solvi. Postumo vero preterito quamvis natus illico decesserit non restitui ruptum evidentissimi iuris est.

Imp. Quod dictatum est apud veteres nos decidimus. Cum igitur is qui in ventre portabatur preteritus fuerit, qui si ad lucem fuisset redactus suus heres patri existeret, si non eum alius antecederet, et nascendo ruptum testamentum faciebat. Si postumus in hunc quidem orbem devolutus est voce autem non emissa ab hac luce subtractus est, dubitabatur si is postumus ruptum facere testamentum potest. Veteres animi turbati sunt quid de paterno elogio statuendum sit. Cumque Sabiniani existimabant si vivus natus est et si vocem non emisit ruptum testamentum apparet, quod etsi mutus fuerat hoc ipsum faciebat, eorum etiam nos laudamus sententiam, et sancimus si vivus perfecte natus est, licet illico postquam in terram cecidit vel in manibus obstetricis decessit, nichilominus testamentum corrumpi, hoc tantummodo requirendo si vivus ad orbem totus processit ad nullum declinans monstrum vel prodigium.

Imp. Quidam cum testamentum faciebat huiusmodi verbis usus est: si filius vel filia intra decem mensium spacium post mortem meam fuerint editi, heredes sunto, vel ita dixit: filius vel filia qui intra x menses proximos morti mee nascentur heredes sunto. Iurgium antiquis interpretatoribus legum exortum est an videantur non contineri testamento et hoc ruptum facere. Nobis itaque eorum

[illegible]

filias decedentibus cum frequentius sinas leges posuimus testatorum voluntates adiuvantes ex neutra lege vero bonorum possessionem ruptum sit testamentum videatur, sed sive uno testatore sive primo infra x. menses a morte testatoris numerandos filius vel filia fuerit progenitus maneat testatoris voluntas immutilata ne penitus patiatur praeteritionis qui suos filios non praeterit.

De iure deliberandi et de adeunda vel acquirenda hereditate.

Si a patre emancipatus hereditate patris eo defuncto bonorum possessionem non agnovisti frustra vereris ne hereditati paterne sis obligatus cum nullo iure ea miscueris res, sed et mancipia que de iure proprio tuis impensis distraxisti.

Impr. Cum debitum paternum te exsolvisse allegas pro portione hereditatem agnovisse te hereditatem defuncti non ambigitur.

Impr. Si filius tuus mortis tempore in potestate sua fuit post tamen ... heres institutus et de clausis tabulis heres potuit existere sive ex parte ... ut apertum est testamentum suus eius heres extitit necessarius pro quod intra paucos dies mortis patris sui concessit infantium tuum ad eundem filium tuum potes accedere successionem. Q. sicut enim suum ... ante aditam hereditatem decessit tuque filio tuo solus heres extitisti seu intra tempora edicto praefinita bonorum possessionem agnovisti que facultatum fuerunt usque ab alio invicem detinentur.

[interlinear note: cuius filius in potestate patris post ... hereditatem ... non aditam transmittit ... filius vero emancipatus non.]

... ipsius diligentia restituentur.

Impr. Filio familias delata hereditate si pater pro herede voluntate filii gessit sollemnitati iuris satisfactum videri saepe rescriptum est.

Impr. Pupillus pro herede tutore auctore gerendo consequi potuit successionem, sed ipsius pupilli actus et voluntas fuit necessaria. nam si quid nesciente eo tutor egit illi hereditatem non potuit acquirere. [interlinear note: hereditas solo ...]

Impr. Si iam ... patrem tuum ex duabus unciis scripsit heredem sola animi destinatione pro ... heres fieri potuit. Sed si testamento suo easdem uncias alteri pro ... decedunt apud rectorem provincie duarum unciarum ius persequi potes.

Idem. Quum sororem tuam prius defunctam ... cognoscet an a te aliquid hereditatis fuisse relictum manifestum. At exponens eam quondam pro herede gessisse vel bonorum possessionem admisisse defunctam successionem eam non potuisse ad heredes suos transmittere.

Idem. Licet in continenti sui heredes paternis se non miscuerint bonis tamen ignorantes delatam sibi esse hereditatem longi temporis praescriptione quominus hanc recte vendicent excludi non possunt.

Idem. Si curatoris quondam tui testamento iure facto vel ab intestato ... delata successio est, hoc casu ei qui non repudiavit hereditatem eam licet adire. rector igitur aditus provincie si hereditati nondum sint obligati eos an heredes sint interrogare debebit ac si tempus ad deliberandum petierint moderatum statuet.

[illegible]

Id. Si ex bonis pris maior v.
et xx. annis miscuisti in inopia
pris extitit in ius suis istius porcō
nem tuam ul testiti en pientis
arcere de actione creditorum qui
iure ciuili de hereditaria porcōe
te conueniunt pot.
Id. Remittente te pr tuus inco-
fusti potestate n' spe delate le-
time querende successionis assume
in hereditarios manumitten
dos suos heres pstare libertatem
potuit.
Id. Pubem agnoscentem bo
norum possessionem pre a qua me de
lata fuit p herede gerere nã ambigitur.
Id. Suum heredem
omissa bonorum possessione p iura
successionem optinere potuisse certi
iuris est.
Id. Si sororis sue fr tuus ciuili ul'
honorario iure successit licet res
ex eius bonis descendentes nō
prohibentur tenuisse heres tñ effec-
tus nec possidentes expm pot.
Impr. Non est dubium si prius
quam filius iussu pris adiret he-
reditatem, patre potestatis effectus
est arbitrio suo eum hanc es pot
uisse querere.
Impr. Nec emere nec donatum co-
sequi nec dampnosam quisquam
hereditatem cōpellitur.
Id. Creationum scrupulosam
sollempnitatem hac lege peni
tus amputari decernimus.
Impr. Si infanti .i. minori .vii.
annis in potestate pris ul' aui ul'
proaui constituto ul' constitute
hereditas sit delata de licita ul ab
intestato delata a matre ul linea
ex qua mat' descenderit ul' a'lis

quibuscumque personis licebit
parentibus eius sub quorum po
testate est adire eius nomine he
reditatem ul bonorum possessionem
petere. Sed si hoc parens negle
xerit et in memorata etate inf
ans decesserit tunc parentem quē
sistatem omnia ex qua cumque
successione ad eundem infantem
deuoluta iure pristino quasi iam infan
ti quesita capere. Ea uero que de infan
te in potestate constituto statui
mus locum habet et si quum
ea sui iuris idem infans inue
niatur. Parente uero non sub
sistente siquidem pro eius obi
tum tutor infanti sit ul datus
fuit posse eum in infante adhuc
pupillo constituto nomine e
ius adire hereditatem siue uiuo
parente siue post mortem eius
ad eum deuolutam ul bonorum
possessionem petere et eodem modo
eidem infanti hereditatē querere.
Sin uero non sit tutor uel cum sit
ea facere neglexerit tunc eodem in
fante in eadem etate defuncto
omnes hereditates ad eum de
uolutas et non agnitas ita in
telligi quasi ab initio non essent ad e
um delate et eodem modo ad illas
personas perueniant que uocabantur
si minime hereditates infanti
fuissent delate. Sin aut .vii. an
nos etatis pupillus excesserit
et postea parente mortuo in pupil
lari etate fati munus impleu
erit ea optime preciperimus que ue
teribus legibus continentur. Nulla
dubietate relicta quin pupillus
post impletos .vii. annos sue eta
tis ipse adire hereditatem ul bono

num possessionem petere consenciē
te parente si sub eius potestate
sit. uel etiam tutoris auctē si sui
iuris sit potius. Vel si non hat
tutorem adire ptorem et eius
decreto hoc ius consequi.

Imp. Quum antiquioribus le
gibus et pcipue constitutionibus ulpi
pauli inuenimus filios fam
paternam hereditatem deliberātes
posse et in suam potestatem hāc
transmittere et alijs quibusdam
adiectis que in hijs psonis pci
pua sunt eandem deliberacionem
et in omnes successores siue
cognatos siue extraneos duximus
esse ptellandam. ideoque sancimus
si quis uel ex testamento uel ab intest
ato uocatus deliberacionem mer
uerit. uel hoc quidem non fecit non tamen
successioni renunciauit. nec aliquid
gessit quod adicionem uel pro herede ge
stionem inducit ut ex hac causa
deliberare uideatur. sed predictum ar
bitrium in successionem suam trans
mittat. ita tamen ut unius anni
spacio eadem transmissio sit con
clusa. Et siquidem is qui sciens
hereditatem sibi uel ab intestato
uel ex testamento esse delatam delibe
racione minime petita intra an
nale tempus decesserit hoc ius ad su
am successionem intra annale tempus
extendat. Si enim ipse postquam
testamentum fuerit insinuatum uel ab
intestato uel ex testamento uel aliter
ei cognitum sit heredem eum
uocatum fuisse annali tempore
translapso nichil fecit ex quo ade
undam uel renunciandam
hereditatem manifestauit is
cum successione sua ab huius beneficio

excludatur. Si autem intra an
nali tempore decesserit reliquum tempus
pro adeunda hereditate suis suc
cessoribus sine aliqua dubieta
te relinquatur. quo completo
nec heredibus eius alius regressus

in hereditatem habendam fiat.

Idem. Quidam elogio edicto here
dem scripsit in certas uncias et po
stea uerba testi eundem in alias
uncias uel tantas uel quantascumque
que et tercio uel in aliam partem he
reditatis uel in quandam unciarum
modum. ille autem institucionem unā
uel duas admittendas unam
aut uel duas uel quantascumque
respuendas esse censuit. querebatur
a prudentibus si hoc ei permi
ttitur. Et similique modo dubita
batur si impuberem quis filium
heredem ex parte instituit et quendam
extraneum in aliam partem
quem pupillariter substituit. et postquam
testator decessit pupillus
qui patri heres extitit. extraneus autem
hereditatem adijt. et postea adhuc
in prima etate pupillus consti
tutus ab hac luce subtractus est
et pupillaris substitutio locum sibi
uendicauit. cum quis substitutus
eandem partem admittere noluit
querebatur si potest iam heres ex princi
pali testamento factus pupillarem sub
stitucionem repudiare. Utrique igitur
dubitacionem simul decidendam
censemus. placuit etenim no
bis siue in institucionibus siue in pu
pillari substitucione ut uel omnia ad
mittantur uel omnia repudi
entur et necessitas imponatur
heredi particularem factum uel aliam aut
alias partes hereditatis admittere

Casus. Testator suo qui mitigat instituitur ut servus cogitur invitus illius adire, non alias. sed potest differre donec determinetur iudicium deliberante.

Iuli[anus] scribit[ ]idem pupillarem.

Idem. Cum aliquis scripsit heredem eum qui de sua condicione ei qui dominium vendicabat iudicio adversabatur. Is autem qui dominum sese dicebat adire eum hereditatem imperabat ut acquisicio hereditatis per eum celebretur. Indignatus est enim domino ei parere. Dubitatio veteribus exorta est si qua pena ei imponitur huius insolencie et veteres in multas retrahuntur sententias. Sed nos eorum discordiam sic esse decidendam censemus ut distinctio subtilis causae imponatur. Et si quidem ita scripta est institucio. illum filium heredem nullius institucio. quia aptissimum est in tutu dominum esse in idem conscriptam necesse est omnimodo per competentem iudicem compelli adire quidem hereditatem et eam acquirere. Nulli autem ex posito subici gravamini sive pronunciet(ur). Sed omne sive lucrum sive dampnum ad eum redundare qui in servitutem eum trahebat. Et denegari ei etiam adversus eum omnes hereditarias actiones nullo ex hoc ei preiudicio generato. Sin autem quasi liber institutus est nulla domini vel fili mencione in institucione habita tunc nullo compelli modo eum adire hereditatem nec denegari ei liberale iudicium. Sed hereditatem per suum ius decurrere et liberale iudicium suam expectare finem sive agente eo sive pulsato ut si quidem servus pronunciet(ur) tunc domino suo hereditatem acquirat. Si autem liber eam adipiscatur si adire maluerit.

Idem. Scimus iam duas esse promulgatas a nostra clemencia constitutiones unam quidem de his qui deliberandum pro hereditatibus delatas existimaverunt. Aliam autem de improvisis debitis et incerto exitu pro diversas species eis imposito. Sed et veterem constitutionem non ignoramus quam divus Gordianus ad Platonem scripsit de militibus qui per ignoranciam hereditatem adierint quatenus pro his tantummodo rebus conveniantur quas in hereditate defuncti invenerint. Ipsorum autem bona a creditoribus hereditariis non inquietentur. Cuius sensus ad unam prefatarum constitutionum a nobis redactus est. Arma etenim magis quam iura scire milites sacratissimus legislator existimavit. Ex omnibus itaque istis unam legem colligere nobis apparuit esse humanum et non solum milites adiuvare huius legis beneficio. Sed etiam ad omnes hoc extendere non tantum si impubium emisit debitum. Sed et si subhonoriosam quis inveniat esse quam adierit hereditatem. Ita enim nec satis necessarium deliberacionis erit auxilium nisi hominibus forsitan dolosis qui et ea timent que nulla digna sunt suspicione.

Cum igitur hereditas alicui quidam sive ex testamento sive ab intestato sint delata sive ex asse sive ex parte si quidem recta via adire maluerint hereditatem et spe certissima hoc fecerint vel sese immiscuerint ut non postea eam repudient nullo indiget inventario cum omnibus creditoribus suppositus est utpote

Casus. heres ille qui est certus de viribus hereditatis potest libere adire vel repudiare. ille non qui de viribus hereditatis incertus est dubius de inventario faciet. et cum eo qui per hanc legem tenetur non daretur ...

[illegible]

hereditate ei ex sua voluntate infixa. ¶ Summatim modo sin autem titubante animo respuendam vel abstinendam esse crediderit hereditatem, ei aptissime intra trium mensium spatium ex quo ei cognitum fuit scriptum se esse vel vocatum heredem renunciet, nullo sibi inventario faciendo vel alio circuitu expectando, et sit alienus ab hereditate sive onerosa sive lucrosa sit. ¶ Sin autem dubius est utrum necne admittenda sit sibi necne defuncti hereditas, non putet sibi esse necessariam deliberationem, sed adeat hereditatem vel sese immisceat, omnino tamen modo inventarium ab eo conficiatur, ut intra xxx dies post apertas tabulas vel postquam nota ei fuerit apertura tabularum vel delatam sibi ab intestato hereditatem cognoverit numerandos exordium capiat inventarium super his rebus quas defunctus mortis tempore habebat, et hoc inventarium intra alios lx dies modis omnibus impleatur sub presentia tabulariorum ceterorumque qui ad huiusmodi confectionem necessarii sunt. ¶ Subscriptionem tamen supponere heredem necesse est significantem et quantitatem rerum et quod nulla malignitate circa eas facta vel facienda ab eo res apud eum remaneant. quod si ignarus sit litterarum vel scribere prepediatur, speciali tabulario ad hoc solum adhibendo, ut pro eo litteras supponat, venerabili signo antea manu heredis preposito, testibus videlicet assumendis qui heredem cognoscunt et iubenti ei tabularium pro se subscribere intersint. ¶ Sin

+ ubi plus fuit alimentis

[illegible]

[illegible]

aut a locis in quibus res hereditarie vel maxima pars earum sit posita, heredes abesse contigit, tunc eis unius anni spatium a morte testatoris numerandum damus ad huiusmodi inventarii consummationem. sufficit enim prefatum tempus et si longissimis spatiis distant, tamen dare eis facultatem inventarii conscribendi vel per se vel per instructos procuratores in locis ubi res posite sunt mittendos. ¶ Et si prefatam observationem inventarii faciendi solidaverint, et hereditatem sine periculo creditorum habeant et legis falcidie adversus legatarios utantur beneficio, ut in tantum hereditariis creditoribus teneantur in quantum res substantie ad eos devolute valeant, et eis satisfaciant qui primi veniant creditores, et si nihil reliquum est posteriores venientes repellantur, et nihil ex sua substantia penitus heredes amittant, ne dum lucrum facere sperant in damnum incidant. ¶ Sed si legatarii interea venerint et eis satisfaciant ex hereditate defuncti vel ex ipsis rebus vel earum forsitan venditione. ¶ Sin vero creditores qui post emensum patrimonium necdum completi sunt supervenerint, neque ipsum heredem inquietare concedantur, neque eos qui ab eo comparaverunt res quarum pretia in legata vel fideicommissa vel alios creditores pervenerunt. ¶ Licentia creditoribus non deneganda adversus legatarios venire vel hypothecaria vel indebiti condictione uti et hec que receperint recuperare, cum satis absurdum est creditoribus quidem

[illegible]

[illegible]

suum ius persequentibus volumus. Auxilium denegari legatariis vel fideicommissariis, qui pro lucro certant, suas partes legem accommodare. § Si vero heredes res hereditarias creditoribus hereditariis pro debito dederint in solutum, vel per dationem pecuniarum satis eis fecerint, liceat aliis creditoribus qui ex anterioribus hypothecis veniunt, vel adversus eos venire et a posterioribus creditoribus secundum leges eas abstrahere, vel per hypothecariam actionem vel condictionem ex lege, nisi voluerint debitum eis offerre. § Ipsum tamen heredem, sive quod sepulturae causa, sive quod in quantitatem rerum hereditariarum expendit, nulla actio extendatur. § Sed nec adversus emptores rerum hereditariarum, quas ipse vendidit pro solvendis debitis vel legatis, venire aliquem concedatur: cum satis anterioribus creditoribus a nobis provisum est vel adversus posteriores creditores vel adversus legatarios pervenientibus, et suum ius persequentibus. § In computatione autem patrimonii damus ei excipere et retinere quicquid in funus expendit, vel in testamenti insinuationem, vel in inventarii confectionem, vel in alias necessarias causas hereditatis approbaverit sese persolvisse. § Si vero et ipse aliquas contra defunctum habebat actiones, non hae confundantur, sed similem aliis creditoribus per omnia habeant fortunam, temporum tamen praerogativa inter creditores servanda. § Licentia danda creditoribus seu legatariis vel fideicommissariis, si maiorem esse putaverint substantiam a defuncto derelictam quam inventario obscripsit, quibus voluerint legitimis modis quod superfluum est approbare, vel per tormenta forsitan servorum hereditariorum secundum anteriorem nostram legem quae de quaestione servorum loquitur, vel per sacramentum illius, si alie probationes defecerint, ut undique veritate inquisita nullum lucrum nec damnum aliquod heres ex hereditate sentiat hereditate. § Illo videlicet observando, ut si ex hereditate aliquid heredes subripuerint vel celaverint, convicti in duplum hoc restituere vel in hereditatis quantitatem computare compellantur. § Donec tamen inventarium conscribitur, vel si res praesto sint intra tres menses, vel si absunt intra annale spatium secundum anteriorem distinctionem, nulla erit licentia neque creditoribus neque legatariis vel fideicommissariis eos inquietare vel ad iudicium vocare vel res hereditarias quasi ex hypothecarum auctoritate vendicare; sed sit hoc spatium ipso iure pro deliberatione heredibus concessum, nullo scilicet ex hoc intervallo creditoribus hereditariis circa temporalem praescriptionem praeiudicio generando. § Si vero praefati heredes adierint vel sese immiscuerint, praesentes vel absentes, inventarium facere distulerint, et datum iam a nobis tempus ad inventarii confectionem effluxerit, tunc ex eo ipso quod inventarium secundum formam praesentis constitutionis non fecerit, et heres esse omnimodo intelligatur, et debitis hereditariis in solidum teneantur, nec legis nostrae beneficio perfruantur, quam temptare (contemnendam) esse censuerunt. § Et hoc

debitis scimus qui deliberacionem nullam petendam curaverunt quem putamus quod penitus per hanc legem esse supervacuam et debere ei derogari. cum enim liceat et adire hereditatem et sine dampno ab ea discedere ex presentis legis auctoritate quis locus deliberacioni relinquitur. Sed quia quidam vel vana formidine vel callida machinacione per deliberandum nobis supplicandum necessarium esse existimant quatenus eis liceat annale tempus tergiversari et hereditatem inspicere et alias circa eam machinaciones excogitare et eandem deliberacionem flebilibus affeccionibus repetita prece sepius accipere. ne quis nos putaverit antiquitatis penitus esse contemptores sic indulgemus quod eis petere deliberacionem vel a nobis vel a iudicibus non tamen amplius ab imperiali clementia uno anno, a iudicibus suo (?) novem mensibus ut nec ex imperiali largitate aliud tempus eis indulgeatur. sed et si fuerit datum pro nichilo habeatur. semel enim et non sepius eam peti concedimus. Si autem hoc aliquis fecerit et inventarium conscripserit. necesse enim est omnimodo deliberantes inventarium cum omni subtilitate facere non liceat ei post tempus prestitutum si non recusaverit hereditatem sed adire maluerit iure legis uti beneficio sed in solidum secundum antiquam legem una omnibus creditoribus teneatur. Cum enim geminum tramites inventi sunt unus quidem ex antiquioribus legibus qui deliberacionem dederunt alter autem iudicis et novus a nobis nunc repertus per quem et adeuntes sine dampno conservantur electionem damus unicuique quam condicionem eligere et beneficium eius sentire vel si eam aspernendam existimaverit et ad deliberacionis auxilium convolaverit eius effectum habere et si non intra datum tempus recusaverit hereditatem omnibus in solidum debitis hereditariis teneri et non solum secundum modum patrimonii sed et si exiguus sit census hereditatis tamen quasi heredem eum in totum obligari et sibi imputet qui pro novo beneficio vetus elegit gravamen. et in ipsam deliberacionis dacionem et divinum rescriptum super hoc promulgandum hoc adici volumus ut sciant omnes quod omnimodo post petitam deliberacionem si adierint vel pro herede gesserint vel non recusaverint hereditatem omnibus in solidum hereditariis omnibus teneantur. Si quis autem temerario proposito deliberacionem quidem petierit inventarium autem minime conscripserit et vel adierit hereditatem vel minime repudiaverit non solum creditoribus in solidum teneatur sed et legis falcidie beneficio minime utatur. Quod si post deliberandum recusaverit inventario minime conscripto tunc res hereditatis creditoribus vel his qui ad hereditatem vocantur legibus reddere

compellatur: quantitate eorum sacramento rerum accipientium manifestanda cum taxatione tamen a iudice statuenda. Cognitissimum autem est ex hac constitutione, que omnes casus continet, nostris constitutionibus iam per eisdem capitulis promulgatis esse derogatum, quarum in alia et Gordiane constitutionis sensus continebatur. Cum enim ampliore tractatu habito melior exitus inventus est, et duobus constitutionibus in unum coagatis, unus apparet et in milites et in alios omnes iuris probavit articulus, qua per examinationibus inquietari nostros subiectos in proprio non patimur: scilicet ut milites et supra simplicitatem presentis legis subtilitatem non observaverint, in tantum teneantur quantum in hereditate invenerint, quam presentis constitutionis scripti in his casibus in posterum optime sancimus.

De repudianda vel abstinenda hereditate.

Imp. Si paterna hereditate abstinuisse te constiterit et non ut heredem in domo sive in quantum vel custodem vel ex alia iusta ratione hereditati se liquido fuit probatum, ex persona patris conveniri te pretor meus prohibebit.

Id. Si paterna hereditate abstinuisti, non ideo quod a creditoribus fundos comparasti, si modo id bona fide fecisti, a possessionibus qui sub hisdem obligationibus pecuniam patri crediderint iure convenieris.

Imp. Si suus heres exceptione pacti qui testamentum mutuum asseverat, nihil pacta sed de paterna successione petiturum non ex causa donationis sed tu fugiendi animo in iure professus est, cum respondere negaret quesitam hereditatem et transactio nullo dato vel retento sive promisso minime precedat, is ab invito minime potest.

Id. Sicut maior .v. et .xx. annis semel quesitam adeundo delatam repudians successionem per se querere non potest, ita quesitam repudiando nihil agit, sed ius quod habuit retinet. Nec quod confessos in iure pro iudicatis haberi placuit, ad vocem repudiantis hereditatem, sed ad quantitatem certam debiti confitentem pertinet.

Id. Pupillorum repudiatio delate hereditatis sine tutore auctore facta nihil eis nocet.

Imp. Si quis suus heres existens paternam hereditatem declinaverit, dein maluerit eam adire, cum fiat ei indistincte permissum, donec res paterne in eodem statu permaneant, hoc facere et per multum tempus licebat ei ad eandem hereditatem redire. Hoc corrigentes sancimus, si quidem iam res vendite sunt, ut nullus aditus ei ad hereditatem reservetur, quod et antiquitas observabat, nisi forte adhuc in minore etate eo constituto res vendite sunt. Tunc enim per in integrum restitutionem non denegatur ei adire hereditatem et res recuperare et creditoribus paternis satisfacere. Si autem res alienate non sint, si quidem maior annis constitutus est et tempora restitutionis

[illegible — marginal gloss, top of left column]

Testium dicit in principio ... conferri et recitari ad preceptum iudicis competentis ...

nulla ei supersunt vitia trium annorum tantummodo spacium ei detur et tantum. ¶ Sin autem minor est vel in utilitate constitutus tunc post completum quadriennium quod spacium puberi anno qui restitutioni dabatur prestitutum est aliud triennium ei indulgemus intra quod potest rebus in suo statu manentibus adire hereditatem et suam abstinendi rationem revocare quo tempore transacto nullus aditus penitus ad primam eius hereditatem referetur. Quemadmodum

testamenta aperiantur inspiciantur et describantur.

Imp. Ut testamentum quod dicitis factum proferatur et publice recitetur competens iudex iubebit.

Imp. Testamenti tabulas ab his apud quem datas ut in patriam proferantur affines potes illic proferre ut secundum leges moresque locorum insinuentur ita scilicet ut testibus non presentibus adire prius vel preside vel publicum rectorem provincie debeas ac permittente eo honestos viros adesse facias quibus presentibus aperiantur et ab his rursus obsignentur.

Imp. Eius quod ad eum nominatim in presentis nostri iudicii pertinet de calumpnia vel iuranti post patrem quod apud defunctus relictum vel alicuius nominatim alicuius pertinet de inspiciendi ac describendi potestatem et consilium vel rector provincie facultatem ei iubebit.

Imp. Codicillos seu scripturam quorum tenore formatum exemplar oportebit obsignatione in publicum

Ipsum quia testamentum pandentur. De

edicto divi Adriani tollendo et quemadmodum

Imp. scriptus heres in possessionem mittatur.

Quamvis sestium defuncti petitum est allegetur aut falsum vel inofficiosum testamentum seu alio vitio subiectum vel filius defuncti esse dicatur tamen scriptus heres in possessionem mitti solet.

Imp. Edicto divi Adriani quod sub occasione vicesime hereditatis introductum est cum multis ambagibus et difficultatibus et indiscretis narrationibus penitus quiescente quia et vicesima hereditatis ex nostra recessit republica antiquatis in eo omnibus et aliis omnibus que circa repletionem vel interpretationem eiusdem edicti promulgata sunt. ¶ Sancimus ut si quis ex asse vel ex parte scriptus heres competenti iudici testamentum ostenderit non cancellatum neque abolitum neque ex qualicumque forme sue parte vitiatum sed quod prima figura sine omni vituperatione appareat et depositionibus testium legitimo numero vallatum sit mittatur quidem in possessionem earum rerum que testatoris mortis tempore fuerunt non autem earum que legitimo modo aliano detinentur et eam cum testificatione publicarum personarum accipiat. ¶ Sin autem aliquis contradictor extiterit tunc in iudicio competenti causa in possessionem missionis et sibi secundum edicto quondam ventilentur et ei possessio acquiratur qui potiora ex legitimis modis iura ostenderit sive qui missus est sive qui aliena detinens

[illegible — marginal gloss, bottom and right margins]

[illegible]

...dicendum putaverunt. Cum nullis angustiis temporum huiusmodi missio sit coartanda, sed sive tardius sive praematurius aliquis missus est legis tamen non arbitrium requiratur: et tamen unde vel missio vel edicto ex quo: sive enim post annale tempus sive post maiorem seu curriculum aliquis fuerit missus, si tamen ex legitimo formato testamento missio procedat nullum ei temporis obiciatur obstaculum. Non tamen temporis sufficit, ut possit vel possessor plenissime securitatem et super dominio praesentare vel ipsi qui missus est omnem intentionem excludere. Si enim vel ex una parte vel ex utraque lapse temporis prolixitas occurrit, manifestum est non solum missionem sed et ipsam principalem causam esse sopitam.

Si quis aliquem testari prohibuit vel coegit.

Imperator. Civili disceptationi crimen adiungitur, si testator non sua sponte testamentum fecit, sed compulsus ab eo qui heres est institutus vel a quolibet alio quos noluit scripsit.

Imperator. Eos qui ne testamentum ordinetur impedimento fuisse monstrantur, velut indignas personas a successionis compendio removeri celeberrimi iuris est.

Item. Iudicium uxoris postremum in se provocavit maritali sermone non est criminosum.

De his quae ut indignis auferuntur hereditatis.

Imperator et ad se .9. Gallianum.

Heredes quos necem testatoris inultam omisisse constiterit fructus integros cogantur reddere: neque enim bonae fidei possessores ante controversiam illatam videntur fuisse, qui debitum officium pietatis scientes omiserunt. Ex hereditate autem rerum distractarum vel a debitoribus acceptae pecuniae post motam litem bonorum usuras inferant: quia in fructus eorum locum heredes quos in praedictis hereditatis invenientes aut exinde perceptos vendiderint procul dubio est. Usuras autem semisses dependere satis est.

Item. Polla quae libertam habuit, cum instrumenti patrimonii sui potestatem, nec ideo quod pupillus illi heres extitit ea quae ab ipsa fraudata sunt revocari in dubitationem placet: sed si pupilli nomine falsum dicere ius testamentum de quo per Pollam tu actum est potes experiundum in eum, si tamen non optinueris et portionem quam ex eo testamento pupillus habet, decessisse aliam futurumque adimi pupillo necesse fuit iuris forma. Et de calumpnia tua praesidem deliberaturum, quamvis pupilli nomine agere videaris, cum retentas ea quae fraudata sunt per eorum heredem.

Imperator. Si ea quod intestatus filius eius quam in consobrinam tuam necedit, easque tabulae testamenti prius eorum qui a summa inconfectus dicebatur prius quam quod de suis heredibus capte et recitate sunt, per amplissimum ordinis consultum hereditas a fisco vendicatur. Non agi causam per procuratorem meum dicas, nec eo tempore pupilli fuerunt.

[illegible]

Idem. Hereditas in testamento data per epistulam vel codicillos adimi non potuit. Quamvis tamen testatrix voluntatem suam non mereri unum ex heredibus declaraverit, mutato eius portio non videtur ad alium translata, fisco vendicata est. Libertates autem in eadem epistula date peti potuerunt.

Idem. Honor ut indignis heredibus successiones auferri eo pretextu quod in sepultura supremis defunctorum obtemperatum non fuisset.

Idem. Minoribus xxv annis heredibus non obesse crimen inulte mortis placuit. Cum autem vos in accusationes pertulisset et quosdam ex reis punitos proponatis, licet is qui mandasse cedem dicitur provocaverit, vereri non debetis neque in hereditatis gestione pena a meo fisco faciamini. Convenit enim pietati vestre rendere causam appellationis recitenti. Et si maioris etatis fuissetis, et iam ex necessitate provocationis etiam en impleri debetis et possetis adire hereditatem.

Idem. Si vero ultio necis testatoris non est desiderata quia cedis auctores reperiri non potuerunt, obesse heredibus in quo nulla culpa eorum detegitur non oportet.

Idem. Alia causa est eius qui filii instituta accusatione ad finem usque quam insimulabat pervenit et certam sententiam invenit, alia eius qui inchoatam accusationem non pertulit, cum in illius quidem parte succedat fiscus, his autem qui iudicii sententiam certam non sustinuerunt sue partis non prodat persecucionem.

Imperator. Cum fratrem tuum veneno peremptum esse asseveras, ut effectus successionis eius tibi non auferatur, mortem eius inultam tenere cesse. Licet enim hereditatem eorum qui clandestinis insidiis perimuntur hii qui iure vocantur adire non vetantur, tamen si ulti non fuerint successionem optinere non possunt.

Idem. Sororem fratris necem iure licito vindicantem eum cetere ab uxore scripta recte successionem non convenit. Sin que si fiducia innocencie gerens neque dolo malo tuo maritum necatum nec alias indignam te successionem eius posse probari confidis, adversus omnem calumpniam maximam habes securitatem.

Imperator. Cum Silvanianum senatus consultum et a nobis tam laudandum quam corroborandum sit, nec non divi Marci oratio que circa id facta est, invenimus autem in ea nullam mentionem libertatis factam, et veteres movit quedam de libertatibus relictis in testamento necati testatoris quod non certum nobis visum est etiam hanc curiam ... Hii enim qui libertate fruantur in hoc testamento donati et si eam accepissent lucrum quod eis in medio accidit potuerant se acquirere, inter ea autem per astinacionem proprie necis vindictam fruita hoc minime ... ceperint et propter eam libertatem de

dubitabant ne medium rem profuturis eis damnosum et maxime si ancille in medio reperirentur et prava suspicionis. Aliud sit benignissimum nobis visum divi Marci prudentissimi principis orationem et in libertatibus producere, ne princeps phylosofie plenus aliquid videatur imperfectum sanxisse: sed ita in hereditatibus et in legatis et in fideicommissis et maxime in libertatibus, quas semper philosophia amplectitur extendatur eius oratio, ut et lucrum quod in medio accidit eis post libertatem acceptam restituatur, et preceptus liber et ingenuus esse intelligatur: nulla quadam machinatione heredibus pro expeditio dampnum aliquod irrogare concedatur et liberi eorum, si positi tamen sint in medio, sint ab hac luce subtracti, suorum genitorum commodum consequantur. Iuncto enim nobis scissimum divi Marci per omnia constitutionem replere placuit. Michi enim acte esse credimus, dum aliquod superest addendum.

Id. Talis de antiquo iure dubietas nostre serenitati suggesta est per senatusconsultum Silenianum et suos qui supplicio afficiuntur sub eodem tecto commorantes et non solum auxilium domino prestitisse occiso presentes. Nescientes enim dominum non faciunt quibus intellectus de verbis sub eodem tecto significatur sive in eodem cubiculo sive in triclinio vel porticu vel in aula hec appellatio accipi debeat: dicientes si dominus in via vel in agro fuit interfectus eos suos puniri qui presto erant et non auxilium ad prohibendum periculum prebuerunt. Nulla distinctione sive qualitate presencie utentes. Nos igitur omnem eis occasionem ad declinanda supplicia super negligentia salutis dominorum suorum amputantes sancimus omnes servos ex quocumque loco sive in domo sive in via sive in agro positis clamorem exaudierint insidias sentire et non auxilium tulerint supplicio senatusconsulti subiacere. Oportet enim eos si necesse sit dominorum pietatem ad prohibendas insidias exercere.

De codicillis. Rubrica.

Rupto testamento quod postumi agnatione codicillos quoque ad testamentum pertinentes non valere in dubium non venit. Sed cum per ruptum testamentum patrem pupillorum vestrorum heredes eius emisisse proponatis quibus precedens iudicium confirmavit pretor vel qui eius fecit si novissimam eius voluntatem secutus relictum testamento rei publice fideicommissum velut ex codicillis relictum prestandum esse pronuntiavit.

Imperator. Hereditatem quidem neque dari neque adimi codicillis posse manifestum est. Verbis tamen precariis pro huiusmodi in novissimi iudicii ordinatione iura non faciunt, unius voluntates. Unde inefficiter de codicillis rogatam esse ut quibusdam rebus contenta portionem quam testamento filias consecuta aliis resti-

Si idcirco tibi persuasum est.

Imp. Cum proponatis pupillorum vestrorum matrem diversis temporibus et dissonis voluntatibus duos codicillos ordinasse, in dubium non est id quod posteriori codicillo conscripserat, priorum quae secreta voluntatis sue continuat, si a prioris tenore discrepat et certam voluntatem continet, revocatum esse.

Item. Non ideo minus que ab intestato de absente codicillos mittat fecit, in quibus presentis verbis fideicommissa sunt relicta, capiunt.

Item. Nec codicillos quod fuerit ... posse facere certissimi iuris est. Sed si scriptura vetustate codicillorum patris tamen fuit prolata, ut aliter excepti non possit, asseveratori tuae mentis eum compotem fuisse negantis fidem adesse probare convenit.

Item. Si in eius initio quis fiat codicillis relicturus generaliter sive novissime relicta suam mandaverit confirmatione, minime tamen nullam iustam gerere sollicitudinem potes.

Imp. Si idem codicilli que testamenta possent continere diversis nostris vocabulum mandaretur, que ius et potestate simul sociata sunt, generaliter codicillis instituendi ac substituendi potestas iuris auctoritate data non est.

Imp. Si quis agere ex testamento quocumque modo sine scriptura sive scriptura confecto de hereditate voluerit vel fideicommissi persecutionem aspirare cupiens minime prohibeatur. Tantum enim abest ut aliquid cuiquam presidio inguinanti desiderio concedamus, ut et illud sancte sciamus, si testator faciens testamentum in eodem per codicillum individuale complexus sit, qui hereditatem petit ab ipsis intentionis exordiis utrum velit eligendi habeat potestatem, sciens se unius electione alterius sibi aditum preclusisse, ita ut si bonorum possessionem secundum tabulas aut secundum nuncupationem testatoris postulaverit aut certe mitti se in possessionem ex more petierit, statim inter ipsa huius auspicia propositum sue intentionis explanet. Illud quoque pari ratione servandum est ut testator qui decreverit facere testamentum, si id implere nequiverit, intestatus videatur esse defunctus, nec transducere liceat ad fideicommissi species eandem velut ex codicillis ultimam voluntatem, licet ille complexus sit ut vim etiam codicillorum scriptura debeat optinere, nullo iure electionis iudex per lumina te ut quod ex testamento agere voluit ad fideicommissum migrare non possit. Si quis vero ex parentibus utriusque sexus ac liberis usque ad quartum gradum agnationis vinculis illigatus vel cognationis vero nexu constrictus ad usque alterum scriptus heres fuit vel nuncupatus in corporei testo quod testator vicem quoque codicillorum voluit optinere, licebit ei si de hereditate ex testamento sive mortui voluntatem agens fuerit forte superatus vel certe ipse sponte voluerit ad fideicommissum subsidium convolare. Non enim par eademque ratio vi...

[illegible]

Hamit̃e debita ꝛ lucra non cape-
sin oı̃. aut ultima uoluntate ex-
cepto testõ. q̃n q̃ testes ul roga-
ti ul qui fortuito uenint ĩ uno
eodem q̃ tp̃re debent adhiben-
sive in sc̃ptis sive sine sc̃ptis uo-
luntas ↄfitiatur: testib; uideł
q̃n in sc̃ptura uoluntas ↄpon-
tur subnotat̃oem suam accõ-

De legatis. ℭmodanti buis

Impr. anton̄. pius libti cecilie.

Quamvis ũbis hys ut q̃uo
ad cum claudio iusto morati
ẽẽtis al[illegible]ita uob; ꝛ uestiarium
legatum sit tñ hanc fuisse de-
functi cogitat̃oem intp̃tor ut
ꝑ post mortem iusti eadem uo-
bis p̄stari uoluent.

Impr. seuer. ꝛ ant. aa. sabiniano

Quamvis hr̃s institutus h̃rdita-
tem uendidit tñ legata ꝛ fidei-
cõmissa ab eo peti possunt. ꝫ q̃d
eo nomine datum fuit uendi-
tor ab emptore ul̃ fideiussorib;

Jd aa. uictorino. ℭ ei pete potit.

Qui post testm̃ fcm̃ p̃dia que
legauit pignori ul̃ ypothece
dedit. mutasse uoluntatem
circa legatorum p̃sonam non
uĩ. ꝛ ideo ꝛ sm p̃soãm actõ elec-
ta ẽ recte placuit ab h̃rde p̃dia.

Impr. aa. sulpicio. ℭ liban.

Servus testõ dominorum nõ
data libtate legatum seu fidei-
commissum relictum nõ ualꝫ
nec conualesc̃e pot̃ licꝫ p; mor-
tem testõris libtatem aliqua

Jd aa. donato. ℭ r̃oe ↄsecuti s.

Non ẽ dubium denegare ac-
t̃oem legatorum ei p̃ porc̃oe
ↄpetente in hys reb; quas sb
traxisse eum apparuent.

Jd. a. iulio. Si legata relicta pri-
mus legatarius agnouit sb
stitutio eorum in p̃sonam p̃o
tentiane f̃tã euanuit.

Jd. a. fausto. Si fortidianum
fundum primo p̃r tuus frat̃-
b; p p̃ceptõem ac mox t̃ lega-
uit ↄcursu dominium eius ti-
bi c̃s querittur: ℭetior aut̃ nõis
in sc̃ptura f̃cus si modo de mã
cip̃ys ul̃ de possõib; legatꝰ
non ambigitur. iusl egati
pati non minuit.

Jd. a. demetrio. Ab administra-
t̃oe tutele religio saciamti ma-
rcellum q̃m uob a p̃re tutorẽ
datum testõ. ꝓpomtis excipit.
que res quominus legatum ↄ-
seq̃tur. non enim iuste ab ea
petitõne repellitur cum ẽ si ue-
llet tutelam administ̃re p̃hibe-

Impr. alex. a. antiocho. ℭatur.

Sin fraudem eorum qui in
testamto relicta sunt admis-
sus ẽ acceator qui testamtum
f̃lm dicet p̃ses p̃uintie sm ui-
dcõmis formam solui legata
iubebit imposita cautõne si
euicta fuit h̃rditas ea restit-
uturum q̃minus al tunc locuꝰ
cautiom sit. cum sine ↄtione
irrita legata soluantur.

Jd. a. ingenue. Cum alienam
rem quis reliquerit. siquidem
sciens tam ex legato q̃m ex fi-
deicommissõ ab eo cui legatꝰ
ul fideicõmissum meruit pe-
ti pot̃. q̃. si suam ẽe putauit ñ
aliť ualet relictum nisi p̃xime
p̃sone ul uxori ul alij tali p̃sõe
datum sit. cui legaturus eẽt ꝛ
si sciss; rem alienam esse.

[illegible]

Quamvis p̃no [illegible]

[illegible]

N

Id. a. albiniano. Filia legatorum non heredi actionem sicut que pater testamento reliquit uiuus praecepta pre

Id. a. mutiano. Si dote dedit.

Cum Senso uiri prudentissimi Papinianum qui pro ob insertum est preceptionis legatum et omnis partem hereditatis uendicari posse declaratur: intelligas desiderio tuo iuris formam esse consultam. Ubi autem Senti heres sunt filie matris pro uiri ita legauit pater pro suo ita excepto partem hereditatis cum hereditati matris filia renunciasset nichilominus eam recte legatum uendicare uisum est.

Imp. Proprias tuas legari uel fideicommitti tibi non potuisse manifestum est.

Id. a. tadiano. Monumenta quidem legari non posse manifestum est. Ius autem mortuum inferendi legare nemo prohibetur.

Idem. Si uniuerse facultates eius pro uiri reliquit debito fiscali aut priuato absumuntur: nichil ex hiis que testamento eius asscripta sunt ualere potest. Quod si deducto debito in relictis bonis sufficiens est libertates impedimentum non permittitur. Tunc etiam legata nec non fideicommissa salua lege falcidia prestanda

Idem. Creditor si a debitore suo rem quam pignoris nomine susceperat legatam

Is contendit etiam debito ab heredibus eius oblato quo minus

Imp. restituat defendi potest.

Datum legatum alumni tam pure quam sub condicione non liberis tamen sed et ingenuis placuit.

Idem. Ex legato nominis actionibus ab hiis qui successerunt non mandatis directas quod actiones legatarius habere non potest: utilibus autem suo nomine experietur.

Idem. Non tamen duorum mensium sed etiam minoris temporis maritus uxori testamento scriptus succedit nec legata uel fideicommissa seu donationes temporis huius angustia capi prohibentur.

Imp. Uxor patrui si intestata decessit res tuas tamen usum fructum earum habens legare non potuit.

Idem. In legatis uel fideicommissis uerborum necessitas non sit obseruanda. Ita ut nichil prosit mutasse quis talem uoluntatem uerborum casus exceperit aut eloquendi usus effuderit.

Imp. In annalibus legatis uel fideicommissis que testator non solum certe persone sed et eius heredibus prestari uoluit eorum exactionem omnibus heredibus et heredum heredibus conseruari pro uoluntate testatoris placuit.

Idem. Capitulus. Cum qui de talibus designet uerborum animos ueterum mouit: si quis quendam agrum puta cornelianum uel alium quendam in solidum legauit deinde partem eius alii dimidiam quantam portionem primus quantam secundus legatarius consequitur: similis dubitatio et in hereditate et in fideicommissis habita cum quedam computationes multe introducebantur et multis ratiocinationibus digne.

nos his computationes qui su-
perfluas et contrarias voluntati tes-
tatoris omnes esse sopiendas
censemus. Cum enim manifestissimum esset eum qui ab in-
itio duodecim unciarum [illegible] candã
reliquit, alias autem post ea sex,
recessisse quidem a priore v-
oluntate, voluisse autem ea
minui sex unciis cum alias ei
obtulit et presens casus exitum
aptissimum inveniet. Cum
itaque vel agrum vel hereditatem
reliquerit primo quidem in totum,
secundo autem in partem dimidiam vel
triens quod in sex unciis esse vel dimi-
dii legato vel hereditatis et si post
tota relicta tertiam partem secundo re-
liquerit secundum priorem modum: ac-
to quidem nunc vel agri vel here-
ditatis apud primum reman-
ere, tertiam autem partem vel quartu-
or nunc ad secundum migrare, et sic in
omnibus statuendum esse eidem in
hereditatibus vel legatis seu fidei-
commissis. Vestigia enim vo-
luntatis testatoris non aliter
nisi per hanc viam extimanda sunt.
Sed et aliam disceptationem iuris
antiqui non absimilem consti-
tutam decidere nobis humanum
esse apparuit. Agitabatur enim
si quis agrum Cornelianum
vel forte alium vel quandam rem
candam legaverit et post ea iterum vel
sepius ei eandem per legatum
vel fideicommissum dederit post
alia autem verba testamenti semper
mo eundem agrum vel aliam
rem legaverit, ut sepius quidem
eius fuisset mentio, semel autem
semper [illegible]. Quid statuendum est

in eadem re relicta plurie[s] novat[ur] [illegible] aliis vel divisis orationibus non plus consequitur [illegible] qui semel novatur [illegible]

et utrum quod unius sit si coniunctim
an separatim eis relinquatur, si-
ve in legato hoc consistat sive in
hereditate. His igitur decidentes
antiquam controversiam, sancimus
quicumque fuerit vel hereditas vel
ager in memoratis casibus si-
ve coniunctim sive soli sive sepius
eidem relictus, equa lance et
hereditatem et agrum et aliam
quamcumque rem dividi et ad di-
midiam partem unum quemque
vocari nisi specialiter expresserit et dix-
erit testator tantas quidem
partes velle unum, tantas autem
alterum habere. In omnibus enim
testatoris voluntatem que
legitima est dominam censemus.
Idem. Cum quidam suum fi-
lium familias impuberem ex-
heredatum fecit, aliis heredibus
scriptis, eidem autem pupillo alium
substitutum reliquit, maxim-
am scilicet ostendens ad suum
filium affectionem cum nichil quidem
emolumenti reliquit, sed pro exhe-
redationis iniuriam et substitutionem
ei attribuit et a substituto legatum
reliquit vel fideicommissum,
querebatur si hoc legatum vel
fideicommissum potest valere.
Sed et si legatum eidem exhere-
dato filio pater reliquerit et substi-
tuit ei exheredato filio aliquem
extraneum. Item dubitabatur si sal-
tem per eundem modum fidei-
commissum potest relinquere. Cum
igitur antiquitas quidem
diverse tractare maluit, nobis autem
hec iurgia supervacua esse viden-
tur. Sancimus nullo legato nullo
fideicommisso hoc substituto

a substituto exheredati non [illegible] legat[um] vel fideicommissum relictum.

qui exheredato pupillo datus est pigraverit, nec si ipsam rem quam pupillo legavit a substituto eius vel legare vel fideicommittere noluit.

Idem. Si legatarius celavit testamentum et postea hoc in lucem emerserit, an possit legatum ob delictum is qui celavit ex eo testamento vendicare dubitatur. Quod omnimodo inhibendum esse censemus, ut non accipiat fructum sue calliditatis qui heredem voluit hereditate defraudare. Sed huiusmodi legatum illi quidem auferatur, maneat autem pro non scripto quasi apud heredem, ut qui alii nocendum esse existimavit ipse suam sentiat iacturam. Quemadmodum si legatarius cui propter tutelam gerendam aliquid relictum sit non subierit tutelam, ei quidem legatum aufertur, pupillo autem assignatur, cui ille utilis esse noluit.

Idem. Illud quod de legatis vel fideicommissis temporalibus utpote inutilibus a legum conditoribus definitum est emendare prospeximus, scientes et talem legatorum vel fideicommissorum speciem valere et firmitatem habere. Cum enim iam constitutum est fieri posse temporales donationes et contractus, consequens est etiam legata vel fideicommissa que ad tempus relicta sunt ad eandem similitudinem confirmari, post completum videlicet tempus ad heredem hisdem legatis vel fideicommissis remeantibus, necessitatem habente legatario vel fideicommissario et cautionem in personam heredis exponere, ut post transactum tempus res non culpa eius deterior facta restituatur.

De verborum et rerum significatione. Rubrica.

Imperator. Prediis instructis legatis, quamvis ex fructibus oleum et vinum in eodem fundo fiunt, tamen si id venale fuit, item ea que ad tempus propter mansionem latronum tutele causa in predium translata sunt, legato non cedere iuris auctoribus placuit. Vinum vero quod in apothecis fuit, si id ideo illic fuit ut cum in predium venisset materfamilias eo uteretur, legato cedere ignorare non debes.

Idem. Fundo sic instructus legato vel per fideicommissum relicto, villicum hominesque et omnia que veluti ipse paterfamilias cum ibi ageret, vel ut fundus esset instructus, non temporis causa eo habuit, relicta esse iuris auctoritate definitum est, ea etiam que tam fructuum colligendorum quam servandorum, item pecora stercorandi vel pascendi causa ibi constituta ut fructus de his capiantur vel ut fundus sit instructior, fideicommisso cedere certi iuris est.

Imperator. Scimus cautionis nomine et quod non esse et fideiussoris dationem interpretandam, nisi hoc specialiter vel in grecis vel in latinis verbis scriptum fuerit. In sientem vel generaliter de satisdatione vel de fideiussione speciali sit nominatum, cautione vel cautela vel ac... minime fideiussionem

Idem Imp. A. Iuliano pp.

Cum quidam sicut in testamento vel legatum vel fideicommissum vel libertatem vel tutelam scripsisset, ille aut ille heres esto, vel illi aut illi do lego vel dari volo, vel illum aut illum liberum vel tutorem esse volo vel iubeo, dubitabatur utrum inutilis sit huiusmodi institutio et legatum et fideicommissum et libertas et tutoris datio, an occupantis melior sit condicio, an ambo in huiusmodi lucra vel munia vocentur, et an secundum aliquem ordinem admittantur, an uterque omni modo, cum alii primum, alii medium, alii ultimum in institutionibus, quem substitutum, alii in fideicommissis posteriorem solum acceptum iri fideicommissum existimabant, cum recentiore voluntate testatoris utentes. Et si quis eorum altercationes singillatim exponere maluerit, nihil prohibet non leve libri volumen extendere, ut sic explicari possit tanta auctorum varietas, cum non solum iuris auctores, sed etiam ipsae principales constitutiones, quas ipsi auctores retulerunt, in se variasse videntur. Melius itaque nobis visum est omni huiusmodi verbositate explosa coniunctionem aut pro et accipi, ut videatur copulativo modo esse prolata, et magis sit ita pacta, ut et primam personam inducat et secundam non repellat. Cum enim ubi gratia invenitur dictio aut vel etiam coniunctio, pro et aptissime posita est, ita omnibus huiusmodi casibus sive in institutionibus sive legatorum sive fideicommissorum sive libertatum seu tutelarum hoc esse intellegendum, ut ambo veniant et aequa lance ad hereditatem ambo, legata si accipiant, fideicommissum in utrumque dividatur, libertas utrumque capiat, tutoris ambo fungantur officio. Sic nemo defraudetur a commodo testatoris, sic maior providentia pupillis infertur, nec dum dubitatur a quo eorum esse tutela, in medio res pupillorum depereant. Sed hoc quidem sancimus, cum in personas huiusmodi prosecutio fiat sermonis. Sin autem una quidem est persona, res autem ita derelictae, illam aut illam rem illi do lego vel per fideicommissum relinquo, tunc secundum veteres regulas et antiquas definitiones vetustati una maneant incorrupta nulla innovatione eis ex hac constitutione introducenda. Quod etiam in certis locum habere censemus.

Idem A. Iuliano pp.

Suggestioni vestrae advocationis reddentes decernimus, si quis in nomen talem huiusmodi rigorem parentes et liberos omnes ex quibus propinquos et servos liberos etiam et pronepotes nec non suos per hanc appellationem significari, et si quis per suum elogium fideicommissum familiae sive reliquerit nulla speciali adiectione super quibus dictis personis facta non solum propinquos sed etiam huiusmodi deficientibus generum et nurus

In auth. de nupt. § quia non

Cum relictum fuerit quid a coniuge vel a quibus persona nefas meat nupti ad infantium quidem non petat nisi spes nuptiarum deficiat post capiat prestita cautione vel cum fructibus restituendi. si et fecerit pro immobili re iuratoria sit cautio cum ypothecis pro mobili si persona sit ydonea eadem sit cautio aliquin et fideiussorem exigitur prestare si pot. ... nuptiis res data vel dicantur pot. quod si amittitur sic est ac si eum relictum non esset. [illegible]

et hos enim nobis humanum esse videtur advocari ad fideicommissum ita videlicet si mortem filii vel sine filiis dissolutum. nullo enim modo possit gener vel nurus filiis viventibus ad tale fideicommissum vocari cum hii procul dubio eos non antecedant. et hoc videlicet gradatim sit ut post eos ulteriores perveniant. et hoc eodem valente si quis rem immobilem cuidam legaverit vel fideicommiserit eamque alienari prohibuerit adiciens ut si hic fideicommissarius perierit familie sue res acquiratur. in aliis autem casibus nomine familie personas eorum intelligi. quia et eorum tales res in patrimonio uniuscuiusque esse putantur.

Si omissa sit causa testamenti. Rubrica.

Tantum impr. Si in fraudem legatorum transmissam hereditatem ad substitutum probatum est, utilis actio adversus eum cum quo fraudis consilium participatum est competit. plane si pecunia accepta omisit aditionem legata et fideicommissa prestare cogitur.

Impr. Eum qui cum ex testamento possit obtinere hereditatem ab intestato ius successionis voluit amplecti libertatibus eodem testamento datis obesse non posse iampridem placuit. quid si cum neque adiri ex testamento hereditas neque bonorum possessio peti possit et iudicium defuncti non usurpabitur sed ad initium iuris ratione vocatum est petitio relictorum nullo iure procedit. sin vero iure scripto testamento cessante herede scripto aliter ab intestato adiit hereditatem, neque libertates nec legata ex testamento posse peti denique manifestum est.

Impr. Si pecuniam pro uno cuius est heres testamento quid reliquid et scripti iure secundum eius videtur vel omissa causa testamenti successerit ab intestato aditus competens iudex quatenus legis falcidie modus patitur vobis relicta restitui iubebit.

De indicta viduitate et de lege Iulia Miscella tollenda.

Impr. Legatum. Rubrica. alii sub conditione si relictum sit uxori nuptam se post mortem mariti non collocaverit certis nuptiis conditio defecit ideoque petita legatum nequaquam potest.

Impr. Ambiguitates legis Iulie Miscelle generali lege tollentes mulieris concedimus si virum maritum secundum predictam legem. sed penitus ea una cum muciana cautione super hac causa quiescente licere mulieribus et maritorum suorum interminatione spreta que viduitatem eis indicat non dato sacramento procreande sobolis gratia tamen ad secundas migrare nuptias pena huius cessante sive habeat liberos sive non. et percipere ea que maritus dereliquit quorum omnium manifestissimum est communi immineat liberis existentibus heres usufructu tantummodo apud eas

[illegible]

manente et ad liberos posteriores thori proveniente eorum defendenda sit ea que de his nuptiis et lucris que ex his mulieribus statuta sunt nec ex necessitate legis et sacramento colorato periurium committatur. cum enim mulieres ad hoc natura progenuit ut partus ederent et maxima eis cupiditas in hoc constituta est quare scientes prudentesque periurium committi patimur. tale igitur iusiurandum acquiescat et lex Iulia miscella cedat cum Muciana cautione super hoc introducta a republica separata. augentes enim magis nostram rem publicam et multis hominibus legitimis progenitis frequentari quam impiis periuriis affici volumus. cum satis esse inhumanum videtur per leges que periurium puniunt viam periuriis aperire.

Imp. Legem Iuliam miscellam quemadmodum in feminis sustulimus ita et in masculis esse sublatam. pertinere quidem ad sensum nostre legis quam super hoc promulgavimus non est incertum, ne tamen quedam ambiguitas simplices animos moveat, etiam expressim sancimus legem Iuliam miscellam et senatus consulta que circa eam facta sunt nec non Mucianam cautionem que super talibus nuptiis introducta est non solum in feminis sed etiam in masculis cessare. sed quia apud Ulpianum in libris Sabinianis invenimus quedam verba que effugiunt legis miscelle observationem. ne quis ea sublata esse putaverit sancimus. cum huiusmodi verbis mulieribus aliquid relinquatur: si vidua erit vel cum vidua erit vel quotiens vidua erit vel e contrario maribus si a mulieribus sint uxores vel quando ad celibatum pervenerint non vetari ea vendicare vel legitimo modo sumere que eis relicta sunt. neque enim ut permaneant vel femine in viduitate vel masculi in celibatu videtur esse relictum. ut locum vel ante nostram legem haberet lex Iulia miscella que iam perempta est, sed cum primum hoc evenerit illico competat talibus personis eius quod relictum est persecutio. quia sub conditione relictum esse videtur sive semel sive in annos singulos hec liberalitas sint conscripta quasi pro solatio sue tristicie.

De his que pene nomine in testamentis vel codicillis relinquuntur.

Imp. [...]pua[...] veterum observationem [...] veterum legum penam voluntates testatorum ad effectum duci impediebant amputamus, percipientes nullum valere dicendo pene nomine quedam esse relicta vel adempta vel in supremis testantium voluntatibus ea infirmare, sed licere testanti per implenda sua voluntate vel pecunias dare per penam vel ali[illegible]

[illegible] istam glo. [illegible] quod glo. dicit quod in patroni succedit liberte pro equalibus portionibus [illegible]
[illegible] heredes ita pro portionibus hereditariis [illegible] ee patroni. tu potes glo. salvare [illegible]
[illegible] suam hereditatem si aut testatoris glo. non recedet [illegible] recedet [illegible]

[illegible] l. in libro § non est: secus nisi ab uno libertas et ab alio fideicommissum sic relictum
[illegible] testatoris ut ff. ad treb. l. si res aliena § fi. et l. se pertinet. l. ad liberos
[illegible] qui eam manumissores et dic per omnia ut ex lege papia ut insti. de suc
cess. lib. § postea autem confusis i. confusa actione s. ex testamento cum debitor succes
sit creditori ut C. de pactis debitor [illegible] ad fal. imponenda. nam non
possunt sibi [illegible]
pone unum institutum in dod
rantem et alium in quadr
antem tunc succedent liberte
equaliter et sic institutus in
dodrantem tenebitur aliis res
tituere etiam partem sive por
tionis i. dodrantis nam i
[illegible]

[illegible]

am pecuniariam penam in
ferre quibus voluit tam in
adimendis hereditatibus vel
legatis vel fideicommissis vel
libertatibus quam in percipiendo
ad alias personas ea transferri
ab eo cui relicta adimendo sunt
vel aliquid aliis ab eo dari si
minus dispositionibus suis heres
legatarius vel libertati dona
tus paruit quod si aliquid fa
cere vel legibus interdictum vel
alias probrosum vel etiam impos
sibile iussus aliquis eorum
fuit tunc sine ullo damno pro
neglecto testatoris precepto
Imperator. [illegible]

De fideicommissis.

Si probaris demetrium
petisse de matre herede
eius sua ut alimenta
menstrua et vestiarium an
nuum praestaret eam consecutam
voluntatem filii sui per mul
tum temporis idem non immu
tatam esse tamen ea praestari
sive in futurum quam ea prae
terita si qua in praeteritum
praestita non sunt exsolvantur.
Imperator. Impetrabis.

Et si minus fideicommiss
um relictum sit tamen si heredes
comperta voluntate defunc
ti pecunia ex causa fideicommissi
anno tuo praestiterunt frustra
ab heredibus eiusdem defuncti
quod tibi movetur cum non
ex ea sola scriptura hec consista
relicti fideicommissi satis
defuncti voluntati fieri
Imperator. [illegible]

Cum secundum voluntatem de
functe chrysidem puellam
ab heredibus manumissam
eam quo prius quam ei restitu
eretur hereditas intestatam
vita functam proponas ad
manumissores eius succes
sio pertinet quoniam si adierint eius
hereditatem confusis actio
nibus fideicommisso sunt liberati
Imperator. [illegible]

Voluntas patris prohibentis
vobis fundos extra familiam ali
enare vel pignori dare si
sorori dare prohibuisse non
Imperator. Videtur.

Si filius prius quam patri
heres extitit pubes iam sine
liberis decessit ex pupillari
substitutione et hereditas eius de
lata non est contra substitutionibus fideico
missi aliqua parte testamenti con
firmata est fideicommissum
ab heredibus peti non prohibent.

Idem. Praedia obligata per legatum
vel fideicommissum relicta he
res luere debet maxime cum tes
tator conditionem eorum non igno
raverit aut si scisset legaturus
et aliud quod non minus esset fu
isset. Sin vero a creditore distracta sunt
pretium heres exsolvere cogetur
nisi contraria defuncti voluntas
ab herede ostendatur.

Idem. Voluntatis defuncti
quaestio in aestimatione iudicis est.

Idem. Qui fideicommissariam
libertatem nisi legata seu fide
icommissa a defuncto sibi
tacito iure persequetur.

Imperator. Ab eo qui neque legatum
neque fideicommissum neque
hereditatem vel mortis causa do

[illegible]

hereditatis adoptate quae legitime fuit adoptata quem ad rem est. Casus dicit casum: frater tuus filiam in duodecimum annum adoptionis instituit, et eam instituit heredem et fideicommisso totius hereditatis ... restituere eidem, rogavit tamen ipsam quam quem ... heredem futurum et ab intestato ...

VI ... quod ex causa ... testamenti ... pre autem ex causa ... ex quibus personis petita ... ubi ... ad omnes heredes ... testamento ... ubi causa ...

natem accepit, nichil per fidei commissum relinquere potest.

Idem. Verbum volo, licet desit, tamen quia attinctum perfectum sensum facit, per adiecto habendum.

Imperator. Quotiens ab omnibus qui alienatione facta ad fideicommissi petitionem aspirare possunt venditio celebratur, aut quodam vendentibus alii consenserint, auctoritas cetus convelli

Idem. Nequaquam potest. Post mortem suam rogata restituere hereditatem defuncti vidua, et ante quam fati munus impleat, posse satisfacere vel restituere hereditatem, et iam quesita parte vel retenta vel omissa, si voluit, exploratum iuris est.

Idem. Quotiens principali loco heres institutus testatori succedit, legata vel fideicommissa a substituto data posci [illegible]

Imperator. Possunt. Eam quam filius tuus instituat, sive quesita sive non quesita, a hereditate decessit, cum tamen simpliciter ante quam duodecimum annum etatis impleret, vel vis pertinens testamento facto non ullos ei voluit substitutos, nichil prohibet fideicommissum peti vel ab ipsius heredibus qui bona intestati tenent. Tunc enim locum habet quod regulariter traditur, ea que testamento relinquuntur, si ex testamento non adeatur hereditas, non valere; verbis relicta directis adiri potuit hereditas, non cum illa ipsa sic data est ut esset ab intestato successoribus postulanda. Quod rescripsimus sequentes assertionem tuam, cum suscepta heres non fuerit iure adoptata; alioquin si in familia relicta heres facta decessit, consequenter ipsi heredes petitionem fideicommissi reddere.

Imperator. Cogimur. Omnius simpliciter ac fratres tuos aliquis instituit heredes, eiusque hereditatis commodum preter ex tua fratrisque tui persona pro portionibus iuris potestatis ratione quesierit, tamen quia maioribus verbis testamenti vos suis viris facere testator curavit, intelligi potest restituende hereditatis commodi fideicommisso patrem obstrictum esse.

Idem. Cum virum prudentissimum Papinianum rescripsisse non ignoramus, et legata heres fideicommisso continentem, idem ubi heres rogatus fuerat quicquid ex hereditate pervenerit post mortem restituere, annuum aditis a perceptionis compendium testoris non videri comprehensum esse. Cum autem in fideicommissis voluntas magis quam verba plerumque intuenda sint, si quis per rei veritate perceptiones heredes ad commendandam hanc prius voluntatem quam fuisse ut asseveras ad presidem ex p... non vetamus.

Idem. Si creditoris voluntas iure subnixa liberante debito volentis doceri potest, et ante quam solvem pervenit tibi liberatio a successore peteretur, exceptionem ex voluntate descendentem oppone

Exceptio liberationis parat exceptionem ad liberationem ...

Item manifestum est.

Impr. Cum necessitatem restituende omnis defunctus remittendam tibi esse peteret, manifesti iuris est voluntatem defuncti immutatam esse debere.

Idem. Clam captivis esse in fideicommissis posteriores voluntates esse firmiores.

Idem. Etiam a pupillorum tutoribus vel ab ipsis relicta fideicommissa debentur.

Idem. Si in persona patris tui, cui te successisse proponis, fideicommissi dies venit (cessit), licet tempore quo fuerat datum necdum te natum proponatur, uxorem patrui quem contendis patrui tuo rogatum, si sine liberis decessisset, ab avo relicta restituere, fieri successit, de fideicommisso convenire debes. Nam si patrui etiam hereditas tibi quesita est, non de fideicommisso querendum, sed hereditas ab ea vindicanda est.

Impr. Et in epistola vel brevi libello vel sine scriptura immo et nutu fideicommissum relinqui posse adhibitis testibus nulla dubitatio est.

Idem. Si voluntas vel sollempnitas iuris deest nec amplecteris parentis voluntatem relicta dedisti vel transactionis causa stipulantibus promisisti, negotium quod integrum est ad solutionem urgeri non potes.

Idem. Instrumenta prediorum per fideicommissum relictorum, que ad probationem originis eorum pertinent, heredes prestare necesse non habent, tamen eum eidem prestare debent.

…sio sunt legatario seu fideicommissario ipsa si habent prestant.

Idem. Heredum etiam res proprie per fideicommissum relinqui posse non ambigitur.

Impr. Ex repudiatione fideicommissi doli mali exceptio iusta causa intercedente tunc opponitur, quando rem cuius fideicommissum relictum est repudiatione usus fuit. Unde cum hoc non te, sed patrem fecisse asseveras, quin tibi nocere non potuit, nichil obesse potest.

Idem. Fideicommissum eius qui reliquiat prima probata successores numquam in parte compellunt.

Idem. Ex fideicommisso sub conditione sine libertate filius proprius mutilis dato libertas peti non

Impr. potest.

Ex testamento quod iure non valet nec fideicommissum quidem sive intestato quoque succedentes rogati probentur peti potest.

Idem. Cum acutissimi ingenii vir et merito ante alios excellens Papinianus in suis statuit responsis, si quis filium suum heredem instituit et restitutionis post mortem oneri subiecerit, non aliter hoc videri disposuisse nisi eum filius eius sine sobole vitam suam reliquerit. Nos hoc ipsum merito immutari plenissimum ei donamus eventum, ut si quis hec disposuit non tantum filium heredem instituens, sed filiam vel abnepotem nepotem vel neptem, pronepotem vel proneptem vel alium deinceps posteriorem et eam restitutionis post obitum gravamen subiunga…

...venit. Non autem hoc sensisse testatorem: nisi hi qui testamento onerati sunt sine liberis vel filiabus vel nepotibus vel pronepotibus vel neptibus vel proneptibus fuerint defuncti, ne videatur testator alienas successiones suis preponere.

Item. Quidam filium suum a sacris patriis remisit, et post ea testamento condito eum preteriit nullo ei penitus relicto, aliis heredibus derelictis; ipsum autem quem neque heredem neque exheredatum fecit fideicommisso pregravavit. Querebatur si utile sit huiusmodi fideicommissum. Tota igitur antiqua dubietate super hoc explosa nobis in hoc casu placuit, ut emancipatus utpote iniuria a patre afflictus non compellatur fideicommissum a sua persona relictum prestare. Quod etiam et in aliis personis que sine exheredatione necesse locum habere censemus.

Item. Questionem ex facto emergentem resecantes et voluntati mortuorum prospicientes sancimus, si sine scriptura et presentia testium fideicommisso derelicto fideicommissarius elegerit heredis iusiurandum vel forsitan legatarii vel fideicommissarii, quotiens ab eo relictum est fideicommissum sive universitatis sive speciale, necesse heredem vel legatarium vel fideicommissarium prius iureiurando de calumpnia prestito vel sacramentum subire et omni inquietudine sese relaxare, vel si recusandum existimaverit sacramentum, aut totam quantitatem manifestare fideicommissario derelictam noluerit, si forsitan maiorem fideicommissarius expectat, omni modo exactioni fideicommissi subiacere et eum ad satisfactionem compelli, cum ipse sit iudex et testis inveniatur: cuius religio et fides a fideicommissario electa est, nullis testibus nullisque aliis adventiciis probationibus requisitis. Sed sive V. sint testes vel minus vel nemo, tamen per illius sacramentum vel dandum vel recusandum suam habeat firmitatem, quoniam exactionem sive pater sit qui fideicommissum dedit sive extraneus, sit ut equitatis ratio omnes modos precedat. **Cum enim** res per testium sollempnitatem ostenditur, et numerus testium et nimia subtilitas requirenda est. Lex etenim ne quid falsitatis incurrat, per duos forte testes compositum testamentum maiorem numerum testium exposulat ut per ampliores perfectissima veritas revelletur. Cum autem is qui ex voluntate defuncti vocatur, et maxime ipse heres, cui summa auctoritas totius cause commissa est, directo compellitur veritatem per sacramenti religionem qualis locus testibus relinquatur: vel quemadmodum extraneam fidem desideratur propria et indubitata relicta: cum et in leges respeximus que in his dispositionibus testatorum...

Questionem, ista lex habet duas leges, per unam hoc intendit negantis relictum legatarius prius de calumpnia iuranti et iuramentum referatis defendere tenetur: iurare aut solvere: confessus nec sollempnitatis defectu potest obicere et ...

Secundum aliam lex hoc intendit ubi testator confidit de herede non est necessaria sollempnitas testium et in hoc ...

Nota ... de ... non ... testamento ... legatorum et ...

In auth(entica) quae pene nove intestata vel codicillis relinquitur.

Hoc amplius qui defuncti iudicium lege repraesentatum monitus a iudice infra annum non implet excluditur eo quod propter debitum naturale percepit ex eodem iudicio. Hoc igitur cum omne suo danda super hoc cautione defertur primo substitutis, mox ordine servato coheredibus adeuntibus vel generali fideicommissario solis vel ex pluribus in parte portionis vel speciali fideicommissario sive legatario maioris emolumenti vel omnibus vel nolentibus vel libertate in testamento donatis prout quisque eorum prius nominatur, ex heredatis nec hoc quidem respectis. Postremo defertur extraneo vel fisco.

Quod hic admittitur etiam ex substitutionis secundum verbum legis. Nam et legatarii et extranei admittantur quos constat non fuisse substitutos. Porro si hereditas non fuisset adita nec heres et extraneus non admitteret causa libertati consulatur, unde similiter libertates essent relictae nullo modo admitteretur, ut institutio(?) ... C. de his qui(?) ad(?) ... fiat(?) ... de donationibus ... secundum(?) ... Sed autem omnibus ... vel in(?) nolentibus ... quidam ... (?)

Cum ambages et circuitus sint tollendi, immo et equalitas est amplectenda, ut ob hoc(?) et pro legatis competit actio personalis in rem et ypothecaria et argumentum ...

... omni modo heredes obedire compellunt et sic strictius causam exigunt ut etiam amittere lucrum hereditatis sciant eos qui testatoribus minime paruerunt.

Communia de legatis et fideicommissis. Et de in rem missione tollenda. Rubrica.

Omnibus qui legatis vel fideicommissis honorati sunt personalem plerumque actionem habere noscuntur, quod vindicationis vel similiter modo aliorum genera legatorum subtilitatem prisco animo admittitur. Quam posteritas optimis rationibus usi nec facile suscepit, nec inextricabiles circuitus laudavit, quibus in rem missionis scrupulosius utatur ambagibus. Et nec eius igitur esse censemus in rem quidem missionem penitus abolendam, omnibus vero tam legatariis quam fideicommissariis unam naturam imponere, et non solum personalem actionem praestare, sed etiam in rem, quatenus eis liceat easdem res vel quocumque genus legati vel fideicommissi fuerint derelicte vindicare in rem actione instituenda, et insuper utilem Servianam, id est ypothecariam, super his quae fuerint derelicta in res mortui praestare. Cum enim hoc iam iure nostro increbuit licere testatori ypothecam rerum suarum in testamento quibus voluerit dare, et iterum novelle constitutiones in multis casibus et tacitas ypothecas induxerunt, non absurde etiam nos in praesenti tacitam ypothecariam donare, et nullo verbo precedente possit ab ipsa lege induci. Si enim testator ideo legata vel fideicommissa dereliquit ut omnimodo persone ab eo honorate ea percipiant, apparet ex eius voluntate etiam prestatas actiones esse res testatoris esse instituendas ut omnibus modis voluntati eius satisfiat, et precipue cum talia sint legata vel fideicommissa quae piis actibus sunt deputata. Et hoc disponimus non tantum si ab herede fuerit legatum derelictum vel fideicommissum, sed et si a legatario vel fideicommissario vel ab alia persona quam gravare fideicommisso possumus. Fideicommissum eundem reliquerunt; cum enim non aliter valeat nisi aliquid lucri afferat ei a quo derelictum est, incongruum est etiam adversus eum non tantum personalem, sed etiam in rem et ypothecariam extendere actionem in rebus quas a testatore consecutus est. In omnibus autem his casibus in tantum et ypothecaria in eum quem ipse conveniendum volumus, in quantum personalis actio adversus eum competit, et ypothecam esse non ipsius heredis vel alterius persone quae gravata est fideicommisso rerum, sed tantummodo earum quae a testatore ad eum pervenerunt.

Idem. Omne verbum significans ...

Idem lex hoc intendit: omnia verba directa vel obliqua sint ad legem dum ... et legata et fideicommissa, ex eodem sunt nomina exequata et de pluribus hiis casibus dignior est eligenda, hoc dicit.

33

In aut. de testi. et ea q̄ parit. in p̄n. coll. iiii. § q̄m obrem.

Res que subiacent restõi p̄hibent quidem alienari uł obligari. s; liberis si porcõ legittima non sufficiat ad dotis seu donacõnis p̄p nupcias oblacõnem permittitur res p̄dcãs in eam cãm alienare et obligare p modo psõnarum honestati congruo. et enim que cōit omnibus psunt hys que spālit necne sunt p̄ponuntur.

VI

cans testatoris legittimum sensum legare uel fideicommittere uolentis utile atque naturalium ē. siue directis ūbis quale ē iubeo forte siue p̄carijs utetur testator. qualia ē rogo. uolo mando. fideicommitto. siue iuramentum imposuit cum et hoc nob audientibus uentilatum ē. testatore quidem dicente, p̄tib autem hi ūbum huncat; uinc lacantib. sic ḡ scdm qd diximus ex omni parte ūborum non inefficax uoluntas scdm ūba legantis uł fideicommittentis. et omnia que naturalit insunt legatis et fideicommissis inherere intelligantur. et e cõnuerso quicq̄ fideicommittatur hoc intelligatur ēē legatum. et siquidē tale ē qd non ht natura legatorum hoc ei ex fideicommissis accommodetur. et fit oīb perfectus euentus ex omnib nascantur in rem actõnes ex omnib ypothecarie. ex omnib psonales. ubi aut aliquid ĉtrarium in legatis et fideicommissis euenat. hoc fideicommisso q̄i humaniori aggregetur. et s̄m eius dirigetur naturam. et nemo moriens putet suam legittimam uoluntatem reprobari. s; mō semp utatur aduitorio. et q̄madm uiuentib prudimus ita et morientib pspiciatur. et si spāliter tm̄mō faciat testator mencõnem. hoc legatum et fideicõmissum intelligatur. et fidei hr̄dis et legatarij aliquid committatur. hoc et legatum ēē uideatur. nos enim non ūbis s; ip̄is reb legem imponimus. Idem.

Si duob uł trib hominib uł plurib forte optio sui uel alterius rei fuit relicta uel si unii quidem legatario optio sui uel alterius rei relicta est. ipse autem moriens ples s̄ reliquerit hr̄des dubitabatur int ueteres si int legatarios uł hr̄des legatarij sint ĉtrarium et alt. alt. suum & rem aliam elige uelit. quid sit statuendum. Scĩmus ita. q in omnib hi casib rei iudicem fortunam ēē. sortem. et enim int altercantes adhibendam. ut quem sors p̄tulit is quidem hat potestatem eligendi. discetis aut estimatõr p̄ter ꝯtingencium eis parcium. Idem. in suis quidem et ancillis maiorib decem annis si sine arte sint uiginti solidis estimandis. minorib uidel; decem annis n̄ amplius q̄m decem solidos computandis. sin aut artifices usq ad triginta solidos estimatõe eorum procedente siue masculi siue femine sint. exceptis notarijs et medicis utriusq sexus. cum notarios quinq̄ginta solidos estimari uolumus. medicos aut et obstetrices sexaginta. eth. iuchis minorib quidem decem annis usq ad trigin

Electione collata in tempore statuto non eligente electio transit in legatarium, cum in mediocrem eligit. hoc dicit.

...tis solidos manentibus, maioribus non usque ad quinquaginta. Sin autem artifices fuerint, usque ad septuaginta. Sed et si quis optionem servi vel alterius rei reliquit non ipsi legatario sed quemcumque cuius forte elegit, ille autem vel noluit eligere vel forte morte fuerit preventus, et in hac specie dubitabatur apud veteres quid statuendum sit, utrumne legatum exspiraret an aliquid ei indulgeatur adiutorium, ut viri boni arbitrio procedat electio. Censemus itaque si intra annale tempus ille qui eligere iussus est hoc facere supersedit vel minime potuit vel quandocumque decesserit, ipsi legatario videri esse datam electionem, ita tamen ut non optimum ex servis vel aliis quicquid eligat, sed mediae aestimationis, ne dum legatarium satis esse fovendum existimamus, heredis commoda defraudentur. Sed quia nostra maiestas per multos casus legatariis et fideicommissariis prospexit et actiones tam personales quam in rem et hypothecarias dedimus, et in rem missionis tenebrosissimus error abolitus est, et ad hanc legem pervenimus. Nemo itaque eas res quae per legatum vel pure vel sub certo die relicta sunt vel quae restitui aliis disposita sunt vel substitutione posita secundum veterem dispositionem putet esse in posterum alienanda vel pignoris vel hypothecae titulo assignanda vel mancipia manumittenda,

Rem legatam pure vel in diem certum heres non potest alienare vel manumittere. hoc dicit.

Relicta sub condicione vel in diem incertum alienata medio tempore impleta condicione finguntur retro alienata non esse, et contra eam nulla praescriptione obstante. hoc dicit.

sed sciat hoc quod alienum est non ei liceat, utpote sui patrimonii existens, alieno iuri applicare, quia satis absurdum est et irrationabile rem quam in suis bonis pure non possidet eam ad alios posse transferre vel hypothecae vel pignoris nomine obligare vel manumittere et alienas spes decipere. Sin autem vel sub condicione vel sub incerta die fuerat relictum legatum vel fideicommissum universitatis vel speciale vel substitutione vel restitutione, melius quidem faciat et si in huiusmodi casibus caveat ab omni vel venditione vel hypotheca, ne se gravioribus oneribus et evictionis nomine supponat. Sin autem avaritiae cupidine per spem condicionis minime implendae ad venditionem vel hypothecam prosilierit, sciat quod condicione impleta ab initio causa in irritum devocetur, et sic intelligenda est quasi nec scripta nec penitus fuerat celebrata, ut nec usucapio nec longi temporis praescriptio contra legatarium vel fideicommissarium procedat. Quod similiter censemus in his legatis quae sive pure sive sub condicione sive sub die certo sive sub incerta die relicta sunt, sed in his omnibus casibus legatario quidem vel fideicommissario omnis licentia pateat rem vindicare et sibi assignare nullo obstaculo a detentoribus ei opponendo. Emptor autem si sciens rei gravamen emit adversus

cuius emptor qui emit sciens rem subiacentem restitutioni vel incerta habet actionem ad pretium non ad duplum, qui si fuit duplum stipulatus.

venditorem actionem habet tantummodo ad restitutionem pretii, neque dupli stipulatione neque meliorationem locum habente, cum sufficiat ei saltem pretio carere, quod sciens dedit pro aliena re quasi sua. Creditori inde hominem pignoraticia contraria actione adversus debitorem competente, ut ex omni parte omni compendio id quod semper probamus ad effectum perducatur, ut ultima elogia defunctorum legitimum finem sortiantur, bone fidei procul dubio emptoribus integra iura et nullo modo ex hac constitutione diminuta contra venditores habentibus.

De falsa causa adiecta legato vel fideicommisso. Rubrica.

Imperator. Verba testamenti quibus adscripsisti aut solutam pecuniam debitam testatori declarant aut voluntatem eius liberare nolentis debitorem manifeste ostendunt, et ideo quod solutum est aut peti non potest aut ex causa fideicommissi ut debitor habetur agendum est, nisi liquido probari possit eum non liberari voluisse debitorem, sed errore lapsum solutam sibi pecuniam existimasse.

Idem. Etiam si veritas debiti non subest, falsa demonstratio non perimit legatum a testamento eius quo nomine competit actio.

Idem. Si non designata certa quantitate dotem tibi legavit in artius, sed quamcumque ad eum dotis nomine pervenisse vel perventurum esse, non ex testamento petis necessaria probatio est minime pecunie. Quod si quantitatem expressit, debetur. Et si in dotem datum non est, quia aliud legatum non eo iure quo dos fungitur.

Idem. Si dotem ut proponis defuncta in matrimonio uxore tua a patre eius reddidisti vel etiam ea non reddita testamenti verbis ut asseveras munitus es quibus recepisse dotem, uxoris tue quondam socer tuus significavit, ne hoc nomine conveniaris sollicite agere non debes, cum aut soluta dote nulla supersit actio aut non reddita adversus petentem uxoris defuncti voluntatem parata sit exceptio.

Imperator. Pcio. Refert largiter dotem reddidi maritus, an que in isto dotali conscripta sunt legati seu precariis verbis statuit: quippe superiore quidem casu datum probanti repeti tantum, posteriore vero nihil nocente falsa demonstratione significatum instrumento postulari possit.

De his que sub modo legata vel fideicommissa relinquuntur. Rubrica.

Imperator. In legatis quidem et fideicommissis etiam modus adscriptus pro condicione observatur. Sed si per te non stat quo minus voluntati testatoris pareas, sed per eum cui iubere iussa es, quo minus id quod tibi relictum est retine

non datur actio nisi extiterit conditio ... tamen nam aut si caverit ...

Cum patrem ... sub condicione ... non tantum legatum sed et legatarium ... tabit legatum ut ff. ut le. no. ca. l. i. nisi testator ... dominum remisit ...

casus. pro legato relicto sub modo ... isto non antiquitus competebat actio quod ius antiquum ... in libertatibus hoc dicit.

Ias non oberit.

Idem. Ex his verbis Titio decem milia aut insulam relinquo ita ut quinque milia ex his vel eandem insulam Maevio restituat licet antea neque legati neque fideicommissi petitio nascebatur, tamen in libertate a divo Severo hoc admissum est, sed in pecuniariis causis voluntatis tuende gratia non immerito recipiendum est, ut etiam ex his verbis sive ad condicionem sive ad modum rescripserunt sive ad causam ut faciendum aliquid, fideicommissi actio omnimodo nascatur, videlicet in condicionibus post exitum earum. Si vero legato aut fideicommisso relicto testator legatarium seu fideicommissarium prohibuerit heredem suum vel alium quendam debitum exigere, heres debitor adversus legatarium seu fideicommissarium agentem usque ad quantitatem relicti fideicommissi sive legati exceptione

De condicionibus institutionum tam in legatis quam in fideicommissis et libertatibus. Rubrica.

Cum testatorem fideicommissum in Italia, nam ab eo quem propter heredem instituat ita reliquisse proponas: si sine liberis institutus diem obierit, usque nepotem quem ex filia suscepit heredem instituat, condicionem ascriptam fideicommisso defecisse manifestum est in Italia defuncti voluntas evidenter probabit.

casus. conditio si sine liberis decesserit deficit uno liberorum existente quod nepote ex filia.

casus. sensus contrarius non ... quod ... sed obmissus relinquitur ...

Idem. Cum patrem familias fideicommissi nomine quod in dietam reliquid ita cavisse percepisse proponas: si a marito non diverterit, haec condicionis origine pendens fuerit equum est ac si inhibi super ea rescriptum fuisset, nec exemplum legati vel hereditatis in quibus condicio viduitatis non numquam remitti solet huic rei comparandum est, cum absurdum sit ideo propterea ... negligi formam quia patris sui voluntati non obtemperatur.

casus. defectus conditionis per implere debentem facit legatum deficere.

Idem. Si ea condicione aut heres ... vivus legata testamento patrem voluit ... focaria sua matrem que eius moraretur et per eum stetit quominus voluntati testatoris pareret, cum sponte scripture testamenti non obtemperaverit ad petitionem non admittatur.

Idem. Cittatur.

casus. defectus conditionis per ipsum contingentem in personam eius cuius persona debebat adimpleri conditio facit deficere legatum.

Legatum sive fideicommissi a patruo tuo relictum tibi sub condicione si filio eius nupsisses, cum mortuo filio prius quam ei nubere posses condicio defecit, nulla ratione debitum exigis.

Idem. Timinas.

casus. legatum relictum filio acquiritur patri si existente conditione reperiatur in patris potestate, alias non.

Sororem tuam tempore nuptiarum in patria potestate fuisse monstretur, fideicommissi commodum ei relictum cum nupsit nullo alio die ei cedere prohibente patri quesitum non ambigitur, quod si a patre ante nuptias emancipata fuit ac postea decessit superstite patre ac marito et vobis actionem fideicommissi competentem

... tuta. sic intro. quod si ... legetur vel instituatur heres ... condicione si diverterit a marito suo ...

In aut. de epis. et cle. § sz hoc in presenti. coll. ix.

Nisi rogati restituere datam causa dotis vel propter nuptias donationem vel relictum sub conditione nuptiarum vel liberorum vel alium venerabilem locum monasterium

Contra rogatus quis ut sine liberis decedens quod ex hereditate superest restituat vel alius heres fideicommissi liberis gravatus certam institutionis fideicommissario cogitur reservare. super hanc causam tamen in ... ingredientium cautionem nisi a defuncto remissa sit exponit. Quod si contingat eam aut ex ipsius substantia suppletur aut ea deficiente in rem vel ypothecaria fideicommissario permittitur adversus rerum acceptores. Ex causa tamen dotis seu donationis propter nuptias seu captivorum redemptionis vel si non habet unde faciat expensas permittitur heredi quarte diminucio.

cuius rogatus restituere hereditatem non simpliciter, sed illud quod superest si sine liberis decesserit tenetur tamen quartam partem fideicommissario

si x. dederit nec partem fiton consequi potest nisi tota x. det secus si duobus esset relictus. si decem dederit. ut ff. de cond. et de. l. cum fundo. et ad l. fal. l. siquis legata in fi. et C. ad l. fal. l. si pluribus una summa per totum. accur. ... heriti. l. dum.

Cum quidam. ut ff. ad l. aquil. item mela. § leg. in medio. a. l. in tunc. casum non de fortuito casu. ... habetur non dabitur ei estimatio ... tres casus nota. quia aut stat per heredem et tunc est liber. dummodo postea prestet. secundum quosdam. Jo. contra sentit. qui per fortuitum casum et tunc idem ut hic et ff. de manumiss. test. l. libertate. et de re. iu. l. in re civili. et test. mu. quare fortuitus casus eum non liberat. sed credo forte quia libertas est res favorabilis. ut inst. qui man. non pos. ... autem tertius est. si stetit per ipsum servum tunc non est liber. ut hic et C. de tercia ... si ac condicionem quod ... si solvit implere conditionem. sed pecuniam non habuit tunc non est liber. ut ff. de condic. et de. l. cum ita libertas datur. § i. ac ipse heres vel alius cuius est dare ac ab eo postea tamen datum fuit et admissum ut non obsit. ff. de statu li. l. si peculium in princ. secundum quosdam quod non est nam ibi non heredi. sed alii erat dandum et pecunia erat penes heredem. unde ... fatit. ad l. ista. ac ... accom. aud ... non ... offerat. non liberat.

cum sub condicione libertatis adiecta debeat dari vel pro eo cui dari debet heres per impletam sed per fortuitum ... tamen ad dandum remansit obligatus quam cui debeat dari ... dicto.

Iam heredes suos tamen simulet.

Idem. Cum quidam testamento condito libertatem suo servo reliquit sub condicione si suo heredi certum numerum solidorum prestet vel aliam quandam speciem vel vicarium servum: ille autem servus non in eodem loco constitutus ubi etiam heres fuerat: hereditate testatoris cognita properabat ad heredem cum ipso quod iussus erat dare heredi: sed in medio latronum vel hostium incursione peremptum est quod portabat: querebatur inter antiquos si perficitur libertas quia hoc dare servus non potuit propter memoratum fortuitum casum. Itaque veterum dubietate quiescente nobis placuit ut et libertas omni modo competat et commodum quod heredi vel extraneo relinquitur non abstrahatur: ex quacumque enim causa impediatur: sive per heredem sive per eum cui dare aliquid iussus est: sive per fortuitos casus: libertatem quidem ipso omnimodo perveniat. Nisi ipse servus noluit adimplere conditionem. ob noxius tamen constituatur post libertatem heredi vel ei cui dare iussus est. nisi et ipse oblatas pecunias non suscepit. Quod enim semel repudiatum est ab eo redintegrare minime concedimus: quatenus hoc quod dare iussus est omnimodo adimplere compellatur: vel in ipso mancipio si extat vel in estimatione eius non amplius quam in quindecim solidis imputanda: vel in alia re

vel alio fortuito casu.

si et ipsa apparet: ut si non extat vera eius estimatione

Idem. Prestanda

Si plures persone unam condicionem implere iussi fuerint ... apud Ulpianum dubitabatur: utrumne omnes simul eandem facere debent an singuli quasi solum implere eam compelluntur: videtur autem nobis unumquemque necessitatem habere condicionem implere: et pro portiones contingente accipere quicquid ex hoc commodum est: ut hi quidem qui compleverint iussa ad lucrum vocentur: qui autem neglexerint sibi imputent si ab hoc commodo repellentur.

cuius qui pluribus relinquit ad ... non in dimidia quilibet totam conditionem adimplere compellitur et per unum sine alio impletur ... per ... non implentis non obest implenti

De usuris et fructibus legatorum et fideicommissorum.

Legatorum seu fideicommissorum usuras ex eo tempore quo lis contestata est exigi posse manifestum est: sed et fructus rerum et mercedes servorum que ex testamento debentur similiter prestari solent.

Idem. Adversus eos qui sub obtentu legis falcidie legata morantur: notissimum est iuris auxilium. Si igitur proposita stipulatione cum satisdatione potestis vos restituturos quanto amplius quam per eam legem licet acceperitis: iudex cui de fideicommissis ius dicit: solida vobis legata prestari iubebit. quod si satisdationem implere non potueritis arbitrio dato diem vobis prestituet intra quem alia parte cessante partibus suis fungetur: et si constiterit legi falcidie locum non esse et usuras et

ut ff. de sol. l. qui x. in princ. et l. si debitor. in princ. et de except. doli. l. si opera. sed Jo. sentit contrarium idem secundum alios. nam ibi re admissa post moram creditoris non tenetur debitor amplius solvere ut in precedenti dicitur. in hac tamen est aliud. quia hic de casu fortuito et licet non precessit mora vel culpa vel pactum et licet heres non fuit in mora vel respiciendi solucionem ... aliud observantur. ut ff. de v. ob. l. sed ex legati causa. et ff. ad l. ante impletam condicionem nullus consequitur relictum. ut ff. de cond. et de. l. qui heredi. § fi. et ff. ... hic ... ex quo ... non tenetur liber servus. ut s. ... ex suo ... ex suo ... quatenus ... tantum ... sol. ... estimatur ... inst. qui man. non pos. ... si ... § si ac.

De usu fructu legatorum et de rebus principaliter ... in ... accessionibus ... stata non mora non precessit nam si precessit ex tunc. Legatorum ... computantur licet ... omnes fere leges ... faciant in ... dicas ... et l. ... usuras ... de cond. ... sicut ... bellissime ... idem quod ... usuris idem in fructibus ... ut hic et ff. de usu. l. eum qui ... a bone fidei iudiciis ...

insti. ad trebell. § i. an si ... quo ad debitum ... etiam quo ad operandum. ut ff. de op. li. l. si non illo modo alio. quia pater est capax testator potuit testari competentem. quia et cedit dies legati cum iam est ... ut ff. de pig. si legati ... quando dies legati cedit si post diem. § fi. secus in conditionibus ... ut ff. de v. ob. l. si filius et de sti. servorum l. si ... que legata testatoris quia in legatis ... attus filii in potestate manentis ... sic.

Si plures es. lego fundo ticio et seio si fecerit domum quilibet ... heredi meo ... vel ascenderit capitolium que est dividua ... ac debent ... quia sic verba testatoris ... implente ex toto ... ipse non videbatur partem suam legatis ... sed ... quia illa pluralis oratio resolvitur in multas singularitates. ut ff. de cond. et de. falsa. § fi. condicione ... est indiviua quia ... sufficit ei quod per partem adimpleatur. ut ff. de ... siquis legata. § fi. ... in princ. et ... testamento. § fi. ita fiut ... ff. de v. ob. l. in executionibus ... si peculium. § plt. item non quod servum ... relictus fuit.

205

I. fructus post litem contestatam percipien

Idem. Ktis.

Si homines etiam per fideicommis- sum tibi relicti fuerint post mo ram periculo debitoris fideicom- missi fuerint

Idem. In legatis et fideicommis- sis fructus post litem contestatam non ex die mortis sequuntur: sive in rem sive in personam agitur

AD SENATUS CONSULTUM TREBELLIANUM. RUBRICA.

Imperator.

Si ex senatus consulto partem quartam hereditatis retinuisti et do- drantem fideicommissario restituisti, eos creditoribus heredi- tariis pro novem unciis pro parte iuris a fideicommissario petere po-

Idem. Ktis.

Ad eum qui ex trebelliano se- natus consulto quarta pars he- reditatis restituitur successio- onis seu legatorum praestandorum pro competenti portione spectare indubitati iuris est.

Idem. Si per fideicommissum hereditas rei publice relicta est ex trebelliano senatus consul- to quod ab intestato eius locum habet quartae deceptis et fructus eius vobis restituto competit.

Idem. Non iustam te gerere sollicitudinem per fideicommis- sum relicte portionis heredita- tis perspicimus verentem ne fructum amittas relicti fidei- commissi. quoniam amita testatoris ex parte scripta heres et te rogata restituere calliditate ac fraude repudiavit ut ad alium ne potem eundemque coheredem devolvatur portio a quo tibi nominatim non fuerat fidei- commissum relictum. et eo acta suspectam hereditatem adire prius quam pro herede gere- ret rebus sit humanis excep- ta cum divo antonino par- enti nostro deberi etiam a subs- titutis fideicommissum con- templatione iudicii testato- ris tacite ab his repetitum iam dudum placuit. neque enim quartae retentionem quam illa que repudiavit heredita- tem adire coacta suspectam retinere non potuit timere debes.

Idem. Et sine scriptura per fidei- commissum hereditas recte relinquitur. ergo si te uxor tua et privignum suum in dis- crimine mortis constituta designavit velle successionem obtinere usque ad dodrantem eius voluntatem ratam fi- eri convenit. cum ab intestato ei succedentes de restituendo fideicommisso convenitos ultra quartam ere alieno de- ducto quam penes eos sinat se- natus consulti relinqui pre- cepit tamen obtinere posse constitit.

Imperator. Iubemus quotiens pater vel mater filio seu filiis sive seu filiabus ex equis partibus vel inequis heredibus institutis et invicem substitutis seu sim- pliciter quosdam ex his aut quendam rogavit qui prior sine liberis decesserit portionem he- reditatis sue superstiti seu sup- stitibus restituere ut modis om- nibus retenta quarta pa... tre

bellianum senatus consultum non pro imputatione redditum, licet hoc testator rogaverit vel iusserit, sed in ipsis rebus hereditariis dodrans restituatur. Eodem quoque in retinenda legis falcidie portione iubemus. Et si pater vel mater filio vel filia institutis sicut supradictum est heredibus rogaverit eos cavere nepotibus vel neptibus pronepotibus vel proneptibus suis ac deinceps restituere hereditatem. In supradictis autem casibus fideicommissorum servandorum satisdationem cessare iubemus, si non specialiter eandem satisdationem cessare testator exigi disposuerit. Et cum patres vel matres secundis estimant nuptiis non abstinendum, in his etiam duobus casibus idem, cum testator specialiter satisdare voluerit vel cum secundis se patres vel matres minime iunxerint, necesse est ut eadem satisdatio per legum ordinem prebeatur. Sin autem is qui fideicommissaria restitutione gravatus est uno filio superstite vel nepote ex filio seu ex filia nato vel pronepote vel postumo relicto decesserit, non videtur extitisse conditio et ideo deficit fideicommissi petitio. ¶ Illud etiam admonemus, ea que de falcidie portione non prediximus, sed per ipsas res hereditarias retinenda, et de satisdatione fideicommissorum sicut supradictum est sic concedenda diximus, non ultius quam in his personis et casibus quorum superius mentio facta est.

Oportere per iudicem. ¶ Scimus licentiam esse etiam soli tutori recte si fideicommissi nomine universitatis restitutionem quod pupillo relictum est et sine onere fideiussionis, ubi tamen pupillus fari non possit vel abesse noscatur. Nec dum nimia subtilitate circa res utimur pupillares, ipsa subtilitas ad perniciem eorum revertatur. Eadem quoque iuris esse oportet et si furioso fideicommissaria debeatur hereditas, ut restitutio curatori eius soli nomine scilicet furiosi celebretur. Quis enim sensus que vox circa furioso esse intelligitur? Cum in utroque casu restituentes plenissimam sequuntur ex nostra lege securitatem, hec eadem observando et si ipsi pupilli vel furiosi restitutione gravati sunt. ¶ Cum autem aliquis hereditatem restituere iussus est et dolo malo vel per latitationem vel antea sese contumaciter celaverit, ut fideicommissarius fideicommissi ante restitutionem ante quam restituerit et hereditatem ab hac luce subtractus est nullo herede vel successore existente, vel fideicommissarius cui restituta est ex trebelliano hereditas aliis per fideicommissum restituere iussus fuerit res hereditarias, quemadmodum actionum translatio celebretur: in tribus istis casibus apud veteres dubitabatur, et dominus ulpianus constituendum esse putavit super his. Scimus itaque ut si per contumaciam absit is cui restitutio imposita est sive morte p

In aut. de her. et fal. § hinc nobis

Sed cum testator hoc expressim vetuit non ignarus qui modus sit in primonum falcidia cessat. ¶ Si heres in hoc defuncto non pareat defertur hereditas per formam enunciatis sub titulo de legatis. ¶ Item si quedam legata sub mensuram subtilit agnoscens prestat in solidum. neque ex his repetitio competit nec ex aliis permittitur retencio in inopinatum quod emigat. his cessantibus locus est falcidie et si fiat inventarium secundum modum quemque statutum in ad ... hac adibita observacione et presencia hominum ipsius civitatis ... [illegible]

In aut. ut ec. ti. § siquis aut

Similiter falcidia cessat in his que ad pias causas relicta sunt. et etiam in ea re falcidia cessat que ita relicta est ne aliene... sed permaneat apud successores eius cui relicta est. xlv. di. c. hinc cor. § pupillorum inutiliter. de pupillo et furioso pupilli. infantes ut possint ipsi tutores restituere ... [illegible]

...uentus nullo relicto successore fuit sive a primo fidei commissario in secundum translato celebrari iussa est ipso iure utiles actiones transferuntur.

Idem. Quidam testamento conscripto iussit heredem omnem hereditatem quam ei dereliquit alii restituere. speciale autem fideicommissum alii ascripsit et querebatur: specialis fideicommissarius id quod relictum est a quo consequi debeat. utrum ne ab herede ut post retentionem eius aliasque res universitatis fideicommissarius accipiat. an una cum aliis rebus oporteat eas generali fideicommissario aggregari ut ipse speciali fideicommissario hoc tradat sive in rebus sive in pecuniis sit fideicommissum. scimus itaque totam quidem secundum senatus consulti trebelliani auctem restitui generali fideicommissario. et ultimum speciali fideicommissario id quod ei derelictum est dependere.

Ad legem falcidiam. Rubrica

Imperator Seve. et Anton. Si scire ... quit debes omissa falcidia quo pleniorem fidem restituende portionis exhibes non videri plus debito solutum esse.

Idem. Falcidie rationem admissis omnes pro modo legatorum et fideicommissorum locum habere dici et exploratum iuris est.

Imperator. Etiam si tacitam fideicommissum heredem admissit ... [illegible]

...sse apparuit legatarii fidei commissa que testamento relicta sunt prestanda esse ambigi non oportet ad eum videlicet modum quem lex falcidia patitur cum ... que auferuntur heredi qui contra legem fidem suam optulit legatariis perficere non.

Idem. Placuit.

Et in legatis principi datis legem falcidiam locum habere divo Adriano placuit.

Imperator. Si mortis causa immodicas donationes in sororem tuam in fratrem contulisse probare potes legis falcidie ratione.

Idem. Constitutionem divi Severi avi mi...

Idem. Uti potes.

In ponenda ratione legis falcidie omne es alienum deducitur. etiam quod ipsi heredi mortis tempore debitum fuit quamvis adicione hereditatis confuse sint actiones. et omnia autem legata quamvis in operibus publicis conficiendis statuisque ponendis data sint ad contributionem dodrantis pro rata sive civitatis quantitatis revocantur. nec siquidem ultro solidum heres prestitit aut perfecit legitime computationem prejudi...

Imperator. ... catur.

In testamento quidem militis ius legis falcidie cessat. sed ea que ad nos pertinencia defunctus tenuit bona eius videri minime possunt et ideo recte rationem eorum ut eris alieni heredi desiderati.

[illegible]

Idem. Irritum quidem ipsum testamentum fratris tui esse non potest quod ex causa fideicommissi obligatus fuit ut si sine liberis prior decederet partem tibi hereditatis redderet. Sed licet te heredem scripsit imponenda tamen legatorum ratione quibus te oneratum esse suggeris fideicommissum debitum eius alterius loco deducitur et insuper in residuo legis falcidie beneficium vendicabis.

Idem. Impr. [illegible] cabis. Errore si quarte ex causa fideicommissi non retente repetitionem non impedit. Is autem qui sciens se posse retinere universum restituit condictionem non habet. Quin etiam si ius ignoravit cessat.

Idem. Repetitio. Quamquam pater tuus fratrem tuum rogaverit ut si sine liberis diem suum fungeretur portionem hereditatis tibi restitueret tamen in testamento eodem diem suum functo id quod beneficio legis falcidie heres potuit ad successores intestati pertinere. Ideoque non immerito sororem tuam que simul tecum ab intestato ei successit emolumenti quod retinere potuit portionem vendicare manifestum est.

Idem. Si ut allegas pater tuus eam portionem ex qua te fecit heredem filiis tuis restituere iussit et cetera usque pro falcidia percepta esse contentam auxilium legis falcidie quod imploras apud suum iudicem non prohiberis flagitare.

Idem. In donationibus inter virum et uxorem factis legem falcidiam habere locum quam in fideicommissis [illegible]missi partibus funguntur non immerito in multis iuris placitis comprobatum est.

Idem. C. [illegible] est. Si ea cuius filium tuum servum significas ex iudicio defuncti quem dicis fideicommissariam libertatem ei reliquisse aliquid consecuta est ad restituendam fideicommissariam libertatem non immerito obnoxia constituta adurgeri. Nam fideicommissum ei relictum usque ad eum modum potest petere quem deducto pretio servorum quos fuerat rogata manumittere relictorum summa patitur.

Idem. Licet adiens patris hereditatem et confusione propterea eidem successeris extinguatur actio quam tibi competere eo quod ex administratione tutele in te [illegible] eum debuisse contendis pro residuis tamen partibus coheredes convenire non prohiberis et fundum a te relictum eatenus quoad deducta quarta residuum summa patitur petere non vetaberis.

Idem. Si procuratorum dotis a patre iure remanentis institutis liberis pater tuus in testamento vel codicillis uxori tue dari mandavit eius invicem successores implere compelluntur. Cum in servitutis procuratorum dominio relictis falcidie nulla potest tibi venire questio.

Idem. Successores legatarii vel fideicommissarii si res alienum hereditarium defuncti sive fines occupaverit falcidie legis nomine [illegible] peti iure trebelliani senatusconsulti preceptum exigi non [illegible]

Idem [...] cedit.

Idem. Ad heredes relicta legata catenus modus legis falcidie constitutus patitur posse peti certissimi iuris est.

Idem. Si quis quadringentorum forte solidorum bonis suam iussit heredem non aliter adire hereditatem nisi prius trecentos octoginta solidos cuidam persolvat vel aliam quantitatem que diminueret falcidie quantitatem potest. Scimus heredem si adierit legis falcidie beneficio sustentatum, repleri quidem quod ad falcidiam deest. et prius eo dato vel retento sive una datio est que celebratur disposita fuerit sive in multas dividitur personas propter satis legis immutilatum heres beneficium habeat. Si enim cum mortis causa donatio precedat et hec modum legis falcidie excedat heres post aditionem repetit eam pecuniam que ultra modum falcidie corporaliter quidem data est legatum in primo modo testatoris permansit quare non in presenti casu tam viventibus et morientibus plurimis et eorum ultima elogia conservantes et communium hereditatum non immemores

Idem. Sancimus [?] ... Cum enim sit heredem qui plenam fidem testatoris exhiberi solidum legata dependentem non posse postea eodem legis pretendentem falcidie repetere. ubi quia videtur voluntatem testatoris sequi. Iubemus h[...]

[...] simul ius firmum habet et si cautionem super integra legatorum solutione fecit quod veteribus legibus in ambiguitatem ductum est. in utroque eorundem cautionem sive solvit sive super hoc cautionem fecit equitatis ratio similia suadere videtur.

De caducis tollendis. Rubrica.

Imperator Iustinianus A. senatui.

Cum nomen et materiam caducorum ex bellis ortam et auctam civilibus que in se populus romanus movebat necessarium duximus patres conscripti pacis eis nimius priscis temporibus ab urbe romana reducere ut quod belli calamitas introduxit hoc pacis lenitas sopiret. et quemadmodum in multis capitulis lex papia ab antioribus principibus emendata est et per desuetudinem abolita ita et a nobis circa caducorum observationem invidiosum suum amittat vigorem. quod et ipsis prudentissimis iuris conspiciant multas fuere mentibus vias per quas caduca ne fieret. et ipsis testatorum conditoribus sic quamvis infesta caducorum observatio visa est. ut et sanctiones introducerent ne fiant caduca et fixa sint apud certas personas recurrere disponentes in eas redundantes quas lex papia posuit in caducis quod et nos sic concedimus. Et cum lex papia ius antiquum quod ante eam in omnibus simpliciter versabatur suis machinationibus et angustiis circumcludens solv[...]

parentibus et liberis testatoris usque ad tertium gradum si scripti fuerint heredes suum imponere iugum erubuit ius antiquum intactum eis conservans. nos omnibus nostris subiectis sine differentia personarum concedimus.

Cum igitur materiam et exordium caducorum lex papia ab aditionibus que circa defunctorum hereditates procedebant sumpsit et ideo non a morte testatoris sed ab apertura tabularum dies cedere legatorum senatusconsulta que circa legem papiam introducta sunt censuerunt ut quod in medio deficiat hoc caducum fiat. primum hoc corrigentes et antiquum statum renovantes sancimus omnibus heredibus licentiam a morte testatoris adire hereditatem similique modo legatorum vel fideicommissorum pure vel in diem relictorum diem a morte testatoris cedere.

Et cum triplici modo ea que in ultimis elogiis relinquuntur contingebat deficere consentaneum est et tempora eorum et nomina manifeste exponere ut quod vel tollitur vel reformatur non sit incognitum. ea enim que vel his relinquebantur cum in rerum natura tunc temporis cum condebantur extrema elogia non fuerant forte his ignorantibus testatoribus et ea pro non scripto esse leges existimabant vel vivo testatore is qui aliquid ex testamento habuit post testamentum autem ab hac luce subtrahebatur vel ipsum relictum exspirabat forte quadam condicione sub qua relictum erat deficiente quod veteres appellabant in causa caduci vel mortuo iam testatore hoc quod relictum est deficiebat quod aperta voce caducum nuncupabatur.

In primo itaque ordine ubi pro non scriptis efficiebantur ea que personis iam ante testamentum mortuis testator donasset statutum fuerat ut omnia maneant apud eos a quibus fuerant derelicta nisi vacuatis vel substitutus supponitur vel coniunctus fuerat aggregatus. tunc enim non deficiebant sed ad illos perveniebant nullo gravamine in superiore in hoc pro non scripto superveniente quod et nostra maiestas quasi antique benivolentie consentaneum et naturali ratione subnixum intactum atque illibatum precipit custodiri in omne evum valiturum.

Pro secundo vero ordine in quo ea ventilantur que in causa caduci contingebant veteris ius corrigentes sancimus ea que ita evenerint similiquodam modo maneant apud eos a quibus derelicta sunt heredes forte vel legatarios vel alios qui pro fideicommisso gravari possunt sin in hunc casum vel substitutus vel coniunctus eos antecedat scilicet omnes personas quibus lucrum per huiusmodi ordinem defertur eas etiam gravamen quod ab initio fuerat eo

plexum omnino sentire: siue in dando sit constitutum siue in quibusdam faciendis uel in modo uel condicionis implende gratia uel alia quacumque uia excogitatum. neque enim ferendus est is qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contempnit.

In nouissimo autem articulo ubi proprie caduca fiebant secundum quod prediximus et clausis tabulis tam existentibus heredes quam posse adire siue ex parte sint siue ex asse instituti censemus et dies legatorum seu fideicommissorum secundum quod prediximus a morte defuncti cedere hereditatem. Que enim non fuit adita transmitti nec ueteres concedebant nec nos patimur: exceptis uidelicet liberorum personis de quibus theodosiana lex super huiusmodi casibus iam cuncta loquitur. huius in eo omnimus que super his qui deliberantes ab hac luce migrauerint a nobis constituta sunt in suo robore remanentibus. Sub tantibus paulo dubio et post presentem sanctionem propter sui naturam que aditionem hereditatis expectat ab adita hereditate una cum aliis que sunt in testamento manumissis uel aliis legatis relicta sunt operantibus. excepto etiam usufructu qui sui natura ad heredes legatarii transmitti non patitur et neque a morte testatoris neque ab adita hereditate quantum ad transmissionem dies eius cedit.

Sed hec quidem omnia in his obseruari sancimus secundum prefatam dispositionem que pure uel in diem certum relicta fuerint.

Si autem aliquid sub condicione relinquatur uel casuali uel potestatiua uel mixta quarum euentus ex fortuna uel ex honorate persone uoluntate uel utroque pendeat uel sub incerta die expectare oportet condicionis euentum sub qua fuerit relictum uel diem ut tunc cedatur uel condicio impleatur uel dies incertus extiterit. quod si uiuendo is qui ex testamento lucrum sortitus est decedat uel eo superstite condicio defecerit hoc quod ideo non preualuit manente dispositionis firmitate modo apud eos a quibus relictum est nisi et hic uel substitutus relictum accipiat uel coniunctus siue heres siue legatarius hoc sibi acquirat cum tam iuris sit et in institutionibus et legatis et fideicommissis et mortis causa donationibus posse substitui.

Sed ut manifestetur per quam partem manere oportet hoc quod fuit defectum apud eos a quibus fit derelictum: sancimus si quidem ad heredes lucrum perueniat pro parte hereditaria secundum eius distributionem. cum et ab ipsis simili modo si ualuisset prestaretur: nisi nominatim ab uno uel exceptis heredibus fuerat relictum. tunc enim quod ad eum solus uel soli prestabant ita et lucrum senciant.

Sin autem legatarii uel fideicommissarii sint uel mortis causa donatione honorati uel alia forte persona que fideicommisso pregrauari potest et hoc etiam nescit manere apud

enumeratas personas. Scimus pro numero omnino modo portionem et pro numero personarum. Sed et hoc quod non ineleganter summum ingenium Ulpianus in hac parte cum omni subtilitate disposuit, pretereatur nostra sanctione apertius hoc inducamus. Cum enim iam statuimus heredum suis oneribus ad eum qui lucretur pervenire, scimus siquidem condicionem vel aliud gravamen in dando sit constitutum, hoc omni modo lucrantes pro modo lucri agnoscere. Sin autem in faciendo aliquid impositum est, siquidem hoc et per alium impleri possit, simili modo et a lucrante agnosci, puta si honorata persona iubeatur insulam vel monumentum vel aliud tale suis sumptibus facere vel heredi vel legatario vel alii forte quem testator voluit, vel rem ad heredem testatoris emere vel locatorem vel fideiussionem subire. Et siquidem huius facti simile sit inchoatum et restet, sive per eum de quo testator locutus est sive per alium eiusdem lucri successorem adimpleatur. Sin vero talis est verborum conceptio ex facti natura ut quod relictum est ab alio adimpleri non possit, tunc et si lucrum ad aliquem pervenerit, non tamen et gravamen sequitur, quia hoc neque ipsa natura concedit neque testator voluit. Quid enim si iusserit eum in locum certum abire vel liberalibus studiis imbui vel domum suis manibus extruere vel pingere vel uxorem ducere, que omnia testatoris voluntas in ipsius solius persona intellexit conclusisse, cui et suam munificentiam relinquebat. In omnibus videlicet hoc obtinente ut pro sua parte et lucrum sentiant et gravamen, ubi hoc possit procedere. Subeant et hoc locum habere omnimodo in his que in caducum vel caduca secundum quod superdictum est fiebant. In pro non scriptis autem non in omnibus sed quibusdam, quia eorum quedam et sitalia sunt tamen cum suo onere veniebant, que et nos in novi iuris compositione servari censuimus, ne quis veteris iuris prolixitatem cum rebus necessariam vel pro eorum renovat scientiam.

His itaque definitis, cum in superiore parte nostre sanctionis in plurimis locis coniunctim fecimus mentionem, necessarium esse duximus omnia inspectione huius articuli lacius et cum subtiliore tractatu dirimere, ut sit omnibus notum et hoc aptissime constitutum. Non enim tantum coniunctio omnimodo quedam relinquuntur, sed etiam disiunctio. In his itaque siquidem coheredes sunt omnes coniuncti vel omnes disiunctim et vel instituti vel substituti, hoc quod fuerit quocumque modo vacuatum, si in parte hereditatis vel partibus consistat, aliis coheredibus cum suo gravamine pro hereditaria parte, etiam si iam defuncti sunt, acquiratur, et hoc et nolentibus ipso iure accrescat, si suas portiones iam agnoverint, cum sit absurdum eiusdem hereditatis partem quidem agnoscere, partem vero respuere secundum quod et in divinis

[illegible]

nium nominis decisionibus statutum est. Sin vero quidam ex heredibus institutis vel substitutis permixti sunt, et alii coniunctim, alii disiunctim nuncupati sunt: tunc si quidem ex coniunctis aliquis deficiat, hoc omnimodo ad solos coniunctos cum suo veniat onere, id est pro parte hereditatis que ad eos pervenit. Sin autem ex his qui disiunctim scripti sunt aliquid evanescat, hoc non ad solos disiunctos, sed ad omnes tam coniunctos quam disiunctos similiter cum suo onere pro portione hereditatis perveniat. Hoc ita tamen variatum, quia coniuncti quidem propter unitatem sermonis quasi in unum corpus redacti sunt et partem coniunctorum sibi heredum quasi suam praeoccupant, disiuncti vero ab ipso testatoris sermone aptissime sunt discreti et suum quidem habent, alienum autem non solum non appetunt, sed cum omnibus suis coheredibus accipiunt. Et hec in heredibus tantummodo statuenda sunt.

Idem. Expeditam antea quaestionem in presenti autem ex nostra lege quam de assertione tollenda possimus in quandam difficultatem incidere perspicientes tem compendioso remedio fulciendam esse censemus. cum enim per assertorem super libertate iudicium agitabatur: si in medio assertore litem agente assertus ab hac luce fuerit subtractus necessitas imponebatur mediocribus assertori litem implere. ut emptor si victus erat et libertate fuerat pronunciatus habebat regressum adversus venditorem. ut ei quasi libere persone venditio recitat id quod emptionali instrumento continebatur: vel natura certus exigebat. Cum in presenti autem quia vana nomina assertorum reiecta sunt: si persona pro cuius condicione agitur mortua fuerit quemadmodum iudicium potest impleri una tantummodo persona in iudicium veniente. Sancimus itaque in presenti causa licentiam emptori adversus suum auctorem venire quatenus vel ostendat venditor servum se vendidisse vel si non potuerit quare libera persona vendita evictionis periculum ad eum revertatur.

Quibus ad libertatem proclamare non licet. et de rebus eorum qui ad libertatem proclamare non prohibentur.

Impr. Dispar causa est eius qui dissimulata condicione sua distrahi se passus est et eius qui pretium participatus est. nam superiori quidem non denegatur libertatis defensio. posteriori autem et si civis romanus sit participatus est pretium libertas denegatur. Eam denique in eodem distinctionem adhibendam cum fideicommissaria libertas debetur prudentissimi iuris auctores responderunt.

Idem. De latronum familia descendentibus ex largitione principali vel auctoritate fiscali servis factis retro principes decreverunt libertatem denegari.

Idem. Si quis in libertatem proclamaverit. idque apud se esse eius

qui se dominum dicit, profitebatur quoniam de eo non dubitatur, reddi ac restitui iudex pronuntiabit. Quod vero petitur si fuerit negatione dubium, per cautionem conservabitur, ac petitio defertur ut, si fuerit approbata libertas, quoniam ipsi qui hominem commiserunt merendum est gestarum rerum ab eodem ratio atque omne quod debetur exposcatur, ut fruitione depulsa cuiusque domino quondam fiat hac quod ut suo dominii iure largitus est et quae ex earum rerum quaestu ac fructibus congregata sunt et quae de suis compendiis obscure capta ac parta, cum penes liberum esse non oporteat, quod apud suum dominus peculii nomine collocavit; ea vero quae testamento vel donatione quaesita sunt et quae ex earum rerum emolumentis empta confecta sunt eidem ingenuo deputentur. Quae tamen universa ex acto libertatis iudicio a se dictis rebus discernuntur, in sequestro esse oportet, ut his ab utroque deductis atque in medio iure collocatis ad eorum proprietatem uterque contendat.

De ordine cognitionum

Imperator. Rubrica.

Cum et ipse confessus es status controversiam te pati, quam ratione postulas prius quaestionem de condicione constaret tua accusationis? Cum ergo tu probari possessionem esse eum qui te esse suum contendit. Cum igitur sicut allegas status tui generis fretus es, iure vis ordinarium praesidem petere, qui cognita prius liberali causa ex eventu iudicii quod de crimine statuere debeat non dubitabit.

Idem. Si de hereditate et libertate controversia est, prius agi causa libertatis debet. Sed si de hereditate agitur, ordinanda quidem est causa libertatis, sed sufficit ei qui libertate utitur ad victoriam de hereditate secundum eum pronuntiatum esse.

Idem. Si tamen aliquid inferat ei quoniam ingenuam esse dicis, ante liberalis causa suo ordine agi debet, cognitionem suam praeside praebente, quoniam necesse est ante sciri si delictum probatum fuerit, utrum ut in liberam et ingenuam an in ancillam constituatur.

Idem. Si status controversiam patris lite prius liberali terminata, si pro te fuerit pronuntiatum, agere etiam adversus eum qui se dominum tuum esse contendit non prohibeberis, quod si non de te ab accusatione elidet, quia suum non proprium habentem liberale iudicium cessat causae autem examinatio apud eum qui iudicat ostendit utrum [illegible] accusatio in dubia debeat liberi status persone an evanescat.

Imperator. Cum status quidem tui movendi et te debita velle petere commemores, ordinariorum est praesidum sollemnibus interpositis, si hoc iuris admisit, ratio causam liberalem apud praesidem provinciae decidi, ut si bene suus vel suus non esse pronuntiatus, rem tibi iure debitam

restitui iubeat. cum hoc incertum ē utrum ne t' libo cōsti tuto an domino tuo si fuit te sniā declarauit debeatur ad solutionem debitorē tuū

Iurgem non oportet.

Idem. Si res tuas raptas t' ul' amotas ēē dicis ab hys quos suos tuos ēē contēdis hiis q̄ in libtatem pclamaūint cā libalis prius adū sūs eos ⁊ tunc dampni dati re rum q̄ amotarum iis apd̄ p̄sidem puincie contestan da ē. ut siquidem ul' sui nō ēē pnunciēt. tunc demum dampni dati et amotarū rerum pcede posit adhibita pbone condempnatō. si uo secus. q̄o rerum amotarū euanescat

Idem. Si qn̄ negocium status sūt exortum si ab eius pte q̄ dicitur suus aliquid dicatur ēē a domino acceptum prius considāri placet utrum de pos sōne suitutis in libtatem re clamandum putet. an uero ex possōne libtatis in suitutē uocatur. ac si eum de obseq is suilib; libtatem consti tit flagitare. ante decidi cōuenit status cām atq; ita p̄ben dir eptorum negōrum si res exe git audiam. Quod fieri q̄ ad suitutem uocatur quicq̄ directum ēē memoretur. uniū sa que constitit ablata ita de mum reddi conuenit ei quis uus ēē contenditur. si modo saluam rem futuram p ydo neos fideiussores pmisit. nā

sitales non potuit dare tunc ea conuenit de quib; de qb; in iudicio tractabatur sequest in eum diem in quo controū sia sopiatur. ut ex hysdem sia nq̄ facultas ēē non potit tā litis sumptus ⁊ alimonie h hominū subministrent. q̄ tū modato iudicis arbitrio fu erit estimatum. Cum aūt necdum lite de statu mota res ab aliquo directe sint. ⁊ snīa de restituenda possōne rerum lata. ille ne sine satis fiet de statu controūsiā mo uit. nēcitatem hebit et sine satisdatōne easdem res red dē. ⁊ tunc cām libalem secd̄ iuris ordinem exercere.

Idem

De collusione detegenda.

Imperator. Rubrica.

Cum suum matris tue et stupro uiolas se dominam suam ⁊ turpis coniunctōnis macu lam excogitande ingenuit atis collusione ac false capti uitatis uelamīto apd̄ compe tentem iudicem obtegē uo luisse pponas nec libtatem ei matrem tuam dedisse. s; so lam ingenuitatem cum iu de uoluntatis mendacio p duce cām asseueres. suum ēē palam ē. q̄n etiam diu pi reptum sup captiuitatem e missum. cūm non interesisse significas ingenuum fecisse non uideatur. nec asseūacio consensus tui ingenuitatis ius tribuē potuit

Idem. Ultime condicōis cō

stitutis privatis pactis mutare statum non licere. inuicem senatus consulto de collusore poena statuta, primo atque detegenti praemisso manifeste declaratur.

Ne de statu defunctorum post quinquennium quaeratur.

Imperator. agatur. Reca.

Quitis competens iudex causam praescriptionis examinabit. et si dominicae potestati pronum qui ut civis romanus in diem mortis vixit ante quinque annos quam ius bonorum mulieris inchoaretur vita decesse constiterit, libere status ex persona manumissoris non retractabitur.

Idem. Si is qui te heredem fecit per matris condicionem servus dicitur, et mater ante quinque annos litis motae vita decessit, praescriptionis locus erit, cum quaeri de statu non possit, ne de condicione matris retractaretur. Hoc ita si quamdiu vixit ut civis romana sine interpellatione ut civis romana egit.

Idem. Quamvis defunctus sit maritus quondam tuus, cuius status quaestio inferebatur, causa tamen etiam post obitum eius propter emolumentum successionis durat, eamque apud eum qui de hereditate vel de singulis rebus iudicaturus est decidi oportet.

Idem. Si is quem servum tuum fuisse et a fratre tuo manumissum atque heredem scriptum proponis ut civis romanus vixit nec intra quinquennium post mortem eius status quaestionem movere coepisti, intelligis neque heredibus ab eo scriptis neque his quos liberos esse voluit controversiam de senatus consulti formam facere posse. Quod si prius quam id temporis spatium excederet agere coepisti, et peculium eius more iudiciorum persequi et cum manumissis ordinata lite secundum formam edicti experiri non prohiberis.

Idem. Quod est constitutum post quinquennium de statu defunctorum quaestionem incipere non posse, ad speciem emancipationis iure nec ne perfecta sit minime pertinet.

Idem. Si maritus tua quasi ingenuus communi opinione vixit et quinquennium a die mortis eius excessit, potes rem publicam et pupillos si tibi status quaestionem movere temptaverint mota praescriptione repellere. An autem pro ingenua in diem mortis egit in iudicio requiretur: quod si varietatem invenerit, potiora tempora spectari convenit.

Idem. Si pater tuus velud ingenuus vixit nec status controversiam quasi fisci servus esset apud praesidem provinciae qui super huiusmodi quaestionibus iudicare solet, sed apud procuratorem rei publicae non competentem iudicem passus est, postque mortem eius quinquennium fluxit: status tuus ex praescriptione quae ex senatus consulto emanat protectus est.

Idem. Repetitio peculii rem

alii ut ancilla et alii ut libera vixit tempore civili tamen inspicitur ar. ut. ar. ff. de acquir. pos. si quis ante. et de alii. tri. l. Item mela. § si ei. si. iiii.

Si super eius ingenuitate ut s. de pedaneis iudi. l. ii. et s. ubi causa sta. l. ad vero status quaestioni ad bono res superiores quia non tantum in filius sed uxor. Et non s. de suis et leg. ult. tractatur. Hic quod contestatio non infirmat. Non sicut videtur ut ff. de re iud. l. am. § contemptatur. Si ex falsis instrumentis per totum ta[lis] contestatio et admittitur non potest sic nec ab alio facta ut ff. de edic. pro. l. in quatuor. Respectio nulla legatus decem viri ullo longissima sicut de prescripto. xxx. an. sic ut nulla omnino si hac legitur atque latitans. Item mala fide et sic iste titulus tantum bonefide. De prescriptione longi temporis. De prescriptione que vicetur status defuncti dicitur de ea qui statu in.

Nullas ... cedun. et ex a. ut s. i. per. prescriptio s. xx. a. l. nimius. ut s. § si. fu. l. l. si quid de xxx a. Et locum habeo per xxx. a. sic quod in asscriptitiis in cuius nullo tempore ut s. de agricolis et cum satis est ro. ne et de se. ... ut s. ....

fuit tum si nullo iusto titulo intercedente corpora ab aliquo possideantur: nulla temporis prescriptione munitabuntur. nec enim senatus consultum quod super non retractandis defunctorum statibus scitum est ad eum qui si defunctus in fugam conversus atque latitans decessit.

De longi temporis prescriptione que pro libertate et non adversus libertatem opponitur.

Imperator.

Mala fide morato in libertatem diu, propterea non potest longi temporis prescriptio. Unde cum confitearis fugam te ab eo cuius meministi recessisse, intelligis ex hoc solo sine dolo malo in possessione libertatis non esse.

Idem. Prestat firmam defensionem libertatis ex iusto initio longo tempore obtenta possessio. favor enim libertatis debitus et salubris iam pridem hoc suasit ut hi qui bona fide in possessione libertatis per xx annorum spacium sine interpellatione morati essent, prescriptione adversus inquietudinem status eorum, propterea debet ut liberi et cives fiant romani.

Exemplum sacrum litterarum constantini et licinii augustorum ad dyonisium vice prefectorum agentem. Solam temporis longinquitatem etiam si lx annorum curricula excesserunt libertatis iura minime mutilari oportere congruit.

De peculio eius qui meruit libertatem. Rubrica.

Imperator.

per xxx. inter absentes vel presentes. testatio quod maius tempus exigitur quia aliud per contra dicitur. s. quia sine titulo

Longe diversam causam eorum quia super statu manumittuntur. Item illorum quibus testamento libertas relinquitur esse dissimulare non debuisse cum superiore quidem casu concessum tacite peculium si non adimatur, posteriore vero nisi specialiter fuerit datum penes successorem remanere iuris evidentissimi.

De senatus consulto claudiano tollendo. Rubrica.

Imperator.

Cum inter nostri temporis in quibus multos labores pro libertate subditorum sustinuimus satis esse impium credimus quasdam mulieres libertate sua fraudari, et quod ab hostium ferocitate contra naturalem libertatem inductum est hoc ad invidiam nequissimorum hominum inferri, claudianum senatus consultum et omnem eius observationem circa denuntiationes et iudicium sententias conquiescere in posterum volumus, ne ea que libera constituta est vel semel decepta vel infelici cupidine capta vel alio quocumque modo natalium suorum ingenuitatem deducatur in servitutem et sic dedecus pessimum cognationis sue fulgori, ut si forsitan que decoratos dignitatibus habebat cognatos hoc malo eius cadat dominum et dominus patruelis forsitan cognatis suis inferiorem quod etiam in libertis observari oportet. semel enim libertate potitam per tale dedecus in servitutem deduci religio te-

l. i. § i. de agricolis et ce. censimus. § ult. non ee. ut. s. ubi causa sta. l. i. et de lib. ca. ca q. et sic non presumitur quam male fidei eo quod aliquando fuit. sic sup. t. i. l. si. et s. de servitut. l. altius ac. sicut ab aliquo bo-

Prestat iniciatum. a. iusta causa antecedente vel cum veluti nasciture fuerit et de suo ab eo manumittatur et in libertate moretur s. p. vel saltim ea opinione sicut putet se liberum. possessio. a. qui possidet non eo enim se possidere pot. ac bona fide et sine titulo ut causam doctores. s. sic s. de servit. l. i. sic et infra v. an. de qua loquitur superior titulus.

causa ubi vero libertas data inter vivos pro inde habetur ac si tacite relictus esset data ut s. de lat. lib. toll. § sancimus et § sed si quis tacite ut s. de contr. vel manu. l. ii. § sine causa. sed quare ergo diversitas. Re. qui testatur disponit in que vult bona testamenti et sic peculium cum sit de bonis et sic a libertate exceptatum sed inter vivos sibi nil excipit nec aliter et sic presumitur suo tacite indicatam voluntatem ostendere vel aliter s. p. quia in ultima voluntate non potest sic cogitare. Unde lex pro eo cogitat.

porum meorum nullo patitur modo. sed ne sui vel ascripticii putent se impunitum esse tale conamen quod maxime in ascripticios verendum est ne vel harum mulierum nuptiis ab his excogitatis paulatim hominum condicio decrescat: sancimus si quid tale fuerit vel a suo vel ascripticio perpetratum vel iam here potestatem dominium eius sive per se sive per presidem provincie talem suum vel ascripticium castigacione competenti corrigere a b stralare a tali muliere. quod si neglexerit sciat in suum dampnum hoc desidiam reversuram.

De nudo iure quiritium tollendo. Rubrica.

Imperator. Antique subtilitatis ludibrium per hanc decisionem expellentes nullam esse differentiam patimur inter dominos apud quos vel nudum ex iure quiritium vel tantummodo in bonis reperitur: quia nec huiusmodi volumus distinctionem nec ex iure quiritium nomen quod nihil ab enigmate discrepat neque umquam videtur neque in rebus apparet: sed est vacuum et superfluum verbum per quod animi iuvenum qui ad primam veniunt legum audientiam perterriti ex primis eorum cunabulis inutiles legis antique dispositiones accipiunt: sed sit plenissimus et legitimus quisque dominus sive servi sive aliarum rerum.

De usucapione pro emptore vel transactione.

Mancipia tua si ab eis distracta sunt qui ius vendendi non habuerunt vendicare ea potes si nec emptores usucapiabo emptoribus potuerunt cum in vicia venditione furtum certum sit.

Idem. Si contra defuncti voluntatem tutores puellam perfecte etatis pupillam heredibus suis defunctus fundum testamento precepit tutore vendiderunt usucapi non potuerunt.

Idem. Si matrem eius cuius nomine questionem pati dicis bona fide emptam eam possidente ipsa etiam si ipsa in causam furti non incidit tamen postea conceptum apud te partum usucapere potuisti.

Idem. Vendicionem ancille consensum dedisse dictam partem si pro omnis retinendo ceterum quin ipsa ratum huic non audiet. sed et hac, pro ne cessante si bona fide emptam ancillam vendi tore bona fide distrahente te porus spacio usucepis in te dominium proprietatem vendicantis tenere non potest.

Idem. Si partem possessionis male fidei possessor venumdedit id quod ab ipso tenetur omnino cum fructibus recipi potest. Porcio autem que distracta est tandem demum recte petitur a possidente si sciens rem alienam comparavit vel bone fidei emptor non dum compleuit usucapionem. Violenti autem possessione amissa prius quam in dominium potestatem pervenerit...

ar. s. qui testa. fa. pos. hac consul. § ac. cu. t mant. de ttie rse. sullo quoque. ubi aut. p tumultu mortis te et h placet tali ut. jo. etiam redimit quia ... ecam habebit ... ar. ff. ma. l. sui ... De senatusconsulto Claudiano etc. quia hoc senatusconsulto que nobat contra libertatem ... tollendo dicit. Communia ... quia per capti ... naturalem ... ventre ... exlibero ventre ...

... quia non constitutam erit idem est per scientia rei aliene ... vendicionis ... ff. de statu. l. statu. ... potuerunt ... quia contra defuncti voluntatem ... pupilli ... ff. de acquir. re. do. l. bone fidei ... aliena

Aliquem ... romanorum nam romanam sic dicuntur ... nomine ... esse hic necesse ... ut s. de servis ... De usucap. pro emptore vel transactione dixit ... ut de testam. ... Mancipia. habuit ... quibus ... vendi. licet non sint domini ... aliena vendere lex permittat ut ff. de contrahenda emp. l. rem alienam ... alienam ... ff. de furtis ... alienum ... fecerunt furtum

Usucapio emptori si bona fide initiatus est non competit.

Idem. Cum sit probatum rem pignori fuisse obligatam et postea a debitore distractam palam est non potuisse eam quasi furtivam usucapi.

Idem. Sciens furtum alienum contra domini voluntatem vendendo furtum committit et quod rei vitium priusquam ad dominum eius revertatur possessionem non permittit usucapi onem licet bona fide possidet.

Imperator. Ex causa transactionis habentes iustam causam possessionis usucapere

Idem. possunt.

Eum qui a pupillo sine tutoris auctoritate distrahente comparavit nullum longi temporis spacium defendit. Sed si locupletior emptoris pecunia factus post pubertatem dolo eum iniquum trahat contra pendentem doli mali submovetur exceptione.

De usucapione pro donato.

Imperator. Rescripsit.

Si quae fuit dominus quae tibi loca de quibus supplicasti donavit, sive a non domino bona fide donata suscepisti, ea quae usucepisti auferri tibi quod iure quesitum est non potest.

Idem. Donantem ancillam alienam nec dominio dimovere non est ambiguum. Unde si furtivam etiam esse contra voluntatem domini contendas, ita ut eius rei nec usucapio possit procedere.

Idem. Irritam facit donationem perfectam neminem licet. Unde quod hoc iure nomine efficit error si ea causa ratione fidei bone non defenditur quod in dominio per usucapionem querendo servatur.

De usucapione pro dote.

Imperator. Rescripsit.

Res mobiles in dote data quamvis aliene fuerint, marito tamen sciunta bona fide accipiente pro dote usucapiuntur.

De usucapione pro herede.

Imperator. Rescripsit.

Cum pro herede usucapioni locum non habet intelligis neque in rem tuam ius est intentio, neque te usu manucapta ex ea causa capere posse.

Idem. Opinione falsa mortis pro herede possessionem rerum absentis procedere non potest.

Imperator. Nichil pro herede posse usucapi suis existentibus heredibus

Idem. obtinuit.

Usucapio non precedente vero titulo procedere non potest nec prodest tenenti neque heredi eius potest neque obtentu velud ex hereditate quod alienum fuit domini intentio nullo longi temporis spatio prescriptio queritur.

Communia de usucapionibus.

Imperator. Rescripsit.

Qui conducto possidet quamvis corporaliter teneat non tamen sibi sed domino rei creditur possidere. Neque enim colono vel conductori predio rum longe possessionis prescriptio queritur.

Item. Iam pridem quidem in[?]capium de quo supplicas comparasse dicis. Sed si recogitamus fiscalem rem usucapi non posse eandem te actionibus fisci inter[?]ligis, nec alias posse rei proprietatem obtinere cum si non ex causa fiscali natam fuisse contendere existimes.

Item. Si mala fide fundum tuum[?] Antiochus tenuit, in heredem tuam et successorem eius, et bona fide possidet per mancipium usucapio non assumpsit.

De usucapione transformanda et de sublata differentia rerum mancipi et nec mancipi.

Imperator Iustinianus. Cum nostri animi vigilantia ex iure Quiritium nomen et substantiam sustulit et ut communes exceptiones in omni loco valeant, id est x. vel xx. vel xxx. annorum vel si que sunt alie maioris evi continentes prolixitatem, sancimus etiam usucapionem in Italicis quidem solis rebus admittentem, in provincialibus autem recludi.

Et si quis res alienas Italicas tamen bona fide possidebat per biennium, misera rerum domini excludebantur et nullus eis ad eas reservabatur regressus. Que et nescientibus dominis procedebant, quo nichil inhumanius erat, si absens et nesciens tam angusto tempore suis cadebat possessionibus. Ideo per presentem legem et in Italicis et in rebus que immobiles sunt vel esse intelliguntur, sicut annalem exceptionem ita et usucapionem transformandam esse censemus, ut tantummodo rebus x. vel xx. annorum vel xxx. et aliarum exceptionum tempora currant, huiusmodi angustiis penitus semotis.

Cum autem antiquitas et in rebus mobilibus vel se moventibus, que fuerant alienae, vel quocumque modo bona fide tamen detente, usucapionem extendebant non in Italico solo, sed in omnem orbem terrarum, et hanc annali tempore concludebant, et eam duximus esse corrigendam, ut si quis alienam rem mobilem seu se moventem in quacumque terra sive in Italica sive in provinciali bona fide per continuum triennium detinuerit, is firmo iure eam possideat quasi per usucapionem ea acquisitam.

Hoc tantummodo observando, ut in his omnibus casibus ab initio bona fide eam possideat, secundum quod exigit longi temporis prescriptio, et ut continuetur ei possessio et antecessoris iusta possessione, et communi et in decennium vel in xx. annorum spatium, vel triennium, quod in rebus mobilibus observandum esse censemus, ut in omnibus iusto titulo possessionis antecessoris iusta detentio, quam in re habuit, non interrumpatur ex posteriore forsitan alienae rei scientia, licet ex titulo lucrativo ea coepta est. Et ea tenuitas ampliatur quidem longi temporis materia, que ei subinde conferetur.

dicta est innuatur et usucapionum compendiosa divisio [illegible] iactura et eius vias nocentia cum etiam res divini mancipi et nec mancipi sane antiquum est in toto antiquiori, et sit in rebus et in locis omnibus similibus ordo in ullis ambiguitatibus et differentiis sublatis.

De acquirenda et retinenda possessione. Rubrica.

Imperator. Per liberam personam ignoranti quoque acquiri possessionem et postquam scientia intervenerit usucapionis condicionem inchoari posse tam ratione utilitatis quam iuris prudentiae receptum est.

Idem. Minus instructus est qui te sollicitum reddidit quasi in vacuam possessionem eius quod per procuratorem emisti non sis inductus. Cum enim ipse proponas diu te in possessione fuisse, omnia quae ut dominum gessisse licet enim initium quo non sit corporaliter ensum quod traditur sit possessio ipsa tamen rei veritate id consecutus es si sciente venditore in possessione fuisti.

Idem. Donatarum rerum a quacumque persona infanti vacua possessio tradita corpore quaeritur. Quamvis enim sint auctorum sententiae dissentientes, tamen consultius videtur interim, licet animi plenus non fuisset affectus, possessionem per traditionem esse quaesitam: alioquin, sicuti consultissimi viri Papiniani responso continetur, ne quidem per tutorem possessio infanti poterit adquiri.

Idem. Licet possessio nudo animo acquiri non possit, tamen solo animo retineri potest. Si ergo desertam praediorum possessionem non derelinquendi affectione transacto tempore non coluisti, sed ex metus necessitate culturam eorum distulisti, praeiudicium tibi ex transmissi temporis iniuria generari non potest.

Idem. Cum nemo causam sibi possessionis mutare possit, proponas autem colonum nulla extrinsecus accedente causa ex colendi occasione ad iniquae venditionis vitium esse prolapsum, praeses provinciae inquisita fide veri dominii tui ius convelli non sinet.

Idem. Si nulla vis facta est, cum in agrum tuum sive vineas, cum civis meministi, praeses repente nec ulla praescriptione vincitur in appellatur petitio restituere possessionem cum omni causa non dubitavit.

Idem. Nisi prava possessio firmius titulum possidenti nihil praestare potest. Unde ingredientem in vacuam possessionem alienam fundi non consentiente domino vel actore qui eius rei concedende potestatem habuit, causam iustam possessionis adipiscendae non potuisse tenuisse certum est.

Idem. Per procuratorem utilitatis causa possessionem et si proprietas ab ea ac separatim non possit dominium quaeri placuit.

Idem. Nec ex vera venditione possessionem quam non fuerat emptor adeptus amplius retinere potest, ac multo minus is qui assertione sua velud emptor est.

In auth. ut spon. lar. coll. ix. § Rursus.

Male fidei possessore alienante cessat longi temporis praescriptio si verus dominus ignorat ius suum et alienationem factam. Competit ergo xxx. annorum defensio.

sine obligatione pignoris mutuam pecuniam dedisse, fructuum impensas alienum retinendi iustam habet causam.

Idem. Nemo ambigit possessionis duplicem esse rationem, aliam quae iure consistit, aliam quae in corpore. Sed utramque ita demum esse legitimam, cum omnium adversariorum silentio ac taciturnitate firmetur. Interpellatione vero et controversia progressa non posse eum intellegi possessorem qui, licet corpore teneat, tamen ex interposita contestatione et causa in iudicio deducta super iure possessionis vacillet ac dubitet.

Idem. Vitia possessionum a maioribus concepta perdurant, et successorem auctoris sui culpa comitatur.

Idem. Ex libris Sabinianis iam nominis auctoris relatum tollentes definimus, ut sive servus sive procurator vel colonus vel inquilinus vel quispiam alius, per quem licentia est nobis possidere corporaliter, nactam possessionem cuiuscumque rei eam dereliquerit vel alii prodiderit, desidia forte vel dolo, ut locus aperiatur alii eandem possessionem detinere, nihil penitus domino praeiudicium generetur, ne ex aliena malignitate alienum damnum emergat, sed et ipse si liberae condicionis est competentibus actionibus subiungetur, omni iactura ab eo restituenda domino rei vel ei circa quem neglegenter vel dolose conversatus est. Sin autem nec eum sub manibus procuratoris vel coloni vel inquilini vel sui possessoris sciente est, sed ipse accipere defensionem vel otio supersedit, tunc ipse qui eum transmisit ex mala sua electione praeiudicium circa possessionem patiatur, ex memoratarum personarum vel machinatione vel neglegentia accedens. Sed hoc tantummodo sancimus, ut dominus nullo modo aliquod discrimen sustineat ab his quos transmisit, ut non lucrum nisi per eos acquirat aliquod. Cum enim antiqua regula quae diffinit ut deteriorem condicionem per servum domino nullo fieri modo, tunc locum habet cum de damno dominus periclitaretur, non enim circa lucrum per servum acquirendum. Fidat satis vero videtur et in hoc casu domino rei vel ei qui ad eam detinendam praefatas transmiserit personas adversus eas omnis actio, si qua ex legibus ei competit, observata.

De praescriptione longi temporis, id est decem vel viginti annorum.

Imperator. Cum post motam controversiam quidem res ad nova dominia bona fide transierunt et exinde novi viginti anni intercesserunt sine interpellatione, non est inquietanda quae nunc possidet persona, quae sicut accessione dominii prioris non utitur, quia est inquietatus, ita nec impedienda est quod ei mota controversia sit. Cum si prior possessor inquietatus est et si postea per longum tempus sine aliqua

interpellatione in possessionem rei mansit: tamen non potest uti longi temporis prescriptione: quod etiam in re publica fieri non oportet.

Idem. Longi temporis prescriptio his qui bona fide ceptam possessionem continuatam nec interruptam inquietudine litis tenuerunt: solet patrocinari.

Idem. Si vinee quas mater tua vitrico tuo in dotem dedit: tue proprietatis sunt: nec ulla prescriptio ex transacti temporis prolixitate adolevit: preses provincie restitui tibi eas efficiet.

Idem. Diutina possessio tantum iure successionis sine iusto titulo obtenta: prodesse ad prescriptionem hac sola ratione non potest.

Idem. Nec petentem dominium ab eo cum petentis solus error causam possessionis sine vero titulo prestitit: silentio longi temporis prescriptione depelli iuris evidentissimi est.

Idem. Si fraude et dolo vel maiores annis quinque viginti venditio est: hanc confirmare non potuit consequens tempus. cum longi temporis prescriptio in male fidei contractibus locum non habeat.

Idem. Longi temporis possessione munitis inquietudinem amissionem iuris auferri nec civitate possessionis paratam securitatem maleficium alterius immutare turbare potest.

Idem. Si ius dominii quem supplicas matris tue quondam mancipia cum filius ex causa adoptionis defendit affectio destinate voluntate adoptionis ad eorum dominium ei quaerendum sola non sufficit: quamvis propter mancipia petere non prohibens nullam timens temporis prescriptionem si hoc tantum initio precedente is quem supplicas horum possessionem adeptus est.

Idem. Emptor bona fide ex presentem decennii prescriptione eius initio contestationem litis sufficit postea quam in suam impleverit intentionem petitor adhibita probatione iuste possessionis defensor absolvi recte postulat.

Idem. Nec bona fide possessionem adeptis longi temporis prescriptio post moram litis contestate completa proficit: post motam controversiam in preteritum extimetur.

Sup. longi temporis prescriptione que ex decem et viginti annis introducitur: prescriptio iure scimus ut sive ex donatione sive ex alia lucrativa causa bona fide quis per x. et xx. annos rem tenuisse probetur: adiectio scilicet etiam temporis possessionis memorata longi temporis exceptio sine dubio ei competat. nec occasione lucrative cause repellatur.

Idem. Cum in longi temporis prescriptione tres emergebant veteribus ambiguitates: prima propter res ubi posite sunt: secunda propter personas sive utriusque sive alterutriusque presenciam exigimus: tertia si in eadem provincia vel si in eadem civitate debeat esse persona tam petentis quam possidentis et res pro quibus certatur: omnis presentis legis amplectimur diffinitionem. ut nichil

...tica eam relinquitur. Sciendum itaque debet in hac specie utriusque persone tam petentis quam possidentis spectari domicilium, ut tam is qui dominium vel ypothece questionem inducat quam is qui res possidet domicilium in uno habeat loco, id est in una provincia. hoc etenim nobis magis eligendum videtur ut non civitate concludatur domicilium sed magis provincia: et si utrique domicilium in eadem habent provincia causam inter presentes esse videri et decennii prescriptione agentem excludi. De rebus autem quibus dubitatio est nulla erit differentia sive in eadem provincia sint sive in vicina vel transmarine posite vel longo spacio seperate. Si vero autem non in eadem provincia uterque domicilium habeat sed alter in alia, alius in altera, tunc videri inter absentes causam disceptari et locum esse xx. annorum exceptioni. nichil enim prohibet sive in eadem provincia res constitute sunt sive in alia super his controversiam in iudicio provinciali moveri, et multo magis in hac florentissima civitate. quid enim prodest in ipsa provincia esse possessionem an in alia, cum ius vendicationis incorporale est et ubicumque res posite sunt et dominium earum et vinculum ad dominum vel creditorem possit restitui. Ideo enim nostri maiores subtilissimo animo et divino quodam motu ad actiones et earum vincula pervenerunt, ut incorporales constitute possint ubicumque ius suum et effectum corporalem extendere. sic igitur secundum hanc diffinitionem causa perfectissime composita, et nemo post hanc dubitet neque inter presentes neque inter absentes quid statuendum sit, ut bono initio possessionem tenentis et utriusque partis domicilio requisito sit expedita questio pro rebus ubicumque positis, nulla scientia vel ignorancia expectanda, ne altera dubitationis inextricabilis oriatur occasio. Eodem observando et si res non soli sint sed incorporales que in iure consistunt, veluti ususfructus et cetere servitutes.

In quibus causis cessat longi temporis prescriptio. Rubrica.

Si is cui fundum comparandum dedisti post instrumenta quibus dominium ad te pertinere probari poterat per novicam tuam subtraxit, hoc solo prescriptione temporis defendi non potest.

Idem. In furtivorum proprietatis negocio cum usucapio locum habeat, ad questionem longi temporis prescriptionis superfluo pervenitur.

Idem. Unus in dividuum commune pro solido possidens intervallo temporis quominus socius vendicare portionem vel eum communi dividundo iudicio provocare possit non defenditur, cum neque familie herciscunde iudicio neque communi dividundo actio excluditur longi temporis prescriptione.

Idem. Hereditatem quidem petentibus longi temporis p...

scripcio nocere non potuerunt hijs qui nec pro herede nec pro possessore sed pro emptore uel donato seu alio titulo res que hereditatis sunt uel fuerunt possident. cum ab hijs successio uendicari non possit. inde haec iuris diffinitio nocet.

Idem. Si puerum non pro delicto hostium sed ab hostibus uiolatum sumptibus tuis sicut asseueras ultro existimans curasti longi temporis prescriptione quo minus dominus eius offense rogata recte uendicet deffendi non potest.

Quibus non obiciatur longi temporis prescriptio. Rubrica

Tantum tempus expeditionis aduersus petitiones si quae competisse iuste probari possunt. et prescriptionem non parit.

Idem. Cum per absentiam tuam eos de quibus quereris in res iuris tui irruisse asseueres. teque ob medendi curam comitatum nostrum discedere non posse palam sit. preses prouincie nostro accessitus hijs quorum causa contingit te nos cognoscet. nec enim autem non petis ex longi temporis diuturnitate prescriptione tibi non opponi quoniam iuste absentie ratio et necessitatis publice obsequium ab huiusmodi iudicio te defendat.

Idem. Non est incognitum id temporis quod in minore etate transmissum est longi temporis prescriptioni non computari. ea enim tunc tantum currere incipit quando ad maiorem etatem dominus rei peruenit.

Idem. Si possessionem inconcussam sine controuersia perseuerauit. firmitatem suam teneat. obiecta prescriptio quoniam contra absentem uel rei publice causa uel maxime fortuito casu nec quoniam ualet decernimus.

Idem. Neque mutui neque commodati aut depositi seu legati uel fideicommissi uel tutele seu cuiuslibet personalem actionem longi temporis prescriptionem obici potuisse certi iuris est.

Idem. Ab hostibus captus ac postliminio reuersus actione in rem directa uel qualibet alia dominium uendicando temporis aduersarii possessionem fictam tamen. cum aduersus eos qui restitutionis auxilium quacumque ratione iuuant huiusmodi fictionem non opituletur.

Idem. Prescriptione bona fide tenentes aduersus presentes annorum decem. absentem autem .xx. munimine. quod tempus si ex alicuius persona de petitorum parte restitutionis pretendatur auxilium deducto eo quod succurri solet si quod fuit gestum residuum computari rationis est.

Idem. Scimus hijs solis militibus qui expeditionibus occupati sunt ea tantummodo tempora que in eadem expeditione perierunt in exceptionibus declinandis opitulari. illis temporibus per que cura expeditionum necessitatem in alijs locis uel in suis edibus degunt minime eos ad uendicandum hoc priuilegium adiuuantibus.

Si adversus creditorem. Imperator. Rubrica.

Diuturnum silentium longi temporis praescriptione corroboratum creditoribus pignora persequentibus inefficacem actionem constituit, praeterquam si debitores vel qui in iura eorum successerunt obligatae rei possessionem incumbant. Ubi autem creditori a possessore longi temporis praescriptio obicitur, personalis actio adversus debitorem salva ei competit.

Idem. Si debitori heres non extitisti, sed iuxta xx annorum spacium possessione collata in te donatio roborata est, neque personali actione, quia debitori non successisti, convenire te iuris ratio permittit, nec data pignori praedia post intervallum longi temporis tibi auferenda sunt, cum inter praesentibus creditoribus x annorum praescriptio opponi posse tam rescriptis nostris quam priorum principum statutis probatum sit.

De quadriennii praescriptione. Imperator Zeno. Rubrica.

Notum est a fisco eidem post quadriennium continuum super bonis suis cautionibus inchoandam non esse, sancitum etiam esse et eos qui nostra largitate nituntur nulla inquietudine lacessendos, nec hiis a fisco nostro controversiam commovendam, qui quocumque modo aut titulo easdem res possedit.

Idem. Omnes qui quascumque res mobiles vel immobiles seu se moventes vel in actionibus aut quocumque iure constitutas vel a sacratissimo aerario comparaverunt, eos quin etiam quibus quaecumque res mobiles seu immobiles seu se moventes aut in actionibus vel quocumque iure constitutae munificentiae principalis nomine datae sunt, omnibus pariter privilegiis quae ex divinis sanctionibus inclitae recordationis Leonis nostrae pietatis super ceteris patrimoniis antea emptores consecuti sunt, scimus potiri, et ita cunctos hiis beneficiis seu privilegiis perfrui tamquam si super singulis substantiis seu patrimoniis etiam nunc vel postea datae fuissent hiis dispositionibus; nec posse contra emptores praedictarum rerum factos iam vel futuros vel contra eos super quibus super hiis rebus largitas nostra delata est vel fuerit aliquas actiones iure dominii vel hypothecae et generaliter vel in personas civiles seu praetorias vel ex legibus aut sacratissimis constitutionibus descendentes vel quaslibet alias, licet nominatim praesenti sanctioni non sint comprehensae, moveri, data volentibus licentia intra quadriennium contra sacratissimum aerarium, si quas sibi competere actiones existimant, exercere, ita tamen quod post elapsum quadriennium nec sacratissimum fiscum liceat eis met quibuslibet actionibus pulsare cognoscant.

Ad hec fiscalium rerum emptoribus cum ratione iustitiae consulentes iubemus quotiens competens scrinium gestis

in titulis earum venditionibus distractarum rerum pretia sese disposuisse suscepisse: minime post hec solute pecunie dispositionem emptores quidem non numeratis pecuniis molestiam vel necessitatem hisdem emptoribus imponi. licet non sollemnem consecuti fuerint securitatem soluta fuisse pretia probare: sed cum sit in arbitrio pretia suscipientis minime deponere sese quod non accepit suscepisse: ita convenit nec emptores plenissimam ex hac dispositione super pretiis solutione securitatem consecutos ullum sicut dictum est ulterius petitionis gravamen penitus formidare.

Idem. Bene a Zenone dive memorie fiscalibus alienationibus prospectum est, ne homines qui ex nostro erario donationis vel emptionis vel cuiuslibet alterius alienationis titulo quecumque acceperint, si quid etiam certum certarum rerum emisit vel evictionis vel alterius inquietudinis gratia ad dominium vel ypothecam respicientes aliquid sustineant detrimentum, sed adversus emptorem quidem vel donatorem accipientes vel per alios titulos alienationis quecumque detinentes minime quecumque actiones moveantur, sed tantummodo certarum usque ad quadriennium tantum, quo tempore elapso neque adversus fiscum aliqua remaneat actio. sed scimus hoc quidem in fiscalibus alienationibus valde ignaviter observari, sed non similiter rem fuisse observatam etiam casu res que a sacratissimis imperatoribus non a fiscalibus rebus sed ex privata eorum substantia procedunt, quod satis irrationabile est. que enim differentia introducitur cum omnia principis esse intelligantur, sive a sua substantia sive ex fiscali aliquid fuerit alienatum? eodem quoque modo et si a serenissima augusta aliquid alienetur, quare non eadem utatur prerogativa? sed curatores nostri per quos solemus substantiam nostram gubernare necesse habent in venditionibus rerum et evictionem et alia que sunt private utilitatis pacta emptionalibus instrumentis addere vel quasdam tales obligationes in alienationum instrumentis agnoscere vel in permutationibus vel transactionibus si et hoc fuerit celebratum. hoc enim est eorum qui non maiestatem imperialem agnoscunt, et quantum inter privatam fortunam et regale culmen medium est et nostros curatores per quos res divinarum domuum reguntur aliquibus iniuriis vel dispendiis afficere conantur. que omnia resecantes per hanc generalem et in perpetuum valituram legem sancimus omnes alienationes de aula procedentes sive a nostra clementia sive a serenissima augusta coniuge nostra sive ab hiis qui postea digni fuerint nomine imperiali, sive iam alienatum quidem sive postea fuerit, sine omni inquietudine permanere, sive res eis per nosmet

ipsos sive privatores ex epista
vivate tam nostro sunt assignate.
Et nemo audeat eos qui res
acceperunt per quemcumque ti
tulum alienationis sive mob
iles sive immobiles seu se mo
ventes vel iura incorporalia vel
panes civiles iudiciis afficere
vel sperare aliquam contra eos esse viam
aptam. sed omnis aditus exc
ludatur: omnis motus et spe
cies petulancie. sed adversus do
mos nostras habeant vires quadrien
nii tamen secundum imitacionem fisci
quas existimant se posse competere
actiones in rem vel ypothecari
am. ut ex nostra iussione causa mo
veatur et competentem mo
veat effectum. quod si quadrienni
um finitum fuerit nec adversus
nostram domum habeat quis quam
cumque actionem. Quia igitur mult
a sancimus tam nosmetipsos
quam serenissimam augustam
coniugem nostram variis personis
iam donasse et vendidisse vel
et per alios titulos assignasse.
et maxime sacrosanctis ecclesiis et
xenonibus et ptochotrophiis et
episcopis et monachis et aliis veni
erabilibus personis et eandem
liberalitatem ex nostra substantia sive sere
nissime coniugis nostre esse con
fectam. Sancimus eos et firmo
iure habere quod consecuti sunt ita
ut contra illos quidem nulla mo
veatur actio. sint tamen quadriennium
autem ex presenti die nume
randum pateat omnibus
aditus contra nostras divinas do
mos suas actiones super his de
rebus movere. Scituri quod post facto

quadriennio finito neque adver
sus nostras domos aliquis eis
refuetur regressus. cum enim
multa privilegia augusta
fortuna meruit et in donationi
bus sine insinuacione gestorum
omnem firmitatem habentibus
et super rebus quas pro tempore sere
nissimus princeps divine
auguste Constantine memorie
donavit. vel ipse a serenissima
augusta per donacionis titulum
consequitur: ut maneat illic
o donacio plenaria nullo alio af
firmacionis tempore exspec
tando. ita et hoc videatur im
periale esse privilegium. Cum ei
sius consiliis suisque laboribus
pro toto orbe terrarum die noc
tuque laborant. quare non habeat
dignam suam prerogativam
fortunam. Que igitur per augusto
honore et cautela res accipi
endum nostra statuit et iunctas
hoc tam sublimitas tua quam
ceteri omnes iudices nostri obser
vare festinent ex eo tempo
re valitura ex quo nutu di
vino imperiales suscepimus
infulas.

Ne rei dominice vel templorum vindicatio temporis exceptione submoveatur. Rubrica.

Imperator.

Sepe numero perceptum est ut servi atque liberti co
lonique preterea rei nostre
non etiam eorum soboles ac
nepotes quicumque de nostris
possessionibus recessissent ac se ad
diversa militie genera contulissent
cingulo in quo obrepserant
fraudulenter exuti ... ad aliquos

fortassis tamen scendent dignitates omni temporis cursu communione submota nostro patrimonio reddentur.

Imperator. Universas terras que a colonis dominicis sive emphyteotecariis iuris rei publice vel iuris sacrorum templorum in qualibet provincia vendite vel ullo alio pacto alienate sunt: ab his qui preter iam atque contra leges detinent: nulla longi temporis prescriptione officiente iubemus restitui. ita ut nec pretium quidem in meritis comparatoribus reposcere liceat.

Idem. Si que tamen loca ad sacrum dominium pertinentia cuiuslibet temeritas occupavit: secundum veteris census fidem in sua iura revocentur. Scripta vero obreptionibus impetrata cum prescriptione longi temporis et novi census preiudicio submoveat auctoritas tua. atque ita omnia suo corpori que fuerant ammissa restituet. neque enim incubatio diuturna aut novella possessio proprietatis nostre privilegium abolere poterit.

De prescriptionibus XXX vel XL annorum. Rubrica.

Imperator. Cum assueveris te absente eos qui oculos precibus tuis imposuerant operam dedisse ut annonarie collationis pretextu vel procuratione ab officio presidali precia tua distraherentur: si legittimi temporis spacium ex venditionis die effluxerit: qui provinciam regit inter vos cognoscet. et quod publico iure scriptum est statuet. Sin autem nondum ex die publice contractionis legittimum tempus transmissum fuit: iudex examinatis allegationibus tuis quod rei qualitas dictaverit exequetur: non ignarus si in iustam emptionem perfecerit pretium quod pro vicioso contractu datum est secundum principalium statutorum tenorem male fidei emptoribus restitui non oportere.

Idem. Male agitur dominis prediorum si tanta precario possidentibus prerogativa defertur: ut eos post quadraginta annorum spacia qualibet ratione decursa inquietare non liceat: cum lex constantiniana iubeat ab his possessionis initium non requiri qui sibi potius quam aliis possederunt. eos autem possessores non convenit appellari qui ita tenent ut ob hoc ipso debeant prestare solitam mercedem. nemo ergo qui ad possessionem ut conductor accedit dum alienas res retinendo ius sibi proprietatis usurpet: et ne cogantur domini aut admittere quod locaverunt aut conductores utiles fortassis excludere: aut annis omnibus super domino suo publice protestari.

Idem. Omnes nocendi quibuslibet modis artes omnibus amputantes. cunctas quidem temporales exceptiones que ex veteri iure vel principalibus decretis descendunt: tamquam si per hanc legem specialiter ac nominatim fuissent enumerate cum suo robore duraturas et sine cunctis

quibus competunt vel in posterum competere valuerint, per huius divalis tenore praesidium imperii nostri deferre decernimus. Quemadmodum autem praeteritarum praescriptionum vel iuribus vel sensibus nimius continetur implentes per hanc imperii nostri venturam legem sancimus, ut si quis contractus si qua actio quae cum non esset expressim sepedictis temporalibus praescriptionibus concepta quorumdam tamen vel a fortuitu aut vel ex precogitata interpretatione sepedictarum exceptionum laqueos evadere posse videatur, huic saluberrime nostre sanctioni succumbat. Et quadraginta curriculis annorum procul dubio sopiatur. Nullumque ius privatum vel publicum in qualicumque causa in quacumque persona quod praedictorum quadraginta annorum extinctum est iugi silencio moveatur. Sed quicumque super quolibet iure quod praememoratum tempus in occulto fuit et sine ulla interpellatione illata iudiciaria conventione possedit, super sua conditione qua per idem tempus absque ulla iudiciali sententia fuit inquietatione petitus, esset liberum et praesentis saluberrime legis plenissima munitione securus.

Idem. Sicut in rem speciales, ita de universitate ac personales actiones ultra .xxx. annorum spatium minime protendantur. Sed si qua res vel ius aliquod postuletur vel persona qualicumque actione vel persecutione pulsetur, nihilominus erit agenti .xxx. annorum praescriptio metuenda. Eodem etiam in re iure valente, persona qui pignus vel ypothecam non a suo debito-

re sed ab alio per longum tempus possidente nititur vendicare. Quae ergo ante non mote sunt actiones .xxx. annorum iugi silentio ex quo competere iure ceperunt, vivendi ulterius non habeant facultatem, nec sufficiat precibus oblatis speciale quoddam licet per annotationem promeruisse responsum vel etiam in iudiciis allegasse, nisi allegato sacro rescripto aut in iudicio postulatione deposita fuerit subsecuta per executorem conventio. Ex hoc sexus fragilitate non absentia non militia contra hanc legem defenda, sed pupillari etate duntaxat, quamvis sub tutoris defensione consistat, huic eximenda sanctioni. Nam cum ad eos annos pervenerint qui ad sollicitudinem pertinent curatoris, necessario eis similiter ut aliis annorum .xxx. intervalla servanda sunt. Hec autem actiones annis .xxx. continuis extinguantur, que perpetue videbantur, non ille que antiquis temporibus limitabantur. Post hanc vero temporis diffinitionem nulli movendi ulterius facultatem patere censemus, etiam si se legis ignorantia excusare temptaverit.

Idem. Prescriptione .xl. annorum ab hiis qui ad curialem conditionem vocantur opponi non patimur, sed genitalem statum super eos agnoscere sancimus compelli. Sacratem enim nostre pietatis lex de aliis loquitur conditionibus, nec anterioribus constitutionibus

mibus per eandem novellam legem derogatur: quem manifestissime curiales et libros eorum explosis temporalibus prescriptionibus patriis suis recti proripiunt.

Idem. Comperit serenitas nostra quosdam sacratissime nostre pietatis constitutionem que de annorum .xl. loquitur prescriptione ad prejudicium etiam publicarum functionum solum trahere conari: et si quid per tantum amplioris temporis lapsum vel minime vel minus quam oportuit tributorum nomine solutum est, non posse requiri seu perfugam contendere: cuius conamen manifestissime sensum proposito nostre legis obviare noscitur. Ideoque iubemus eos qui rem aliquam per continuum annorum .xl. curriculum sine quadam legitima interpellatione possederunt, de possessione quidem rei seu dominio nequaquam removeri: functiones autem seu civilem canonem vel aliam quandam publicam collationem impositam eis dependere compelli. Nec huic parti civium cuiusquam temporis prescriptionem oppositam.

Idem. Ad Mennam.

Cum notissimi iuris sit actionem hypothecariam in extraneos quidem suppositae rei detentores annorum triginta finiri spatiis, si non interruptum erit silentium, ut lege cautum est, vel per solam conventionem, aut si etas excipienda impubes monstretur: in ipsos vero debitores aut heredes primos aut ulteriores nullis aspirante lustrorum cursibus nisi per prolixioris per spatium hoc emendare, ne possessores huius pene immortali timore teneantur. Et ideo iubemus hypothecariam persecutionem que rerum movetur gratia vel apud debitorem consistentium vel apud heredes debitorum non ultra .xl. annos ex quo competere cepit prorogari, nisi conventio aut etas sicut dictum est intercesserit. Sic enim civilitas utriusque rerum persecutionis que in debitorem aut heredes eius queque movetur in extraneos in solo sita annorum numerositatem in aliis omnibus ambe similes sint in actione personalibus custodiendis que prisci constitutionum sanxit iustitia. Sed cum illud etiam in contradictionibus forensibus ventilabatur an creditor antiquior vim pretendens potest posteriorem creditorem hypothecam tenentem et ultra .xxx. annos inquietare, utpote hypothecam debitoris obtinentem eique possidentem, necessarium duximus et hoc dirimere et sancimus donec communis debitor vivit non posse antiquiorem creditorem .xxx. annorum exceptionem opponi, sed locum esse .xl. annorum prescriptionem: quia dum ille vivit minime antiquior creditor confidit utpote apud debitorem eius possessionem per posteriorem creditorem constitutam. Ex quo autem in fata sua debitor decesserit, ex eo cum suo nomine possidentem posteriorem creditorem minime posse .xxx. annorum oppositione pre

scriptionem, sed etiam hanc distinctionem computationem temporum adhibendam, ut ex persona quidem posterior creditor XXX annos per quos ipse post mortem debitoris possedit opponat. ¶ Sin autem contigerit vivo debitore possessionem fuisse, quam post mortem debitoris huic etiam tempus quo vivente debitore vel ipse creditor vel communis debitor detinuit, cum XL annorum exceptionis vita tantummodo quantum deest ad XL annorum possessionem, per quam et ipse debitor creditorem repellere potuerat, hoc se possedisse ostendat. ¶ Eodem iure per temporum computationem observando, et si posterior creditor antiquiori creditori offerre debitum paratus esset, is creditor longevam possessionis praescriptionem opponere ei conatur. ¶ Illud autem plus quam manifestum est, quod in omnibus contractibus in quibus sub aliqua condicione vel sub die certa vel incerta stipulationes et promissiones vel pacta ponuntur, post conditionis exitum vel post institute diei certe vel incerte lapsum praescriptiones XXX vel XL annorum que personalibus vel ypothecariis actionibus opponuntur, initium accipiant. Unde evenit, ut in matrimoniis in quibus restitutio dotis vel ante nuptias donationis in diem incertum mortis vel repudii differri assolet, post coniugii dissolutionem eorundem curricula praescriptionum personalibus itidem actionibus vel ypothecariis opponendarum initium accipiant. ¶ Immo et illud procul dubio est, quod si quis eorum

quibus aliquid debetur, res sibi suppositas sine violentia tenuerit, per hanc detentionem interruptio fit praeteriti temporis, si minus effluxerit XXX vel XL annis, et multo magis quam si esset interruptio per conventionem introducta, cum litis contestationem imitatur ea detentio. ¶ Sed et si quis debitorum ad agnoscendum suum debitum secundam cautionem in creditorem exposuit, tempora memoratarum praescriptionum interrupta esse videbuntur, quantum ad priorem cautionem pertinet, que scilicet innovata permansit tam in personalibus quam in ypothecariis actionibus, namque improbum est debitorem hunc creditorem, qui ne sub accusatione more vel debitoris fiat secundam in eum super eo debito cautionem exposuit. ¶ In his etiam promissionibus vel legatis vel aliis obligationibus que dationem per singulos annos vel menses aut aliquod singulare tempus continent, tempora memoratarum praescriptionum non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cuiusque anni vel mensis vel alterius singularis temporis computari manifestum est. ¶ Nulla scilicet danda licentia vel ei qui iure emphyteotico rem aliquam per XL vel quoscumque alios annos detinuerint dicendi ex transacto tempore dominium sibi in hisdem rebus quesitum esse, cum in eodem statu semper maneat data iure emphyteotico res o

porreat vel conductori seu precario rerum alienarum dicendi ex quocumque temporum curriculo non debere se domino volenti post completa conductionis tempora possessionem recipere et eam reddere.

Idem. Si quis emptionis vel donationis vel alterius cuiuscumque contractus titulo rem aliquam in bona fide per x vel xx annos possederit et longi temporis exceptionem contra dominos eius vel creditores ypothecam pretendentes sibi acquisierit posteaque fortuito casu possessionem eius rei perdiderit, posse eum etiam actionem ad vendicandam eandem rem habere sancimus. Hoc enim veteres leges si quis eas recte inspexerit sciebant. § Quod si quis eam rem desierit possidere cuius dominus vel is qui suppositam habebat exceptione xxx vel xl annorum expulsus est, predictum auxilium non indiscrete sed cum moderata divisione ei prestari censemus. § Ut siquidem bona fide ab initio eam rem tenuerit simili possit uti presidio. § Sin vero mala fide eam adeptus est indignus eo videatur. § Ita tamen ut novus possessor siquidem ipse rei dominus ab initio fuit vel suppositam eam habebat et memorate exceptionis necessitate expulsus est commodum detentionis sibi acquirat. § Sin vero nullum ius in eadem re quocumque tempore habuit, tunc licentia sit priori domino vel creditori cuius nomine ypothecae rem obligatam habuit et heredibus eorum ab iniusto detemptatore eam vendicare, non obsistente ei quod prior possessor xxx vel xl annorum exceptione eum removeat, nisi ipse iniustus possessor xxx vel xl annorum ex eo tempore computandorum ex quo prior possessor qui evicit eum possessione ea cecidit exceptione munitus sit. § Sed hoc super illis detentatoribus esse censemus qui sine violentia eandem rem nacti sunt; nam si quis violenter eam abstulit omnimodo licebit priori possessori sine ulla distinctione eam vendicare. § Sed et si quis non per vim sed per absentiam iudicis eandem obtinuit, ea tamen occasione quod absens prior possessor ad litem vocatus minime venerit, licebit ei ad similitudinem ceterorum qui rei dominium habent intra annum unum se offerenti cautionem de suscipiende litis danti eandem rem recipere, super qua cognitionalia subire certamina. § Exceptionem etiam xxx vel xl annorum in illis contractibus in quibus usure promisse sunt ex illo tempore initium capere sancimus ex quo debitor usuras minime persolvit.

Idem. Sepe quidam suos obnoxios in iudicium vocantes et iudiciariis conventionibus inquietantes non ad certum finem lites perducebant sed taciturnitate in medio tempore adhibita propter potentiam forte

fugientium, ut suam inbecillitatem vel alios quoscumque casus, cum sortes humane multe sint que nec dici nec enumerari possunt, deinde iure suo lapsi esse videbantur eo quod post cognitionem novissimam triginta annorum spacium effluxerit, et huiusmodi exceptione oppositi suas fortunas ad alios translatas videntes multo quidem sine remedio autem lugebant. Quod nos corrigentes eandem exceptionem que ex XXX annis oritur in huiusmodi casu opponi minime patiamur; sed licet personalis actio ab initio fuit instituta, eam tamen in quadragesimum annum extendimus, cum non similis sit qui penitus ab initio tacuit et qui et postulationem deposuit et in iudicium venit et subire certamina litem autem implere per quosdam casus impeditus est. Sed licet ipse actor defecerit sive postea litigare, huiusmodi cause cursum eum relinquere posse diffitemur, minimus ut eius heredibus vel successoribus liceat eam adimplere, nullo modo XXX annorum exceptione sublata, quod tempus XL annorum spacium ex eo enumerari decernimus ex quo novissima processit cognitio postquam utraque pars cessavit.

De annali exceptione Ytalici contractus tollenda et de diversis temporibus et exceptionibus et prescriptionibus et interruptionibus earum. Rubrica.

Imperator. Cum annali exceptione que ex Ytalicis contractibus oritur tante in olim altercationum in omnibus iudiciis exorte sunt quantitas et numerari difficile et explanari impossibile est, primum etenim nature eius obscuritas cum omni scrupulositate et difficultate composita est, cum multa concurrere debeant ut ea nascatur; deinde illud spacium annale alii quidem ita effuse interpretabantur ut possit usque ad decennium extendi, alii iudicantes usque ad quinquennium standum esse putaverunt, et in aliis temporibus sepius super huiusmodi calculo a iudicibus variatum est; unde nec facile suum effectum litigiis ostendere huiusmodi exceptio valuit. Cum itaque nobis alie temporales exceptiones vel prescriptiones sufficiant, huiusmodi difficultatibus alligari nostro subiectos imperio minime patimur. Ideoque memorata annali exceptione penitus quiescente, alie omnes legitime exceptiones vel prescriptiones in iudiciis suum vigorem extendant, sive que super decennio vel XX vel XL annis introducte sunt sive que minoribus spaciis concluduntur. Ad hec cum nichil prohibet etiam ea que antiquam in dubitationem acceperunt clarioribus et compendiosis sanctionibus renovantes, iubemus omnes personales

actiones quas in vobis a quorundam interpretatione iactare extra metas XXX annorum conabantur, XXX annorum spaciis concludi, nisi legitimus modus qui ex veteribus et nostris legibus enumeratus est interruptionem temporis introduxerit, sola ypothecaria actione XL annorum utente curriculis suis. Nemo itaque audeat neque actionis familie herciscunde neque communi dividundo neque finium regundorum neque pro socio neque furti neque vi bonorum raptorum neque alterius cuiuscumque personalis actionis vitam longiorem esse XXX annis interpretari, sed ex quo ab initio competit et semel nata est, et non iteratis fabulis sepe recreatam, quemadmodum in furti actione dicebatur, post memoratum tempus finiri. Exceptis omnibus actionibus, licet personales actiones sint, que in iudicium deducte sunt et cognicionalia acceperunt certamina et postea silencio tradite sunt, in quibus non XXX sed XL annos esse spectandos ex quo novissime litigatores tacuerunt, iam lex antea promulgavit. Ne autem imperfecta actio videatur: cum in maternis quidem rebus filiifamilias tempora exceptionum currere dispositum erat ex quo facti patres absoluti sunt, in aliis autem que patri acquiri minime possunt hoc non fuerat specialiter constitutum, aptissima diffinitione sancimus filiifamilias in omnibus casibus in quibus habent res minime parentibus suis acquisitas nullam temporalem exceptionem opponi eis nisi ex quo actiones movere potuerint, id est postquam manu patria vel eius in cuius potestate erant constituti fuerant liberati. Cuius enim incusare poterit eos si hoc non fecerint? quod si maluerint minime adimplere lege obviante non valebant.

Idem. Ut perfectius omnibus consulamus et neminem absencia vel potentia vel infantia penitus adversarii sui noceat, sed sit aliquid inter desides et vigilantes discrimen, sancimus: si quando affuerit is qui res alienas vel creditori obnoxias detinet, et desiderat dominus rei vel creditor suam intentionem proponere, et non ei licencia fit absente suo adversario qui rem detinet, vel infancia vel furore laborante, et neminem tutorem vel curatorem habente, vel in magna potestate constituto, eas res sua auctoritate usurpare, licencia ei detur adire presidem provincie vel libellum ei porrigere et hoc in querimoniam deducere intra constituta tempora, et interruptionem temporis facere, et sufficit et hoc ad plenissimam temporis interruptionem. Sin autem nullo potuerit modo presidem adire, saltem ad episcopum locorum eat vel defensorem civitatis, et suam manifestare voluntatem deberet. Sin autem absit

vel praeses vel episcopus vel defensor liceat ei etiam proponere publice ubi domicilium habet possessor, seu cum tabulariorum subscriptione. Vel si civitas tabularios non habeat, cum trium testium subscriptione. et hoc sufficere ad omnem temporalem praescriptionem sive triennii, sive longi temporis, sive xxx. sive xl. annorum sit. Omnibus aliis quae de longi temporis praescriptione vel xxx. vel xl. annorum curriculis statuta sunt, sive ab antiquis legum nostrarum conditoribus sive a nostra maiestate in suo robore duraturis.

Idem. Si ex multis causis quidam obnoxium habuit et maxime ex similibus quantitatibus, unius quidem causae summam libellum conventionis composuit, causam tamen non expresserit, apud veteres agitabatur an videatur omnes causas in iudicium deduxisse aut vetustissimam earum aut in qua fecisse cum eius sensus incertus esse apparebat. Sed et in iudiciis in multis casibus tales altercationes ventilatas invenimus et maxime pro longi temporis interruptione. Si enim personalis fuerat mota actio, hypothecariae autem actionis nulla mentio praecedebat, quidam putabant personalem quidem esse temporis interruptione praeventam, hypothecariam autem evanescere taciturnitate sopitam. Sed si quis generaliter dixit obnoxium sibi aliquem constitutum, aliae dubitationes emergebant, si omnes ei competentes actiones huius narratione continerentur an non, quasi silentio circa eos habito tempore exspirare, nullo ex incerta libelli confectione adminiculo eis acquisito. Sancimus itaque nullum in iudiciis in posterum locum habere talem confusionem, sed quemque obnoxium suum in iudicium clamaverit et libellum conventionis ei transmiserit, licet generaliter nullius causae mentionem habentem vel unius quidem specialiter, tantummodo autem personales actiones vel hypothecarias continentes, in hoc omnimodo videri eum ius suum omne in iudicium deduxisse et esse interrupta temporum curricula, cum et desides homines et sui iuris contemptores odiose exceptiones positae sunt.

De alluvionibus et pascuis et paludibus. Rubrica.

Imperator. Claminus fluminis naturalem cursum opere manu facto alio non licet avertere. Tamen ripam suam adversus rapidi amnis impetum munire prohibitum non est.

Et cum fluvius priore alveo derelicto alium sibi facit, ager quem circuit prioris domini manet.

Quod si paulatim ita auferat alii ut parti applicet, id alluvionis iure ei quaeritur cuius fundus crescit.

Idem. Hi quos inundatio fluminis reddidit ditiores, res pro rebus quas possident tribu

torum pstatiōem agnoscant.
et qui suum deplorant patrimonium diminutum alie-
no saltem funccōis oneri
ventur. et nre serenitatis lar-
gitate defensi locorum etiam
possessione contenti p agitacōi
census examine reddant de-
uocionem.

Idem. Ea que palludium nomine
sunt in egypto p nilum fluui
alias puincias pcursa flum-
ina possessorib3 acquiruntur. n3
ab erario uendi neque a quolibet
peti. nec separatim censeri uel fu-
nctiones exigi hac pperua lege
ualitura sancimus ne uel alium
omnium ignorare uicia uel rem
noxiam possessorib3 uideamur
inducere. Similiter nec ea que de-
que paludib3 antea uel pascu-
is uidebantur asscripta. si sum-
ptib3 possessorum nunc ad fru-
gum fertilitatem translata sunt
uel uendi uel peti uel qui fertilia se-
patim censeri uel functiones
exigi concedimus. ne doleant
diligentes operam suam agri
dedisse culture. nec diligentiam suam sentiant dampnosam intelligant sanccimus legis temera-
tores. l. librarum auri condempnatione cohercendos. inter
quos sciendum est officium quoque tue
sedis excelse. si aliquid eiusmodi suggesserit disponendum
uel si preces instruxerit petitoris.

De sentenciis prefectorum
pretorio. Rubrica.
Imperator.

Litigantibus in amplissimo pretoriane prefecture
iudicio si cum his se lesos
affirment non puocandi. sed
supplicandi licentiam ministramus. licet parua uel qualis utilitate publica seu alia causa dicatur plata sententia. nec enim publico deest singulis legum adminicula denegari. ita uidelicet
ut intra biennium tummodo
nostro nomini ex cognitionales
sedis pretoriane prefecture sententias
post successionem iudicis minimandum supplicandi facultas ei tribuatur.

Quomodo et quando iudex sententiam proferre debet presentibus partibus uel una absente.

Imperator.

Non semper compellendus est ut aduersus absentem
pronuncies presens subscriptionem prius mei qua siguitur etiam
contra absentes sententiam dari solere.
id enim eo ptinet ut etiam
absentem dampnare possis
non ut omnimodo necesse habeas.

Idem. Cessante quoque causa peremptorij edicti aduersus eos qui admoniti iudicio esse noluerunt
sententiam a iudice ferri posse certum est.

Idem. Ab eo iudicato recedi
non potest quod uobis absentibus
et ignorantibus atque indefensis
dicitis esse platum. si ubi primum
cognouistis non illico de statutis querelam detulistis. ita
enim firmitatem sententia que in
plata est non habebit si ei non fit
commodatus assensus.

Idem. Si ut proponis pars aduersa te absente et ignorante te a iudice dare sententiam
ptib3 suis cum contumaciter deest

ses impetravit non immerito preses denuo negotium altius iudicii sui notione terminandum commisit.

Idem. Si ut proponis preses provincie cum certum locum cause cognoscende dedisset alibi per obreptionem aditus sententiam adversus te absentem protulit quod ita gestum est ad effectum iuris pervenire minime oportet.

Idem. Si preses cum de statu ab adultis tuis causam appellationis que ab adiutore suo facta fuit cum dixit eo tempore quo adulti curatores non habebant repetitis notionem suam exhibebit. Neque enim debet adultis nocere quicquid eo tempore statutum est quo defensione iusta et procuratoris auxilio fuerant destituti.

Idem. Ea que statuuntur adversus absentes non per contumaciam scilicet denunciationibus nequaquam ex more conventos iudicante rei firmitatem non obtinere certum est. l. bo.

Imperator. Consentaneum iuri fuit temporibus prescriptis ad presentiam partis adverse presidem provincie impleta iuris sollempnitate et adversario tuo trinis litteris vel uno pro omnibus peremptorio edicto ut presentiam sui faceret commonitione facta sin eadem contumacia perseveraret presentis allegationes audire. Quod vel successorem eius facere curabit. A quo ter citatus si contumaciter presentiam sui facere neglexerit non ab re erit vel ad cogendum eum ut se representet vel possessionem bonorum cuius ambigit ad te transferre et adversarium constituere vel auditis defensionibus tuis id quod iuris ratio exegit iudicare.

Idem. Tres denunciationes ad peremptorium edictum iudicare adversus contumacem convalescere salubriter statutum est.

Idem. Cum non voluntatis arbitrio sed necessitate profectus quicquid contra te absentem statutum fuerit cum absentie necessaria causa sit officere tibi iuris ratio non permittit.

Idem. Cum presentibus partibus litem inchoatam proponas si postea cum in contentione absentem pronunciatum est intra prefinitum diem non appellasti latam sententiam rescindi postulanti multe sacre constitutiones refragantur.

De sententiis ex periculo recitandis. Rubrica.

Imperator. Arbitri nulla sententia est quam scriptam edidit litigatoribus si non ipse recitavit. Si igitur inde falsis omissa provocationis mora ex integro iudicium impetrabis a rectore provincie.

Idem. Hac perpetua lege credimus ordinandum ut iudices quos recognoscendi et pronunciandi necessitas tenet non subitas sed deliberatione habita post negotium sententias moderentur sane formarent et emendatas statim in libellum secuta fidelitate conscribant scriptasque ex libello partibus legerent

Sz nec sit eis post hanc copiam corrigendi vel mutandi licentia exceptis tamen viris eminentissimis praefectis praetorio quam aliis illustrem administrationem gerentibus ceterisque illustribus iudicibus quibus licentia conceditur etiam per officium suum et eos qui ministerium suum eis accommodant sententias diffinitivas recitare. Imperator. Tare.

Statutis generalibus iussimus ut omnes iudices quibus recitandi ius in provinciis permissum facultatem cognitionis causae ultimas diffinitiones ex scriptis recitatione proferrent. Provocandi iam scio ut sententia quae dicta fuerit ex scripta non esset nec nomen quidem sententiae habere mereatur: nec ad rescissionem improbatam dictorum appellationis sollemnitas requiratur. Imperator.

De sententiis et interlocutionibus omnium iudicum. R[ubrica].

Non videtur nobis rationem habere sententiam praedecessoris tui qui cum cognovisset inter petitorem et possessorem non possessorem sed ipsam dominam litis condemnavit cuius persona in iudicium non fuit. Potes igitur rem integram de causa cognoscere. Idem. Si arbiter datus a magistratibus cum sententiam diceret in civitate morabatur quamvis postea in futurum depulsus sit sententia ab eo dicta habet rei iudicatae [auctoritatem]. Idem. Aviten.

Praeses provinciae non ignoret diffinitivam sententiam quae condemnatorem vel absolutorem non continet pro iusta non haberi. Idem. Prolatam a praeside sententiam contra sollemnium iudiciorum ordinem auctoritatem rei iudicatae non obtinere certum est. Idem. Cum eorum qui principali fisco tenebantur bona ea lege fideiussoribus procuratores tradi iussissent ut ipsi indemnitatem fisco praestent nec a sententia eius intercessit provocatio consequens est datae formae obtemperari. Idem. Perani.

Cum sententiam praesidis irritam esse dicas quod non publice sed in secreto loco officio eius non praesente suam dixerit sententiam nullum tibi ex his quae ab eo dicta sunt praeiudicium generandum esse constat. Idem. Stat.

Ex stipulatione parata tibi actione pacisci, primus personis suadendo praeses provinciae uxoris obligationem quam contra iure tollitum licet extinguere non potuit nec uxor omnis iudiciis iudicati continet auctoritatem. Cum potestatem sine certis finibus concludi saepe sit constitutum quam ipse sine hac causa cognita secundum iuris ordinem pronuntiatum est uxor pacisci suadentis praesidis actionem tuam provinciae sicut haberi non potuit. Idem. Potuit.

Liberta quidem Theodora quam ex emptionis causa vel in solutum creditorum traditam proponis pronuntiata [sub bona] provocatione in sanxerunt sententia rescindi non potest, sed si mota quaestione praemissa denuntiatione ei qui auctor huius mulieris fuit iudicatum p

In aut. de executoribus. § sancimus. coll. vi.

Et consequenter quod conuentus ab aliquo si iudicium ipsum pulsare uelim statim quidem hoc non licet nisi apud eundem iudicem. Cum uero non expleuerit intra xxx. dies recusari potest aliunque mereretur apud quem iurgius negotium uentiletur.

Alioquin lite contestata ... me mota prius ... timinata tunc de ... mum et ego ad mittar.

cessit quantum tua interest empti sie misti uel ob debitum recti endum sit in solutum data est repetere non prohiberis.

Idem. Post sententiam que sumptibus conducti tam ab eo qui pronunciauit uel eius successore de quone que iam decisa est statuitur rei iudicate non obtinent auctem. Nam nec de possessione pronunciata proprietati ullum praeiudicium afferunt. Nec interlocutiones ullam etiam praeiudicium idem. sed pronunciant.

Nulli qui statuendi non habet facultatem inducere patitur cum quam permittitur.

Idem. Cum iudex in diffinitiua sententia iusiurandum solummodo partem parti praestet non tamen addat quid ex recusatione uel praestatione sacramenti fieri oportet huius sententiam nullam uim obtinere palam est.

Idem. Iudices tam latina quam greca lingua sententias proferre possunt.

Idem. Nemo iudex uel arbiter existimet neque consultationes quas non rite iudicatas esse putauerit sequendum, et multo magis sententias eminentissimorum praefectorum uel aliorum procerum. Non enim si quid non bene diiudicatum est hoc et in aliorum iudicium uitium extendi oportet cum non exemplis sed legibus iudicandum est. nec si cognitionales sunt amplissime praefecture uel alicuius maximi magistratus prolate sententie. sed omnes iudices nostros ueritatem et legum et iusticie sequi uestigia sancimus.

Idem. Cum papinianus summi ingenii uir in quibusdam casibus rite disposuit non solum iudices de absolutione rei iudicare, sed et ipsum actorem si e contrario obnoxius fuerit inuentus condempnare: huiusmodi sententiam non solum roborandam sed etiam augendam esse sancimus, ut liceat iudici uel contra actorem ferre sententiam et aliquid eum daturum uel facturum pronunciare. nulla opponenda ei exceptione quod non competens iudex agentis esse cognoscitur. cuius enim in agendo obseruat arbitrium, eum habere et contra se iudicem in eodem negocio non dedignetur.

Idem. Cum solitum est in sententiis iudicum sic interlocutionem proferri, ut non liceat partibus ante diffinitiuam sententiam ad appellationis uel recusationis uenire auxilium: quidam putabant non licere ante litem contestatam nec iudicem recusare quemadmodum nec ab eo appellare. cum enim simul utrumque uocabulum ponitur, tam appellationis quam recusationis, prouocatio autem ante litem contestatam non potest porrigi, probabant quod nec recusare quidem iudicem eundem conceditur ante litem contestatam, quod minime uetitum esse caueant itaque iudices huiusmodi sermonem simul et sine certa distinctione proferre.

Ide sententia que sine certa ... ferre. Imperator. quantitate prolata est.

Cum iudicem quidam ad pecuniam condempnatorie ...

In aut. ut litigantes. in coll. viii. § i.

Novo iure qui dicit se dedisse vel promisisse alicui et personam declaravit et hoc probavit veniam meretur. Sed qui accepit vel promissionem suscepit, si causa pecuniaria sit, dati triplum, promissi duplum a comite privatarum exigitur, dignitate seu cingulo amisso. Si criminalis, confiscatis bonis omnibus in exilium mittitur. Sed si datum vel promissum litigator probare nequiverit, persona que dicitur suscepisse iuret quod neque per se neque per aliam personam accepit vel promissionem habuit, et sic libera sit. Sed si litigator qui non potuit ostendere, in causa pecuniaria extimationem a comite rerum privatarum exigatur a lite sustinente proprium eventum. In criminali bonis omnibus confiscatis et apud competentes iudices legitime damnandis. Sed et si persona a litigatore nominata manifesta proditionis iusiurandum refutaverit, memoratis subiaceat penis. Si quis litigantium minime non dedisse vel promisisse sacramentum prestiterit, et per x menses post sententiam ostenditur dedisse, memoratis penis et dantes et accipientes subiacebunt.

soluta fuisset, in pendenti usuris legem [.i. Contra] excessisse profiteantur, non secundum formam sententiam prolatam palam est.

Idem. Quamquam pecunie quantitas sententia curatoris rei publice non continetur, sententia tamen eius rata est, cum eandem pecuniam rei publice prestari iussit.

Idem. Hec sententia omnem debiti quantitatem cum usuris competentibus solvi iudicati actionem parere non potest, cum apud iudices ita demum fine certe quantitatis facta condemnatio auctoritate rei iudicate censeatur, si pretio aliquo actorum certa sit quantitas comprehensa.

Idem. Hec sententia que bona fide accepisti solve, cum incertum esset quid accepisses vel quantum ab eo peteretur, presertim cum ipse qui ex ordine iudicabat interlocutus sit dotem datam que repeteretur non liquidam esse, iudicati actione non nititur. Sed is qui postea iudicabat, cum etiam sententiam protulit, neque a statutis provocasti, si petitio tuo facto confirmasti iudicatum.

De sententiis que pro eo quod interest proferuntur. Imp.

Cum pro eo quod interest dubitationes antique in infinitum producte sunt, melius nobis visum est huiusmodi prolixitatem prout possibile est in angustum coartare. Sancimus itaque in omnibus casibus qui certam habent quantitatem vel naturam, veluti in venditionibus et locationibus et omnibus contractibus, hoc quod interest dupli quantitatem minime excedere. In aliis autem casibus qui incerti esse videntur, iudices qui causas dirimendas suscipiunt per suam subtilitatem requirere, ut quod revera inducitur damnum hoc reddatur, et non ex quibusdam machinationibus et immodicis perversionibus in circuitus inextricabiles redigatur, ne dum in infinitum computatio reducitur, pro sua impossibilitate cadat. Cum sciamus esse nature congruum eas tantummodo penas exigi que cum competenti moderamine proferuntur vel a legibus certo fine conclusae statuuntur. Et hoc non solum in damno sed etiam in lucro nostra amplectitur constitutio, quia ex eo veteres quod interest statuerunt. Et sit omnibus secundum quod dictum est finis antique prolixitatis huius constitutionis recitatio.

Si a non competente iudice iudicatum esse dicatur. Imperator. reca.

Iudex ad certam rem datus si de aliis pronunciavit quam quod ad eam rem pertinet nihil egit.

Idem. Si militaris iudex super ea causa de qua civilibus actionibus disceptandum fuit non datus a quo dari potuit cognovit, remota appellatione id quod ab eo statutum est firmitatem non habet iudicati.

Idem. Si de proprietate datus iudex adversus te nihil super hac statuit, rector aditus pro

...nuntie causam hanc cognoscere, suaque decidere sententia curabit; et siquid de possessione per minutatum proferetur, hoc causae proprietatis minime noceat.

Idem. Et in privatorum causis hec forma servetur: nec enim quemquam litigatorum sententia non a suo iudice data constringat.

De pena iudicis qui male iudicavit vel eius qui iudicem vel adversarium corrumpere [curavit].

Constitit in causis quacumque causa sive privata sive publica vel civili quod data fuerit pecunia vel iudici vel adversario, amittat actionem is qui diffidentia iuste sue in pecunie corruptelas spem negotii reposuit.

Idem. Decernimus precio depravatis aut gratia iudicaverint, perpetua ei vindicta quem lesit non solum existimationis dispendio, sed etiam litis discrimine [...] prebeatur.

Sententiam rescindi non posse. Imperator.

Sed neque suam neque predecessoris sui sententiam quemquam posse revocare in dubium non venit, nec necesse est alterius sedis decreto interpositione provocationis explorati iuris est.

Idem. Peremptorias exceptiones omissas in initio antequam sententia feratur opponere posse perpetuum edictum manifeste declarat. Quod si aliter actum fuerit, in integrum restitutio permittitur. Nam iudicatum est etiam maiores annis xxv non opposite exceptionis vel alio auxilio citra remedium appellationis rescindi non potest.

Idem. Impetrata rescripta non placet admitti, si decisa semel causa fuerit iudiciali sententia, quam provocatio nulla suspenderit, sed eos qui talia rescripta meruerint etiam limine iudiciorum expelli.

De fructibus et litis expensis. Imperator. Sis. Resc.

Hoc fructuum nomine continetur quod iustis sumptibus deductis superest.

Idem. Litigator victus qui post conventionem rei incumbit aliene non in sola rei redibitione teneatur, nec tantum fructuum prestationem eorum quos ipse percepit agnoscat, sed eos quos percipere potuit, sed non quos eum redisse constabat exsolvat ex eo tempore ex quo res in iudicium deducta scientiam male fidei possessionis accepit, ordinis succedentis in iudicium paris vincenda fortuna est.

Idem. Terminato iam sacro negotio post hac nulla actio in ex rescripto super sumptuum petitione prestetur, nisi iudex qui de principali negotio sententiam promulgavit, quem minus probis constitutis in victa provocatione sequitur, victori causae restitutionem debere expensas aut suplendis querelam iure competere. Post absolutionem enim dimissumque iudicium nefas est litem alteram consurgere ex litis prime materia.

Idem. Non ignoret is cuius ex interpellatione aliquis sectin datam formam in longinq̄ fuit ptractus examina q̄d̄ si ei culpa sua fuit cilata cognitō ul' minime accōmis sue affuerit ul' delata non pbauit p calumpnia quidem penam sol uat legib; constitutam. pro uo pecuniaria cā post dispendia post sumptus considerata q̄ntitate postulatorum ul' medij temporis interuallo condepnatōem p estimatōne iudicis sustinebit.

Idem. Cum quidam p leges sacras q; constitutōnes alij spāles largitates s; p̄stitas priuilia p̄tendunt tam sup sportulis p conuentōnib; usq; ad c̄tam q̄ntitatem tam p̄bendis q̄m sup expensis litium ul' minuendis ul' penitus non agnoscendis. p hanc legem decinim ut quicumq; h; h; priuilegio munitus ē ul' postea talem p̄rogatiuam quolibet modo meruerit. sciat et siquos ipse uel potentes obnoxios s; p q̄cumq; criminali ul' ciuili cā constitutos in accusatōem deduxerit hos nichominus hijsdem priuilegijs potituros. q̄m non est ferendum eos qui p̄stitas p̄rogatiuas ut ante latum ē p̄tendunt aliquid plus ab aduersarijs suis q̄rere concedi q̄m ipi ab alijs pulsati facere patiantur. ita s. ut hec for modis omnib; obseruetur. sup priuilegijs p libalitates ul' generalit' quibusdam officijs aut scolis seu dignitatibus ul' spāalit' certis psonis p̄stitis ul' postea p̄bendis siue hoc ipm expressum principalib; dispōnib; ul' affatib; inserturn sine p̄termissum sit ul' fuit.

De re iudicata. Rubrica.

Imperator. Rebus quidem iudicatis standum ē s; si pbare potis eum cui condempnatus es id q furto amisisse uidebatur recepisse actiūsus iudicati agentem doli exceptōne opposita tuen te.

Idem. Et potis.

Res iudicate si sub p̄textu computatōnis instaurentur nullus erit litium finis.

Idem. Si pecuniam q̄m mala rōne uos intercepisse appa ruit iussi fitis inferre cum pena. et compto p̄cepto p̄sidis non puocauitis uniusam q̄ntitatem debetis inferre.

Idem. Sub spē nouorum instrumentorum postea repertorum res iudicatas restaurari exemplo graue est.

Idem. Et graue est

Ad solutōem cilatōem petentem acquieuisse sine manifeste pbatur sicut eum qui quolibet modo sine acquieuit sfle ce: instaurari finita rerum iudicatarum patitur auctas.

Idem. Gesta que translata sunt in publica monumenta habere uolumus p̄petuam firmitatem. neq; enim morte cognitoris perire d; publica fides.

De exceptione rei iudicate. Rubrica.

Imperator. Rubrica.

Hominis p̄se iudex pign ora marcelle capi ac dis

tiam iussit ante rem iudicatam. prius ergo ut fuerat ordine actionem adversus eam dirigas et cognita summa atque

Idem. (?) prias.

Si etiam iudicati non novationem iudicatam preses provincie etiam pignoribus captis ac distractis ad emolumentum perduci iubebit. quod si novata causa est ex stipulatu tibi actio competit. et accepto iudice secundum iuris formam expedietur.

Idem. Ordo rei geste moram solutionis que intercessit constans desiderat remedium. sin itaque preses provincie qui rem iudicatam exequi debet animadverterit allegationes res soli que pignori capte sunt diu subhastatas et ex compacto sive ambitione diverse partis emptorem non invenire posse. in possessionem earum te mittet. ut vel hoc remedio res tam diu protracta ad effectum perducatur.

Idem. Stipendia retineri propterea quod condempnatus es non patietur preses provincie. cum rem iudicatam possit aliis rationibus exequi.

Idem. Etiam nomen debitoris in causam iudicati capi posse ignotum non est.

Idem. Si ut proponis rerum iudicatarum executor datus partes suas iudicis vendicavit contra ea que pridem a partibus tuis fuerunt statuta aliquid pronunciandum putavit. sententia ab eo data vim rei iudicate obtinere nequaquam potest.

Idem. Si longis apud sequestrum iustitiatonibus partis adverse restitutio remorata est etiam fructus rebus humanis exemptus a fructuario extimatio eorum restituenda est omnia que cum fetu tibi interesse preses presidis representabuntur.

Idem. Eos quos debitores tuos esse contendis apud rectorem provincie convenire. qui sive confessi debitum sive infitiantes et convicti fuerint condempnati nec intra statutum spacium solutionis satisfecerint. tum late sine pignoribus etiam captis ac distractis secundum ea que sepe constituta sunt iniuerint executionem iuris formam tibi custodiet.

Idem. Executorem eum solum esse manifestum fit qui post summam inter partes auditionem et discussa lite prolatam iudicate rei vigorem ad effectum videtur adducere.

De usuris rei iudicate. Rubrica.

Imperator.

Si qui bona secundum iudicem summam persequuntur. eas quoque rationes habituri sunt ut qui post legitimum tempus placitis non obtemperaverit usuram centesimam temporis quod postea fluxit solvat.

Idem. Eos qui condempnati solutionem pecuniarum quas dependere iussi sunt ultra quatuor menses a die condempnationis vel si provocatio fuit ob

[illegible gloss]

lata a die confirmationis sen
tentie distulit communiter a
dos centesimas usuras exigi
pro primis sine predictis legibus
que duas centesimas infere
bant nec in actione que dimi
diam centesime statuit locum
in eorum personam habentibus.

Idem. Sancimus ut si quis con
dempnatus fuerit post datas
a nobis quadrimestres induci
as centesimas quidem usuras
secundum naturam iudicati eum
compelli solvere sortis tantummodo sor
tis et non usurarum que ex ip
sius nocte in condempnatio
nem deducte sunt cum enim
iam constituimus usurarum
usuras penitus esse delendas
nullum casum relinquimus
ex quo huiusmodi machinatio possit
introduci. Set enim sine emen
datione relinqui aliquid ab
surdum atque inelegans ne
cesse est evenire cum multis ex
certis descendentes plerique
minores centesime ex via le
gis sunt et nec in minoribus
usuris graviores supponi sibi et
ex iudicati actione centesime
omni modo current usure ex
certis autem hoc raro contin
git in capitis lege iam tantummodo
exceptis huiusmodi iniquitatem ip
sa necessitas rerum introducebat
pro remedio eam corrigentes i
scimus sortis tantummodo usur
as usque ad centesimam curre
ntes ex iudicati actione persolvi
et non autem usurarum us
uras quod iam eam sollempniter
novatur iudicati actione per

certis necesse est usurarum quidem
que antiquioris certis sunt cur
sum post finem inhiberi. ali
as autem usuras ex iudica
ti actione tantummodo sortis pre
stare et non ideo quod forsitan con
summata est quantitas sortis et
usurarum totius summe u
suras postea colligi sed sortis
tantummodo. Et cum antiqui
tas pessimo exemplo reis quidem
condempnatis spatium duo
rum mensium prestabat fidei
iussores autem eorum eodem uti
beneficio non concedebat uti
licet victoribus relictis ipse lege
condempnatis personis a fide
iussoribus eorum vel mandat
oribus statim pecunias vel res
in condempnatione positas i
exigere huiusmodi acerbitatem reseca
re sancimus quadrimestres in
ducias quas dedimus condemp
natis etiam ad fideiussores eo
rum et mandatores exten
di ne legi fiat et rogatum sicut
non inveniatur solvere compe
llatur ipse reum cohercebat i
invitum solutionem nullum
condempnatis habebat misse
sum humanitatis quia per
medium fideiussorem statim
pecunias persolvere compellebatur.

Idem. Si plures una sententia condempnati sunt.

Si non singuli in solidum
se gerant sed tamen collega
tiuis una et eadem quantita
te condempnati esse nec ad
ditum est ut quod ab altero fieri non
possit alter suppleret effectus sine i
p[illegible] portionibus dissectus

[illegible gloss]

e. ideoque tu parentes patria potestate ob cessationem actionis ex causa iudicati conveniri non potest.

Idem. Quotiens a tutoribus singulis pupillo tutoribus datis in sequitur in omnium personam condemnatio, periculum sententie videtur esse divisum, ideo quod ab uno fieri non potest, ita ceteris exigi non posse explorati iuris est.

Quibus res iudicata non nocet. Rubrica.

Si neque mandasti fratri tuo defensionem tue rei nec quod gestum erat ratum habuisti, prescriptio rei iudicate tibi non obest, ideo non prohibens causam tuam agere sine preiudicio rerum iudicatarum.

Idem. Res inter alios acta iudicate neque emolumentum afferre hiis qui iudicio non interfuerunt neque preiudicium solent irrogare. Ideoque nepti tue preiudicare non potest quod adversus coheredem eius iudicatum est, si in eadem causa ipsam statutum est.

Idem. Iuris manifestissimi est et inter cetera hominibus cum ignorans si iudicio non fuerit officii non posse siquid forte preiudicium iudicatur oblatum.

Idem. Ne inter alios negotium res iudicatas alios actas absenti preiudicare sepe constitutum est.

Comminationes programmata epistolas subscriptiones auctoritatem rei iudicate non habere.

Nec iam simplonis obtinere potest comminatio iu-

dictas qui certas usuras post statutos eos dixit cui mutuum eidem debitum non exsolvisset.

Idem. Rei iudicate effectum non habet quod preter legem rector provincie sortem nos pecuniam rei publice iussit.

Idem. Ea que cum cognita statuuntur sub scriptionibus revocari non posse sepe rescriptum est.

Idem. In locum compendii apud acta signata nisi solucionem debiti is qui convenitur obsequium prestitit duplum seu quadruplum fieri a voluntas potius comminantis quam sententia iudicantis secundum placitum eiusmodi rei iudicate auctoritatem obtineat iuris ratio declaret.

Idem. Iudex qui disceptationi locum dederat partium allegationes audire et examinare debuit quam subscriptionem ad libellum datam legem talem que certam partem in possessionem fundi mitteret vicem rei iudicate non obtinere non ambigitur.

Idem. Programma siquidem in adversarium positum est vicem rei iudicate obtinere nec quem potest nec comminationem vim rei iudicate continere manifestum est.

Idem. Quod cum magno conflictu sententia dicendum solet id paucis verbis temere ascriptis dissimulare fas non est.

Si ex falsis instrumentis vel testimoniis iudicatum est.

Si tabula testamenti que secutus proconsul vir clarissimus dixit sententiam falsas dicere vis probe-

bit notionem suam non obst-
ante praescriptione rei iudicatae. Q[uod]
[I]non dum de falso quaesitum est.

Idem. Et qui non prouocauerit
si instrumentis falsis se uictos esse
probare possunt cum de crimine
[I]docuerint ex integro de causa audiuntur.

Idem. Falsam quidem asseri
actionem quae diuisa pars in iudicio
actum fuisse usa est ut proponis so-
lito more argui non prohibis
sed causa iudicati in irritum non
reuocatur nisi probare potueris
eum qui iudicauit secutum
eius instrumenti fidem. quod si me esse
[I]constiterit actum fuisse te pronunciasse.

Idem. Iudicati executio solet
suspendi et soluta dari repetitio
si falsis instrumentis circumuentam
esse religionem iudicantis cri-
mine postea subillato manif-
[I]estis probationibus fuerit ostensum.

De confessis. Rubrica.
Imperator.

Confessos in iure pro
iudicatis haberi placet
quare sine causa desidas
recedi a confessione tua cum
[I]et soluere cogeris.

Res inter alios acta uel iudi-
Impr. cata aliis non nocet.

[I]nter alios res gestas
aliis non posse facere praeiu-
dicium saepe constitutum
est. Unde licet quosdam de he-
redibus eius quem debitorem
tuum esse significas soluisse
commemores tamen ceteri non
aliad solutionem urgentur in
si debitum probatum fuerit.

Idem. Inter alios factam transactio-
nem absenti posse non facere p[raeiudicium]
iudicium nouissimum uiuis est.
Si pacto proside pronunciauit an[cillam]
tuam mancipium tibi donas-
se probasti hoc iure ad te pertinere
prospexit restitui prouidebit. neque
enim si te absente cuiusnam
[I]eius fecit aliquid uim tuo dero-
gare potuit.

Idem. Si cum fratre tuo minor fuisse
fisti frater pro portione tua cum
debitoribus hereditariis paciscen-
do uel agendo non ex tua uolun-
tate pro hereditaria parte tibi que
[I]situm obligationem extinguere non
potuit.

De relationibus.
Imperator. Rubrica.

Si quis iudicium dixe-
rit esse referendum inchoa-
tis partes pronunciet. Sed
magis super quo haesitandum
putauerit mansuetudinem consulat scia-
que si tulerit sententiam minime post
eam ne a se prouocetur relatione p[ro]
missa terreat litigantes. sciens
quod si hoc fecerit inchoamus
iure appellationem res appellabi-
lis. Sed nec ad nos mittatur aliquid
[I]quod plena instructione indige-
at. Quotiens autem ad no-
stram scientiam iudex se polliceatur
relaturum consultationis ex-
emplum litigatoribus illico e-
dat apud acta ut si cui uideatur
forte relatio minus plena uel
contraria uideatur refutatorias p[re]-
ces similiter apud acta sine ali-
qua frustratoria dilatione offerat.

Idem. Super delictis prouincia-
lium nunquam rectores prouin-
ciarum ad scientiam principum
putent esse referendum nisi edi-
derint prius consultationis ex-

emplum. Quippe tum demum relationibus plena veritas est, cum vel allegationibus repelluntur vel probantur assensu.

Idem. Si quando ratio aut necessitas est in negociis ita iudicia reguirendi, exspectandi quoque rescriptionis omnino causas relationis series comprehendatur, ut recitata consultatione que ita est dirigenda, preter modum actorum retentione opus non sit, actis etiam necessario sociandis.

De appellationibus et reparationibus appellationum. Rubrica.

Imperator. Sententia dum servata in persona matris prisci. Idem ... Pomponio Tanto et ceteris senatoribus. Dixit ... prius de possessione pronunciare, ita crimen violentie executive preses pronuntiare debuit. Quod cum non fecit, iuste provocatum est.

Idem. Novum id quod postulas non est, quod et si rescripti mei auctoritas intercessit, provocandi tamen facultas non est denegata.

Idem. Appellatione interposita licet a iudice repudiata sit, in preiudicium reparationis nichil fieri debet et in eo statu omnia esse quo tempore pronunciationis fuerunt, sepe constitutum est.

Idem. Si ad scriba tum nominatus non provocasti, convelli constituta non possunt.

Idem. Preses provincie ad quem appellasti, sine vitio neglegentie vestre tempus quod ad reddendos apostolos prescriptum est exemptum esse animadvertet, sed et fatalis ea

necessitate diem functo eo qui eos preferebat id accidisse cognoverit, iuxta perpetuam iuris formam desiderio vestro medebitur.

Idem. Eos qui de appellationibus cognoscent et iudicabunt, ita iudicium suum probe convenit, et ut intelligant quod cum appellatio post decisam sententia litem interposita fuerit, non ex occasione aliqua remittere negocium ad iudicem suum fas sit, sed omnem causam propria sententia determinare conveniat, cum salubritas legis constitute ad id spectare videatur, ut post sententiam ab eo qui de appellatione cognoscit recursus fieri non possit ad iudicem a quo fuit provocatum, quo per mittendi litigatores ad provincias remotam occasionem atque exclusam penitus intelligatur, cum super omni causa interpositam provocationem vel iniustam tantum liceat pronunciare vel iustam. Si quid autem in agendo negotio minus se allegasse litigator crediderit, quod in iudicio acto fuerit omissum, apud eum qui de appellatione cognoscit persequatur, cum notum gerentibus nobis aliud nichil et in iudiciis quam iustitiam locum habere, necessaria res forte tamen similiter non excludenda videatur. Si quis autem post interpositam appellationem necessarias putaverit esse personas presentes apud iudicem qui super appellatione cognoscet, veritatem possit ostendere quam existimavit occultam, et hoc quod iudex fieri presenserit, sumptus eisdem ad faciendam itineris expeditionem prebere debebit. Cum

In aut. de app. & intra q. t. m. coll. iiii.

Hodie cuilibet tribuitur spacium .x. dierum a tempore recitate sententie numerandum.

[illegible]

id iusticia ipsa persuadeat. ab eo per recognosci qui evocandi personas sua interesse credidit. Si supplices vero qui in capitalibus causis constituti appellaverint quos tamen et ipsos vel qui pro his provocabunt non nisi audita omni causa atque discussa post sententiam dictam appellare conveniet. id observandum esse sancimus ut inopia fideiussionis idonei retentis in custodia reis opiniones suas iudices et exempla appellatoriis edicta ac refutatores eorum ad scrinia que remiserint transmittant quibus gestarum rerum fides manifesta oratione pandatur. ut nimius eorum consideratis per fortuna singulorum sententia proferatur. Ne teme autem ac passim omnibus provocandi facultas preberetur arbitramur eum qui malam litem fuerit persecutus mediocriter penam a non competenti iudice sustinere. Si autem in iudicio penam eam qui is fuerit persecutus atque superatus noluerit provocare. eodem die alteri libellos appellatorios offerre debebit. si vero qui negocium tuetur [illegible] etiam tercio provocabit. autem post interpositam provocationem et non retenta appellatore sine aliqua dilatione iudicem dare [illegible] cautione inde licet de extendenda provocatione [illegible]

In posterum minime pretanda

Idem. Qui ad civilia munia vel decurionatum vel honores devocantur. licet vacationem a principibus acceperint si appellationis auxilio non utantur [illegible] sensu suo nominatorem confirmant. Cum quis ad munus vocatus appellaverit apud presidem provincie iuste se appellasse ostendere.

Idem. Si ne maiorem xxv. annis sententia lata provocationis secute tempore prefinito causas non esse presentatas appellatione pendente transactione finitum negocium rector animadvertit res iudicatas exequi curabit.

Idem. Si actor a curatore ordinatus actorem calculum reportavit. tam ipse quam curator ad provocationis auxilium possint [illegible] curator non solus provocationis item [illegible] si minores autem [illegible] adolescens veniam etatis impetraverint vel ad legitimam etatem pervenerint post suo nomine appellationem exercere.

Idem. Cives et incole manifestas excusationes etiam habentes suo iure [illegible] nominatore si non appellaverint ad rationem earum non admittuntur.

Impp. Minime fas est ut in alieno negocio libellis appellatorum oblatis aut cartis [illegible] aut cuiuslibet iniurie generis [illegible] seu formula vel etiam contumelias per sententia appellatorum [illegible] bus criminalibus causis in omnibus etiam si possunt provocare cum tamen statum debent obtinere ut post provocationem in custodia si fideiussionis idonei copiam non habeat perseveret.

[illegible]

Idem. Ex illo tempore quo in ambiguis eventus que inter privatos moventur consultationum vel relationum interesse premissis sententiis vel appellationis arte imposite sollempnia completa fuerint in quo post hac tibi quorum spectat ac requisitum vel quibusque modis favoris gratia preferens audiendi cunctis obsurando ut vix priora statuta sollempnitatis more expleto gesta ad comitatum omnia dirigantur.

Idem. Litigatoribus copia est etiam non scriptis libellis illico appellare voce cum res poposcerit iudicata tam in civilibus quam in criminalibus causis.

Pro debito creditores alienas bona sui debitoris non iure postulant. Unde siquidem debitoris tui ceteri creditores pignori res acceperunt potiores eos quam te cirographarium creditorem haberi non ambigitur. Quod si specialiter uel generaliter nemini probentur obligate ac sine successore communis debitor uel heres eius decessit non dominium rerum uenditione sed possessione bonorum itemque uenditionem equa portione pro rata debiti quantitate omnibus creditoribus consuli potest.

Idem. Si uxor tua pertinente patruo suo heres extitit nec ab eo aliquam exigere prohibita est debitum ac heredibus pro uelle petere non prohibetur cum ultra eam portionem qua successit actio non confundatur. Si nam autem coheredes non sint soluendo separatione postulata nullum ei dampnum fieri patiatur.

Idem. In possessione rei suae ande uxor defuncti uel alij creditores missi ex hac causa tenentes adipisci minime possunt.

Idem. Cum proponas eum cui quem supplicas ex administ[...]

[illegible marginal gloss]

[illegible]

tione tibi negotiorum obligatum. hunc filium vinis rationem acto praeside provinciae potes convenire. nam si ad curam nem tui vinis latitat nec defendatur: et eum tuum debitorem esse constat ad exemplum edicti bonorum eius possessionem potes impetrare. tempore autem transacto etiam venditionem eorum a competenti iudice postulare non prohiberis.

Idem. Cum apud veteres quaestionem invenimus super creditoribus pro quibus hypothecae non sunt constitutae, res ad debitorem pertinentes cum is scilicet creditores formidans sese celaverit: et illi de rebus ad eum pertinentibus competentia ingredientes iudicia postulaverint in possessionem earum rerum sese transmitti: si et alii creditores quibus obnoxius esse videtur possint quandam habere communionem in rerum possessionem. huiusmodi dubitationem amputantes censemus per praesentem generalem divinam constitutionem, ut si non omnes hi debita praetendentes, sed ab his certi ab iudiciali sententia in possessionem rerum mittantur: non solum hi sed etiam alii omnes talia debita praetendentes eadem commoditate potiantur: et post eam cum prioribus rerum detentatoribus communionem habere in rebus de quibus sicut superius declaratur, prolata fuit sententia. quid enim iniustius est quam omnes qui ad rem debitoris mitti debent esse participes huius commoditatis.

Sed autem non in perpetuum aliorum neglegentia vel qui pro suis debitis alacriores creditoribus aliis ostenduntur fuisse praegravantur: recte nobis esse videtur tunc communionem habere possessionem rerum alios creditores qui non hoc peregisse noscuntur, cum praesentes quidem in una eademque degentes provincia, intra etiam possessores rerum commorantur, intra duorum annorum spatia, absentes autem intra quadriennium creditoribus possessionem antelato modo detinentibus suum debitum cum faciant et expensas suorum debitorum quantitates persolvant eis qui sententiam consecuti sunt pro faciendum manifestandas eorum qui eas ad ipsum custodiendae gratia possessionis earum rerum sustinuerunt, quia et suum debitum satis eis si exploratum iuris est.

Post completum autem memoratum tempus nullam eis esse licentiam eos qui possessionem adepti sunt molestare vel quibusdam damnis afficere. actiones autem quas ex legibus se competere putaverint contra suos exercere debitores.

Sin autem hi qui detinent possessiones vel ex sententia iudicis res vendiderint vel alio quocumque modo legitimo omne ius quod in eisdem rebus habere noscuntur in alias personas post definitum a nobis tempus transtulerint et certas pecunias acceperint, quidquid superfluum inventum

[illegible]

fuit vel amplius quam eis debetur, his modis omnibus necesse est eos presentibus tabulariis signare et in cimiliarcho sacrosancte ecclesie illius civitatis in qua huiusmodi contractus celebratur deponere, sub attestatione videlicet prius per memoratos tabularios conscribenda, presente etiam eo qui res vendidit vel in alias personas transtulit, ut per eum manifestaretur tam quantitas pecuniarum que pro venditione rerum vel translatione persolute sunt, quam earum que superflue post solutum debitum inveniantur: ut si quis postea creditor apparuerit et debiti cautionem ostendere possit, ex his sibi satisfaciat, prius scilicet rectore provincie sine aliquo dampno vel causa faciente examinationem et non concedente nec viros reverentissimos yconomos vel cimiliarchas sacre ecclesie in qua pecunie deponuntur aliquod detrimentum vel dispendium sustinere, per suam autem interlocutionem creditorem percipientem secundum modum debiti ex depositis pecuniis suum accipere debitum. Quod autem non liceat creditori in venditione vel translatione rerum dolum vel aliquam machinationem vel circumscriptionem facere, iubemus attestationem super hoc celebrandam apud defensorem locorum gestis monumentis insinuari, sive tamen ex pretio quantum debetur sive plus sive minus colligitur, et presentibus non tantum, sicut dictum est, tabulariis, sed etiam viro reverentissimo cimiliarcho apud quem si ita esse contigit superflue pecunie et signate deponende sunt, iusiurandum sacrosanctis evangeliis propositis venditorem vel translatorem rerum prestare quod neque per gratiam emptoris vel eius ad quem res eius iure cessionis transferuntur nec dolo aliquo minuentem in minorem iusto rerum pretio quantitatem recepit, sed etiam quam rei veritas cum omni studio poterat invenire.

De privilegio fisci. Rubrica.

Imperator. Bona mariti tui si ob reliqua administrationis principaliter a fisco occupata sunt, res quas tuas esse liquido probaveris ab aliis separate tibi restituentur.

Idem. Quamvis ex causa dotis vir quondam tuus tibi sit condempnatus, tamen si prius quam res eius tibi obligarentur cum fisco contraxit, ius fisci causam tuam prevenit. Quod si post bonorum eius obligationem rationibus meis cepit esse obligatus, in eius bona cessat privilegium fisci.

Idem. Sicut pecuniam pro marito solvens neque ius fisci in te transferre impetrasti neque pignoris causa domum vel aliud quod ab eo accepisti, habes personalem actionem, nec potes presentem fisci rationibus a quo dicis ei vectigal de novo locatum esse, cum eo pacto universa que habet habuit ve eo tempore quo ad conductionem accessit pignoris iure fisco teneri. Salva igitur indempnitate fisci debitorem tuum pro pecunia quam

p(ro) eo fisco soluisti more solito co(n)uenire non p(ro)hibens.

Idem. Si debitor tuus ciuis fu|dum fuisse et ipse co(n)fitens p(ri)us eum distraxit q(ua)m fisco aliquid debuit. inquietandum te non e(ss)e p(ro)curator meus cognoscet. na(m) si postea debitor extitit. non ideo tam(en) ea que de dominio eius ex|cesserunt pignoris iure fisco po|tuerunt obligari.

Idem. Pecunia(m) q(ua)m c(re)ditor a debitore suo recepit si postea ex iusta ca(usa) fisco restituenda erit. si(ne) usuris debetur: quia non fenus exercuit. s(ed) suum recuperatum ext(ra) ordinario iure aufertur.

Idem. Cum p(re)diorum tuorum fiscale(m) debitorem fuisse demonstres (et) eum q(ui) iubenti tibi poss(essi)onem dedisse alleges. p(ro)curatorem iuris fisci exeq(ue)ntem ea(m) iure pigno|ris reuocare potuisse intelligis.

Idem. Si in te ius fisci cum reb(us) q(ue) debitoris p(ro) quo satisfaciebas tibi competens uidere asscripsit. t(ame)n transtulit ab hys c(re)ditorib(us) quib(us) fiscus pocior h(ab)etur: res quas eo nomine tenes non possunt in|quietari.

De priuilegio dotis. Rubrica.

Imperator.

Scire debes priuilegi|um dotis quo mulieres utuntur in act(i)one de dote ad heredem non t(ra)nsire.

De reuocandis hys que i(n) fraudem alienata s(un)t.

Imp(erator). Si heres qui post aditam hereditatem ad eum cu(m) res cessit corpora heredit|aria transtulit. c(re)ditorib(us) p(er)mansit obligatus. s(ed) si in fraudem tua(m) id fecit bonis eius excussis. usi|tatis act(i)onib(us) si tibi neg(otium) in fu|erit gestum. eaque in fraudem alienata p(ro)babuntur reuocabu(n)tur.

Idem. Si successione p(at)ris absten|ta fuisti ob ea que in dotem data sunt conuenire te c(re)ditores nequ|eunt quib(us) pignora in dotem (con)data non docentur: nisi bonis de|functi non sufficientib(us) in frau|dem c(re)ditorum dotem constitu|tam esse p(ro)babitur.

Idem. Si p(ate)rna hereditate abstin|uisti nec quicq(ua)m in fraudem cre|ditorum ex bonis eius in te do|nationis iure t(ra)nsc(ri)ptum e(st) a p(ri)|uatis c(re)ditorib(us) p(re)ses p(ro)uincie co(n)|ueniri te non pacietur.

Idem. Filios debitoris et succe|dentes uelud in c(re)ditorum frau|de alienatorum facultatem re|uocandi non h(ab)ere notissimum iu|ris est.

Idem. Ignoti iuris non e(st) adu(er)s(us) eum qui sine condemp(na)tus i(n)|tra statutum temp(us) satis no(n) fe|cit. nec defenditur bonis possess|is. item q(uod) cautu(m) e(st) p(er) act(i)onem i(n) f(ac)tum (contra) emptorem qui sciens in fraudem comparauit. (et) eum q(ui) ex lucratiuo titulo possidet scie(n)tie me(n)|tione detracta c(re)ditorib(us) suis esse co(n)|sultum.

Idem. Si actu sollempni prece|dentem oblig(ati)onem peremisti p(er)|spicis aduersus fraudatorem in|tra annum in q(ua)ntum face(re) pot(est) u(e)l dolo malo fecit quominus face(re) possit edicto p(er)petuo t(antu)m act(i)o(n)em permitti.

D(omi)n(u)m Iustinianum sacratissimum p(ri)ncipis p(er)petui augusti ex

Explicit l. vii. Incipit liber octavus de interdictis.



Imperator Gordianus Aug. Proculo.

Cum proponas radicibus arborum in vicina area positis crescentibus fundamentis domus tuae periculum afferri, praeses ad exemplum interdictorum que in albo proposita habet: si arbor in alienas aedes impendebit; item si arbor in alienum agrum impendebit; quibus ostenditur nec per radices quidem arborum vicino nocere oportere, rem ad suam aequitatem rediget.

Idem. Praeses provinciae in eum qui eiusdem provinciae non est, neque interdicto recognoscere [illegible].

Idem. Incerti iuris non est orationis interpretatione possessionem tradi o[illegible] prius quam possessionis competentibus actionibus ostensis [illegible] hoc ordine sic de dominio [illegible] disceptationes [illegible] de possessione victus est exigantur.

Interdicta autem licet in extraordinariis iudiciis proprie locum non habent, tamen ad exemplum eorum [illegible].

Idem. Res agitur [illegible].

Idem. Si quis quodlibet interdictum exflagitavit ruptis veteris iuris ambagibus in ipsa cognitione nem auspicata rationem exprimere [illegible] actis suas allegationes [illegible].

Quorum bonorum.

Imperator. Hereditatem eius quem patrem tuum fuisse dicis petituris iudicium quod super ea re cognitum erit de fide intentionis allegationibus [illegible] enim bonorum possessionem [illegible] prius agnovisti, tamen interdicto quorum bonorum non aliter possessor constitui poteris quam si te defuncti filium esse ad hereditatem vel bonorum possessionem [illegible] admissum probaveris.

Idem. Si ex edicto bonorum patris intestati sine liberis defuncti recte petita bonorum possessione quesitam successionem ac negotium integrum esse quod cum interdicto quorum bonorum [illegible] possessorem ab his qui pro herede vel pro possessore possident vel dolo malo fecerint quo magis desierint possidere, tibi rector provinciae restitui efficiet.

Idem. Constat virum a bonis intestate uxoris superstitibus [illegible] sanguinis [illegible] prudentum omnia sensa [illegible] lege natura successores [illegible] faciat [illegible] iubemus ut omnibus frustrationibus amputatis per interdictum quorum [illegible] mortem corpora [illegible] [illegible] actio [illegible].

Quorum legatorum. Imperator. Rubrica.

Etsi rescripto satis est donec lege Falcidia exhausta legatis successio praestetur per quantitatis retentionem prospectum esse, unde si legatarius vel fideicommissarius non consenciente herede vel eius qui testatori successisse et bonorum possessionem accepisse relicta sibi legata vel fideicommissa detinuit, sed in summam interdicti quod adversus legatarios scriptis heredibus propositum est oblata satisdatione, eum prius oportet in possessione constitui, ut ita retentione competentis quantitatis expediri potest.

Unde vi. Rubrica. Imperator.

Recte possidenti ad defendendam possessionem quam sine vitio tenebat, inculpatae tutelae moderatione illatam vim propulsare licet.

Idem. Vi pulsos restituendos interdicti exemplo, si necdum annus excessit, cum summa iuris est, heredes teneri in tantum quantum ad eos pervenit.

Idem. Auctorem vobis rescripti tenendae possessionis quam vos per violentiam adeptam profitemini commodare nimis improbe postulatis.

Idem. Si de possessione vi deiectus es, eum legis Iuliae de vi privata reum postulare et ad instar interdicti unde vi convenire potes, quo reum etiam convenire praestare in qua fructus etiam quos vetus possessor percipere potuit, non tantum quos per eum percepit, venire non ambigitur.

Idem. Invasor locorum poena teneatur legitima, si tamen eum loca eadem invasisse constitit. Cum si per errorem aut incuriam domini loca ab aliis possessa sunt, sine poena possessio restitui debet.

Idem. Meminerint cuncti sibi vulgato rescripto mansuetudinis nostrae sine summa civilis iudicii non utantur: in eas convenientes dominos locorum etiam si forte desunt actores eorum ad insinuandas summas peritatores esse querendos, ne inde immunitatem nascatur accounita nascantur. Quod si praecepta nostra implere neglexerint, omni negotio de quo litigare coeperant privabuntur. Cum autem hi, a quibus collusio curatores vel tutores minorum his rem debitam ea occasione invadant ut pupillis vel adultis litigandi copia et fructus adimatur, his eatenus subvenimus ut eosdem non attrahat damno culpa temeritatis alienae: sed in eo quidem possessio ei a quo est ablata reddatur, curatores autem vel tutores etiam deportatione puniantur bonorum eorum publicatio persequatur.

Idem. Si quis in tantam furoris pervenit audaciam ut possessionem rerum apud fiscum vel apud homines quoslibet constitutarum ante eventum iudicialis arbitrii violenter invaserit, dominus quidem

constitutus possessionem quam abstulit restituat possessori et dominium eiusdem rei amittat. Sin vero alienarum rerum possessionem invasit, non solum eam possidentibus reddat, verum etiam estimationem earundem rerum restituere compellatur.

Idem. Momentanee possessionis interdictum quod non semper ad vim publicam pertinet vel privatam, mox audiri interdum etiam sine inscriptione meretur.

Idem. Si quando vis in iudicio fuerit patefacta, deinde super rebus abreptis vel invasis vel damno tempore impetus questio proponatur, si non potuerit qui vim sustinuit que perdidit singula comprobare, taxatione a iudice facta pro personarum atque negotii qualitate, sacramento extimationem rerum quas perdidit manifestet, nec ei liceat ultra taxationem a iudice factam iurare. Et quod huiusmodi iureiurando dato fuerit declaratum, iudicem condempnare oportet.

Idem. Non ab re est quemadmodum possessionis aliene invasores tam vetus quam presens sacra constitutio censuit esse puniendos, ita nec conductoribus et possessionis aliene detentatoribus impune procedere fluctuationibus forte vel possessionem rerum suarum quam apud alios precario modo esse concesserint recuperare secundum leges volentibus, cum nulla sibi iure cognita legibus allegatio competeret, duxerint resistendum, et non protinus, id est non exspectato iudiciorum ordine, alienam possessionem recte eam recuperantibus cedere patiantur. Eos namque iubemus pro tanta sue iniquitatis impudentia, si cognitionis iudicialis eventu fuerint condempnati, rei cuius possessionem sponte restituere usque ad diffinitivam sententiam minime passi sunt, estimationem victrici parti una cum ipsa re prebere compelli.

Idem. Cum querebatur inter illicitam an advocationem quod fieri oportet propter eos qui vacuam possessionem absentium sine iudiciali sententia detinuerunt, quia veteres leges nec unde vi interdictum nec quod vi aut clam vel aliam quandam actionem ad recipiendam talem possessionem diffiniebant, violentia in ablatam possessionem minime precedente, nisi domino tantummodo in rem actionem exercere permittentes: nos non concedentes aliquem alienas res vel possessiones per suam auctoritatem usurpare, sancimus talem possessorem ut predonem intelligi et generali interdictione teneri, que pro restituenda possessione contra huiusmodi personas veteribus declaratum est legibus; sed ridiculum enim est dicere vel audire quod per ignorantiam alienam rem aliquis quasi propriam occupavit. Omnes autem scire deb

Sed quod non furtum est ad alios modos omnibus pertinere, talis dispositio in furti actione iudicium veteribus legibus distinctum est dicentibus: etiamsi absentem actus suis dominum voluntatem attingent furti actione teneatur. sive videlicet que super recipienda possessione a nobis disposita sunt locum habentibus si non ex die ex quo possessio detenta est xxx annorum excesserint cu[rricula].

Si per vim vel alio modo absentis perturbata sit possessio

Imperator.

Iudices absentium qui cuiuslibet possessione privati sunt suscipiant in iure personas et auctoritatis sue formidabile ministerium obiciant. atque ita tueantur absentes ut id solum diligenter inquirant, an eius qui quolibet modo peregrinatur possessio ablata est, cum propinquus vel parens vel proximus vel amicus vel colonus vel libertus seu servus quolibet titulo retinebat. nec eos qui deiecti sunt absentium nomine possidentes, quia minime ipsis possessor decessio cum mandati sit ab expulsis unda re secludant nec silentium eorum relicant immune personas civilia lege conditionis omnibus causas orare suis non sinentes post elapsa que spatia recuperande possessionis legibus prestituta. itaque in servientibus largiri convenit ut eos momentarie prius de possessionis sine ulla cunctatione restituant, ac si reversus dominus litigasset, cum tamen quolibet tempore reversus actionem recuperande possessionis in-dulgemus. quia fieri potest ut restitutio per servos vel inquilinos vel negligentes propinquos vel parentes vel proximos vel amicos vel colonos vel libertos in[…] absentibus enim […] non datur tempus eum sui quod recuperande possessionis legibus prestitutum est. generaliter reformatori statui qui per invasionem sublatus est omnia que supersunt ad disceptationem litigii immutilata permaneant iudicio futuro vel titulis legitimis personis cum valde sufficiat possessionem tenentibus absentium nomine et presentium violentiam sustinentium.

Item. Nec imperiale rescriptum quod supplicatio litigatoris obtinebit nec interlocutio cognitoris ex quacumque parte innovare possessionis statum eo qui rem tenet absente permittitur: quia negociorum integrita partium assertione pandi[tur].

Uti possidetis

Imperator. Rubrica.

Uti possidetis fundum de quo agitur cum ab altero nec vi nec clam nec precario possidetis, rector provincie vim fieri prohibebit. Cetera satisdationis vel transferende possessionis edicti perpetui forma sublata de proprietate cognoscet.

De tabulis exhibendis

Imperator. Rubrica.

Si in potestate patris fuerunt impubes filii et quos eis estis substituti atque ita ad vos intra pubertatem illis decedentibus cepit hereditas pertinere, de exhibendis testi ta[bulis] […]

bulis interdicto uti potestis

De liberis exibendis seu de ducendis et de homine libero exibendo. Rubrica

Imperator. Si ut proponis cum tue potestatis esse supre(?) bo matris obstinuisti potestis eos qui tibi condempnati sunt conuenire. Quod si exti(?) terit qui te filium et in sua potestate esse contendit: interdicto in eam rem proposito de fide interdo-(?) nis eius queretur.

Idem. Adi presidem prouincie presidem ac postula filios tuos exiberi.

Idem. Si ad instar interdicti de exibenda filia per Philippi eius conuenientium putabis adi(?) itus rector prouincie suam uobis accommodabit notionem.

De precario et saluiano interdicto. Rubrica

Imperator. Si te non remittente pignus debitor tuus ea que tibi obnoxia fuit uendedit: integrum tibi est ea persequi non interdicto saluiano (id enim tantummodo aduersus conductorem debitorem ne competit) sed seruiana actione uel que ad exemplum eius instituitur utilis aduersus emptorem exercendam.

Idem. Habitantes precario heredes ad restituendum habitationem teneri ex eo interdicto proposito manifeste declaratur.

De edificiis priuatis. Rubrica

Imperator. Et balneum ut desideras extruere et edificium tuum superponere potes obseruata tamen forma que ceteris super balnea edificare permittitur, id est ut cameratis supra instruas et ipsum concameres nec modum immensitatum altitudinis excedas.

Imperator. Negociandi causa edificia demoliri et marmora detrahere edicto diui Vespasiani et senatus consulto uetitum est. Ceterum de alia domo in aliam transferre quedam licere exceptum est, sed nec dominis ita transferre licet ut integris edificiis depositis publicus deformetur aspectus.

Idem. An in totum ex ruina domus liceat non eandem faciem in ciuitatem restituere sed in ortum conuertere, et an hoc consensum tunc magistratuum uel prohibentium item uicinorum factum sit: preses prouincie probatis his que in oppido frequenter in eodem genere controuersiarum seruata sunt statuet causa cognita.

Idem. Si ut proponis socius edificii ad refectionem eius sumptus conferre detrectet non necessario ex ordinem tibi subueniri desideras, quoniam si solus edificaueris nec intra quatuor mensium tempora cum centesimis usuris nummi pro portione socii erogatus est restitutus fuerit uel quominus id fieret non per ipsum id stetisse constiterit ius dominii pro solido uendicare uel obtinere uetus placitum antiquitus potens.

Idem. Si eius quem preses fundis sciens prudens que soli partem ad te pertinere non quesisti socius uel collega communis operis sol...

VIII

habitudine solidam balneorum extructionem eam inire ut si unquam pretius pro portione tua recipere aggressus est et si forte occasus loci dominium usurpare et collapsum balneorum refabricare intra se fecerit in edificia que alieno loco imponuntur solo cedant in impensis is qui improbe id fecerit restitui debeant antiquato dudum adnam edicto preses provincie memor utriusque publica iudicii in ineunda disceptatione legum placita custodiet.

Idem. Si quis post hanc legem civitate spoliata ornatum hoc est marmora vel columpnas ad rura transtulerit privetur ea possessione que ita ornata fuerit. Si quis autem ex alia in aliam civitatem habens parietes marmora vel columpnas de propriis domibus in proprias transferre voluerit quem et utrobique hec esse publicum decus est licenter hoc faciat concessa similiter facultate etiam de possessione ornamentum hec ad possessionem alienam transferendi quamvis per municipios vel etiam per civitatem eam per mediam transferre necesse sit ut ea solummodo que illata fuerint civitatibus exportentur.

Idem. Nemini columpnas vel statuas cuiuscumque materie ex alia eademque provincia vel auferre liceat vel movere.

Idem. Singularum urbium curiales etiam municipii reparare intra civitates quas soli habuerunt domus vel ex novo edificare cogantur ut sicut semp minus insultum et auctor p(ro)priarum frequentia civitatum. Possessores vero qui non erunt curiales in urbibus in quibus domus possident domosque dirruptas neglectas que reparant vicinas ad consuetam cum hoc preceptum auctore retinendi.

Idem. Si intra loci proprietatis edificandi iuxta publicas edes animum intenderit quindecim pedum spatio interiecto inter publica et privata edificia ita noverit esse fabricandum ut ei tali intervallo publice edes sequestrentur. Privatus edificator vel iam per eum fabricato loco destructionis eciamque future non tantum timeat detrimentum.

Idem. Per provincias mesopotamiam, osrhoenem, eufratensem, syriam secundam, feniceam libanensem, ciliciam secundam, utramque capadociam, pontum polemoniacum atque elenopontum, ubi magis hoc desideratur, cunctisque provinciis cunctis volentibus permittatur murali ambitu fundos proprios seu loca sui dominii constituta vallare.

Item. Meniana que grece exosta appellant sive olim constructa sive in posterum in provinciis construenda nisi spacium inter se per decem pedes libri aeris habuerint modis omnibus detruncentur. In his vero locis in quibus edificia privatorum horreis publicis inveniuntur obiecta obstructione menianorum quindecim pedum intervalla

fuerint: quem uero contra pedum modum edificantis quod supra posuimus, ita ut siquis intra definitum spacium, id est decem pedum mensuram edificare uel intra quindecim pedum memoratas possidere temptauerit, sciat non solum fabricam demoliendam, sed etiam ipsam domum fisco nostro ascribendam.

Idem. Cum dubitabatur utrum constitutionis Zenonis diue memorie ad Amantium prefectum urbi scripta que de seruitutibus loquitur localis est et huic florentissime urbi dedicata, et debentibus quidam iura in hac obseruari, antiqua uero que communia sunt locum habere in prouinciis, indignum esse nostro tempore putantes aliud in hac regia ciuitate de his obseruari, aliud apud nostros esse prouinciales, sancimus eandem constitutionem in omnibus urbibus romani imperii obtinere et secundum eiusdem diffinitionem omnia procedere, et siquid ius ex ea lege innouatum est auctoris diuisione et hoc in prouinciis a presidibus earum obseruari, ceteris uidelicet omnibus que non per Zenonianam legem innouata sunt, sed ueteribus legibus complexa in sua firmitate in omni loco manentibus.

Idem. De operis noui nunciatione quondam antiquis ortam fuisse dubitationem nostra cognouit tranquillitas, dicentibus si quis denunciationem ad inhibendum opus miserit non posse eum post annum elapsum ex quo denunciatio missa est iterum edificationem prohibere. quod dupliciter iniquum nobis esse uidetur. siue enim non recte opus prohibuit, decet non per totum annum hoc impediri, siue recte denunciationem emiserit, etiam post annum lineam huic edificationem prohibere. talem igitur iniquitatem inhibentes sancimus, siquis denunciationem emiserit, in hac quidem regia urbe prefecti urbis festinare, in prouincia uero rectorem eius intra trium mensium spacium causam dirimere. si in nouo aliquid fuerit quocumque modo ad decisionem ambiguitatis impedimentum, licentiam esse huic qui edificationem deprecatur opus de quo agitur efficere, prius fideiussorem ab eo dato officio urbicane prefecture uel prouincialis, ut si non recte edificauerit, omne opus quod post denunciationem fecit suis sumptibus destruet. sic enim et opera non imperfecta remanent, denunciationes prohibebuntur et recte denunciationibus consuletur.

De operibus publicis.

Imperator. Rubrica.

Plurimum immunitates operum publicorum concessionem iudicum adepti sunt, ideo iubemus in posterum inuitatis immunitates nullius esse momenti.

Idem. Que operibus publicis sunt expensa constituent accepto fieri.

Idem. Oportere.

Pretoria iam iudicum et domos publicas ob publico usui semper uendicari.

Idem. Inter urbem romanam
veterem et novam nullus vi
cinum novum operibus formet
quotiens serenitatis nostre arbi
tria cessabunt. Nisi eius pecu
niis his vel his operibus construere
voluit. Etiam tamen instaurandi quo
niam deformibus ruinis inter
cidisse dicuntur universis licentiam
damus.

Idem. Prescriptio temporis iuri
publico non debet obsistere. Sed nec
rescripta quidem antiqua. Ideo di
ruenda sunt omnia que per diver
sas urbes vel in foro vel in quocum
que publico loco contra ornatum et
commodum aut decorum flo
rentis civitatis extructa noscuntur.

Idem. Ad portus et aque ductus
et murorum instaurationem si
ve extructionem omnes certatim
facta operarum collatione insta
re debent. neque aliquis ab his
honoris dignitatis privilegiis
excusari.

Idem. Omnes quibus vel cura
mandata fuit operum publi
corum vel pecunia ad extruc
tionem solito more credita usque
ad annos XV. etiam ab opere
perfecto cum suis heredibus tene
antur obnoxii. ita ut si quid
vitii in edificatione intra pre
stitutum tempus pervenerit de eo
rum patrimonio exceptis tamen
his casibus qui sunt fortuiti re
formetur.

Idem. Si quando concessa a nobis
licentia fuit extruendi id sub
limis magnificentia tua sciat
esse servandum. ut nulla domus
inchoande publice fabrice gra

tia diruatur nisi usque ad quinquaginta li
bras argenti pretii estimatione
taxabitur. De edificiis non ma
ioris pretii ad nostram scientiam refe
ratur. ut ubi amplior poscatur
quantitas imperialis extet auc
Impator ⁊ toritas.

Si quis iudices perfecto pub
licis pecuniis opere suum no
men sine nostri numinis men
tione inscripserit maiestatis
obnoxii teneantur.

Idem. Ne splendidissime ur
bes vel oppida vetustate laban
tur. de reditibus fundorum iu
ris rei publice tertiam partem rep
arationi publicorum menium
et thermarum substitutioni deputamus.

Idem. Omnes provinciarum rec
tores litteris moneantur. ut sci
ant ordines atque incolas ur
bium singularum muros vel
novos debere facere vel veteres fir
mius renovare. scilicet hoc pacto
impendiis ordinandis. ut ascri
ptio civitatis primum possessoribus singulo
rum deinde ascribantur pro ex
timatione futuri operis territoria
civium ne plus poscant ad quod
necessitas impetraverit. neve mi
nus ne instans impediatur ef
fectus operis. Nam quod per singula non
sterilia iuga certa quo distri
buit. ut par cunctis prebendorum
sumptuum necessitas imponatur
nemini excusatione vel alia pre
sumptione ab huius immunitate
prebenda.

Idem. Nemo iudicum in mo
derantiis erumpat ut inconsulta
pietate nostra novum aliquod
opus existimet inchoandum

uel ex diuersis operibus ornamenta aut marmora uel quicunque speciem que fuisse in usu ornatu probabitur ciuitatis eripere uel alio transferre sine iussu tue sublimitatis audeat. Etenim si quis contra fecerit sex libris auri multabitur. Simul etiam condempnatio inordinatos ciuitatum manebit, non ornamentum genitali patrie decori suo auctore defenderint. Horreorum autem uel stabulorum fabricationes arbitrio proprio pronunciatum iudices studio laudande in deuocationis arripiant.

Idem. Edificia que uulgo parapanensia nuncupantur uel si qua alia opera menibus ciuitatis et publicis operibus sociata coherent, ut ex his incendium uel insidias uicinitas reformidet, aut angustentur platearum spacia uel minuantur porticibus latitudinem diruit.

Iac preterea precipimus.

Idem. Si quando omnes exigant quia a nostra clementia opus publicum sibi fieri postulauerint, non nisi dirupta penitusque destructa et que parum sint in usu ciuitatum percipiant intimandis prius preceptis iudicio tue sedis.

Idem. Si quando usus exegit uel porticus uel quaslibet edes ciuitatis senio seu fortuitis concussas casibus reparare, eas liceat etiam inconsulta nostra clementia cum reuerentia sui ymaginem deponere uel nostram uel retro principum reportatam quod post refecta edificia loco proprio denuo collocare.

Idem. Quicumque locus in palatio huius urbis priuatis edificiis incommode occupatus est, is namque primum subruptis omnibus que in eo sunt edificiis palacio reformetur, quod priuatorum non est parietibus artandum. Nam in amplo magna ab uniuersis secreta debentur. Sit hic tamen locus hinc hitandi quos legitimus maiestatis nostre usus et eius disciplina delegat, in futurum quoque etiam uniuersis ab huius usurpatione prohibendis.

Idem. Turres noui muri qui ad munitionem splendidissime urbis extructi sunt completo opere precipimus eorum usui deputari per quorum terras idem murus studio et prouisione tue magnitudinis ex nostre serenitatis arbitrio celebratur, eadem lege et conditione in perpetuum seruanda ut annis singulis hi uel ad quorum iura terrule deuenerint proprio sumptu eorum instaurationem sibimet intelligant procurandam, eorumque usu publico beneficio potientes curam reparationis ac sollicitudinem ad se pertinere non ambigant. Sic itaque et splendor operis et ciuitatis municio cum priuatorum usu et utilitate seruabitur.

Imperator. Quia plurime domus cum officinis suis in porticibus celeberrimi esse memorantur, recte horum memoratorum locorum pro quantitate que placuit ad pen-

da luminaria et edificia acte
ta recipa[n]da regie urbis sine
aliqua iubem[us]
exceptione conferri.

Idem. Qui sine auctoritate n[ost]ra
excepti ad iudicium tue sedis
destinandi angi portus in
tegros uel p[ar]tes suis domib[us]
incluserint seu porticus usur
pauerint procul dubio una p[ro]st[i]
na sacratissime recte civitati
iubemus multa auri l. librarum
non defutura si quis post hac
in similem audaciam p[ro]rum[pere]
temptauerit.

Idem. Basilicam mauratam
et marmoribus decoratam
iubemus in p[er]petuum man[ere]
neque alicuius ymaginu[m]
picturam cuiuslibet honoris
tabularum ab umbraculo ful[cari]
iubemus neque in parte aliqua
eiusdem basilice tabulato q[ui]c
quid ope[ris] stac[i]ones ergasteria
ne construi sancimus. Illud q[uo]q[ue]
p[re]cipimus ut neque asinos uel
boues siue equos alicui liceat
intromittere uel nuptias celebrari.

Idem. Neminem iudicantium in hac
inclita urbe imp[er]ii n[ost]ri nou
a op[er]a inchoare priusq[ua]m ea
que cepta inuenerit a p[re]deces
sore uel p[re]decessoribus suis uet[us]
tate diruta aut desiderata de
relicta diligenti studio in
stancia que compleuerit ut cum
ex hoc plurimum laudis acqui
rat sicut cuncta p[er]fecta reddide
rit que uetusta sunt et instau
racionem restituerit que q[uo]q[ue] ab aliis
inchoata et imp[er]fecta residunt.

De raciociniis operum publicorum

Inium? de pactis civitatum

Imperator Rca.

Iubemus prouinciarum
quidem rectores et singu
le dyoceseos uiros exspe[cta]
biles iudices id est p[re]fectum
augustalem et comitem
orientalem et utrosque p[ro]
consules et uicarios una
cum suis apparitorib[us]
p[ro] tenore generalium ma
gnifice tue sedis disp[osi]c[i]o[n]um
discuciendis publicis ope
rib[us] uel aquaeductib[us] qui ex
ciuilib[us] reditib[us] uel a quo
libet spontanea munificen
cia facta sunt uel modis omnib[us]
abstinere nec aliquid quolibet
modo quolibet tempore in di[s]
cuciendo ciuiles reditus uel
facta opera uel que fieri assolet u
nam siliquam sibi ex singulis
erogandis solidis uendica[n]
do aut quecumque lucrum cap
tando cum iuris reb[us] hec com
munia utpote patrib[us] ciuitatu[m]
et cure eorum deputatis. Si qui
uero op[us] aliquod p[ro] sua liberalita
te se facturos promiserint licet cum
sit eos sola pollicitac[i]one ad im
plendum sue munificencie
op[us] necessitate iuris teneri nullum
tamen eos uel heredes eorum super
facto ope[re] racio[ci]nium uel discussi
onem aut aliquam utpote non
integrum p[ro]missa q[uan]titate
in id temp[us] erogatam uel in
utilibus facto ope[re] uel aliqua circumuen
tione quocumque modo quoc[um]
que tempore inquietudinem
sustinere concedimus ut siue
clarissimus prouincie moderator

uel eius officium reditus publicos uel opera publica cum uetitum discussiendo uel unam siliquam aut quodlibet ex hijsdem reditibus uel operibus uindicandum sacratissime nostre legis precepta contempserint, quinque quidem officij primates exilio dampnati pretio bona ciuitati cuius leserunt non dubitent uindicanda. Rector uero prouincie librarum auri feretur dispendio. Hec eadem pena spectabilibus quoque iudicibus licet illustri dignitate fuerint decorati et eorum officijs sicut supius dictum est imminendam.

De pignoribus & ca.

Imperator.

Debitor qui pignoribus profitetur se creditoribus cedere nichilo magis liberabitur.

Idem. Quamuis constet specialiter quedam et uniuersa bona generaliter aduersarium tuum pignori accepisse et equale ius in omnibus habere, iurisdictio tamen temperanda est. Ideoque si certum est posse eum ex hijs que nominatim ei pignori obligata sunt uniuersum redigere debitum, ea que postea ex hijsdem bonis pignori accepisti interim non auferri preses iubebit.

Idem. Creditores qui non reddita sibi pecunia conuentionis legem ingressi possessionem exercent, uim quidem facere non uidentur, attamen auctoritate presidis possessionem acquirere debent.

Idem. Cum te pecuniam accepisse et agros tuos obligasse fateris, non habes rationem cur que...

...ris uel coactum pignori dares, igitur recipere uis rem tuam, solue creditori pecuniam debitam.

Idem. Preses prouincie uir clarissimus ius pignoris tibi exequentem te audiet. Nec tibi oberit si nec aduersus debitorem tuum dicta fuerit in collusione cum aduersario suo aut ut dicis non causa cognita sed prescriptione superatum esse constiterit.

Idem. In summa debiti computabitur etiam id quod propter possessionem pignori datam ad collationem uiarum muniendarum uel quid aliud necessarium obsequium prestitisse creditorem constiterit.

Idem. Usucapio pignoris conuentionem non extinguit.

Idem. Quamuis personali actione expertus aduersus reum uel fideiussores seu mandatores eius feceris condemnationem, pignorum tamen adhuc habes persecutionem.

Idem. Si dominium eius possessionis que cum pignori data esset a debitrice domina ad te translatum est eamque postea creditor uel eius heredes detinere ceperunt, uenditionem eam preside prouincie curante ut fructuum deducta ratione residuo quod a te oblato si fuerit satisfactum, ea possessio tibi reddatur.

Idem. Debitores presentes prius denunciationibus conueniendi sunt, ut si conuenti debito satis non fecerint, persecutionem pignora seu ypothecas quas instrumento specialiter comprehensas esse dicis competentibus actionibus rector prouincie auctis sue auxi...

In aut. de litig. coll. viii.

Hoc si debitor satis non faciat precio rei uendite. quod ut fiat ei permittitur uendere.

In aut. de fideius. § iii. in coll. i.

Hoc si debitor possideat. alio uero possidente mouebitur ypothecaria donec personaliter actum sit cum reo et intercessore. Si nec ex ypothecis debitoris satisfiat. tunc demum intercessoris ypothece sic sunt petantur.

Quod obtinet etsi ad hoc nuntiaint ut inibeat emetur. aliquin filii aut uxor defuncti omnibus promittuntur. sed si nullius potiores fuerint hoc aliis creditoribus damnis.

VIII

absoluti a personali quia non tollitur pignus. ut ff. quibus modis pig. uel ypo. sol. si deficiente. ac persecutionem. hic ei ypothecariam suas conteret. ut non aliter tollatur nisi sit satisfactum. ut ff. e. gregem. § etiam. de pig. act. solutionem in princip.

Illum imperitie non dubitabit.

Idem. Nominatori pignorum tempore sine persicus auctoritates non immutari non licet.

Idem. Si uxor tua pro pecunia quam accepit mutuo res proprias obligauit pignori ei quoque tu successisti. licet in instrumento eius sui testimonium collatum non sit. soluto debito creditorem de hiis tibi reddendis sollempniter conuenire.

Idem. Cum dominam non minorem .xxv. annis ea que obligauerat tibi iure dominii possidere permisisse et in solutum dedisse uerbis significes. dominii ne actus et uoluntas ad firmitatem tibi sufficere.

Idem. Distractis a debitore pignoribus creditorem in potestatem heredum ne personali obligatos sed an pignora possidentes in rem actione conuenire uelint non est incertum iuris.

Idem. Debitorem neque uendentem neque donantem neque legantem uel fideicommissum relinquentem posse deteriorem facere creditoris condicionem certissimum est. unde si tibi obligatam rem probare posse confidis pignora persequi debes.

Idem. Et si frater tuus non suam sed ad te pertinentem pecuniam mutuam suo nomine dedit ac pignus accepit tamen tibi pignoris obligationem querere non potuit.

Idem. Quamuis ex ea pecunia quam ante mutuo frater tuus accepit comparauit predium tamen nisi specialiter uel generaliter hoc obligauit tue pecunie nominatione in causam pignoris non deducitur. sane personali actione debitum apud presidem petere non prohibens.

Idem. Pignoris ypothece persecutio in rem est.

Idem. Si uicium maiorem pignorum creditor preterea non habet ita dolum et culpam et custodiam exhibere cogitur.

Idem. Creditor ad petitionem iure minime potest. Sicuti pro eo quod uos heredibus eius ociam debere confiditis oblato si nolunt accipere consignato atque deposito de reddendo pignore hos per presidem prouincie conuenite.

Idem. Res obligatas exoneratis debito soluto liberando datum petere non earum dominium adipisci potest.

Idem. Secundus creditor offerendo priori debitum confirmat sibi pignus et a debitore sortem eius quoque tamen usuras que suissent prestande non etiam usurarum usuras accipiat.

Idem. Maior annis .xxv. pignoris conuentione remissa hoc solum pactum usurarum colloco secundum ipsius uoluntatem tueatur. persequi non potest.

Idem. Persecutione pignoris omissa debitores actione personali conuenire creditor urgeri non potest.

Idem. Si tibi notorum suum pignoris titulo debitor tuus obligauit eum a quo mancipium

pium ab exceptum in pomis apud

Irectorem provintie convenien.

Idem. Servo qui fuiat pignori obligatus defuncto debiti permanet integra petitio.

Idem. Super ypothecis quas argentarii distractores uel metaxarii uel alii quicumque speciem negociatores pecunias credentibus dare solent. hoc specialiter super amputanda omni machinatione sancimus ut si post huius constitutionem uobis suis uel alio modo cognatis quicumque militiam hidem negociatores acquisierint. ea tamen que uendi uel ad heredes sub certa diffinitione transmitti potest liceat creditoribus eorum et non probantibus ex pecuniis eorundem negociatorum liberos eorum uel cognatos militiasse. dum tamen creditum non probatur alios de suo patrimonio dedisse pecunias. creditum ab his qui militarent exigere uel tamen eos efflagitare quominus uendi eadem militia possit quod ita obtinere sancimus et si exceris quibusdam hidem negociatores de suis pecuniis huius militiam acquisisse probentur. sit quod generaliter in ipsis debitoribus militantibus talem militiam que uendi uel ad heredes transmitti potest primum esset liceat creditoribus et adhuc uiuentium debitorum ypothecarum uindicatione in hac nisi eis satisfiat et post mortem eorum exigere quod pro isdem militiis pretia nominis militantium placiti uel diuine iussionis tale prestam

tis heredibus dari solet. hoc in negociatorum personis licet ipsi militantes minime debito obnoxii sint integrum creditoribus eorum fuerit quod scilicet in futuris militiis non etiam in hiis quas ubi uel cognati eorundem negociatorum uel exinde pecuniis eorum meruerint tenere sancimus.

In quibus causis pignus tacite contrahitur. Rubrica. Imperator

Et quia bona eorum qui censentur uice pignorum tributis tacite obligata sunt.

Idem. Ceterum est eius qui cum fisco contrahit bona ueluti pignoris titulo obligari quamuis specialiter id non exprimatur.

Pars ex rescripto alex. Quamuis fructus pignori datorum prediorum et si id aperte non sit expressum et ipsi pignori tacite tacita pactione esse predia tamen que emuntur ex fructuum pretio ad eandem causam uenire nulli prudentium placuit.

Idem. Satis notum est eadem constitutione bona eorum in dote data que nupte sunt his qui primipili sarcina subierunt obnoxia necessitati et tenere uerum eo ordine ut scilicet tunc demum ad hec mulieris patrimonium respiciat si minus fisco sum ac nominatorum facultatibus exhaustis inde residuum inueniatur.

Idem. Si nondum inducta illata in fundum quem pignoris teneri causa placuiat mancipia fuissent nec hec specialiter

obligata monstrentur, rector provincie ea restitui iubebit. Nec enim pretextu debite pensionis retentionem eorum morari potest, cum si quid sibi debitum fuerit, domina fundi ex pensionibus vel quarum ratione probare possit his solutis sollempniter si convenerit.

Idem. Si mater liberorum tutela suscepta legittima ad secundas contra sacramentum prestitum aspiraverit nuptias ante quam eis tutorem alium fecit ordinare, eis quod debetur ex ratione tutele persolverit, mariti quoque eius pro tutele ratiociniis bona iure pignoris tenebuntur obnoxia.

Idem. Sancimus de invectis a conductore rebus et illatis que domino pro pensionibus tacite obligantur, non solum in urbe Roma et territorio earum hoc ius locum habere, sed in nostris provinciis taliter enim iusta presumptione etiam omnes in provinciales potiri desideramus.

Si aliena res pignori data sit. Rubrica.

Imperator. Procurator contra domini voluntatem domus eius pignori frustra dedit. Si tamen pecuniam creditoris in rem domini versam constiterit, inutilis erit exceptio, dummodo ut quod mutuatum est exsolvi desideraverit.

Idem. Si probavit perfidia procuratoris de quibus agebatur tuos esse in litigio obligari eos creditori ab alio non potuisse, si non sciens hoc agi in fraudem creditoris ignorantis dissimulasti.

Idem. Curator adulti vel tutor pupilli propriam rem mobilem eius cuius negotia tuetur pignoris iure obligare non potuit, nisi in rem eius pecuniam mutuam accipiat.

Idem. Nec si maior annis XXV fuisset filius tuus qui in potestate tua erat, re mutuo rem tuam obligare potuerit.

Idem. Cum res que necdum in bonis debitoris est pignori data ab eo postea in bonis esse incipiat, ordinariam actionem super pignore non competere manifestum est, sed tamen equitatem facere ut facile utilis persecutio exemplo pignoratitie daretur.

Idem. Que prediorum in filios a se titulo donationis translatum creditori suo dat pignori, se magis certo pignoratitio obligavit iudicio, quam quicquam dominis noceat. Sed enim Fulviana etiam actio declarant evidenter iure pignoris retineri non posse, nisi que in obligantis in bonis fuerint, et palam rem alienam invito domino pignori obligari non posse certissimum est.

Idem. Si in rem suam accepta pecunia tutor mancipium tuum pignori dederit, nec tu post perfectam etatem consensum accommodasti, pignori res obligare non potest.

Idem. Nec enim non facit prediorum nisi persona que iure potuit obligare per suum aut procuratorem colonum vel actorem seu conductorem vel tum prediorum possessionis ...

In quibus causis pignus vel hypotheca tacite contrahitur.

...vel invito domino imponi non posse et iure et legum auctoritatibus declaratur.

Que res pignori obligari possunt vel non, vel qualiter pignus contrahatur.

Imperator. Cum p[…]os tuos et ceteras res quas nemini cedibile est pignori specialiter datum iri fuisse generali pacti conventione que de bonis tuis facta est, inicua pignoris nomine fuisse rationis est.

Idem. Cum constet pignus consensu contrahi, non dubitamus eum qui emptiones agrorum suorum pignori posuit de ipsis agris obligandis cogitasse.

Idem. Si monumento corpus fuerit inlatum, religiosum id fecisti, quo facto obligari a quoquam prohibente iuris religione non posse in dubium non venit.

Idem. Nomen quoque debitoris pignorari et generaliter et specialiter posse pridem placuit. Quare si debitor is satis non fecit, cui tu credidisti, ille cuius nomen tibi pignori datum est, nisi ei cui debuit solvit, nondum certioratus de obligatione facta, utilibus actionibus satisfacere usque ad id quod tibi deberi a creditore eius probatum fuerit compelletur, quatinus tamen ipse debet.

Idem. Spem eorum premiorum que pro coronis athletis pensitanda sunt privata pactione pignorare minime admittendum est, et ideo nec si generale pactum de bonis omnibus pignori obligandis intervenerit teneatur.

Idem. Qui filios vestros vel liberos homines pro pecunia quam vobis debebat pignoris titulo accepit, dissimulatione iuris se circumvenit, cum sit manifestum obligationem pignoris non consistere nisi in his que quis de bonis suis facit obnoxia.

Idem. Executores a quocumque iudice dati ad exigenda debita ea que civiliter poscuntur servos aratores aut instrumentum aratorium pignoris causa de possessionibus non abstrahant, ex quo tributorum illatio retardatur. Si quis igitur intercessor aut creditor vel prefectus pagi vel vici vel decurio in hac re fuerit detectus, extremo ab iudice supplicio subiugetur.

Idem. Pignorum gratia aliquid quod ad culturam agri pertinet auferri non convenit.

Idem. Si quis in cuiuscumque contractus instrumento ea verba posuerit: fide et periculo rerum ad me pertinentium, vel per earum exactionem permitto tibi satisfieri, sufficere ea verba ad rerum tam earum quas in presenti debitor habet quam etiam futurarum hypothecam sancimus, nec ex posterioribus sanctionibus minus hec specialis hypothece memoria videri, cum sit iustum voluntates contrahentium magis quam verborum conceptionem inspicere. Super quo generali hypotheca illud quod ad conservandam contrahentium voluntatem sancimus, ut si res suas supponere debitor dixerit non adiecto tam presentes quam futuras, tamen ius generalis hypothece etiam ad futuras res per-

In aut. de trien. et semis. §. illud quoque. coll. iij.

Item possessor negans rem eius cuius actor eam esse asseverat, si probata intentione imitatur rem retinere dicens ex ypotheca vel alia causa in eadem persona relata se proximiorem esse quam qui monet causam prius possessionem transferat quam iussu iudicis supponat.

In aut. ut exact. dot. statute. coll. vj.

Siquidem ex rebus ipsius dotis appareat mulieri cui in rem actio competit sine filiis eius fuerit. Alioquin sine absentes supersint sine defecerint sine alta duntaxat prior omnimo seu quelibet soboles eius superior habetur quod nova lege factum est.

In aut. de equali. dot. §. hys quoque. coll. vij.

Quo iure utimur adversus eos qui personali nunc muntur...

...ducatur.

Qui potiores in pignore habeantur. Rubrica.

Qui pignus secundo loco accepit ita ius suum confirmare potest si priori creditori debitam pecuniam solverit aut cum obtulisset isque accipere noluisset eam obsignavit et deposuit nec in usus suos convertit.

Idem. Si decreto pretoris quum de fideicommisso ius dixit in possessionem fundi hereditarii fideicommissi conditionalis conservandi gratia prius inducti estis quam adversarius vester in causam iudicati fundi eiusdem pignus occupavit iussu eius qui iure suo tunc exequebatur tempore potiores estis. Nam cum de pignore utraque pars contendat prevalet qui prevenit tempore.

Idem. Cum rem publicam e[t] Neapolitanorum pro emolumentis suis in rerum tam hereditatis quam hereditariarum possessionem te missam esse proponas intelligis quod ius prestitus cum sociatio cetra... tamen si personali actione eum habuit obligatum propriam rem pro iure pignoris quam executi ei qui iure potuit fruendi iudicati causa occupavit.

Idem. Si fundum pignori accepisti antequam rei publice obligaretur sicut prior es tempore ita potior iure.

Idem. Prior quidem creditor compelli non potest tibi qui potiore loco pignus accepisti debitum offerre; sed si tu illi omne quod debebatur solveris pignoris tui causa confirmabitur.

Idem. Si generaliter bona sunt obligata et postea res alii specialiter pignori dentur quam ex generali obligatione potior habetur creditor qui ante contraxit si ab illo primo comparasti non oportet te ab eo qui postea contraxit inquietari.

Idem. Licet hisdem pignoribus multis creditoribus diversis temporibus datis potiores habeantur priores tamen eum cuius pecunia predium comparatum probatur quod eius pignori esse specialiter obligatum statim convenit omnibus anteponi iuris auctoritate declaratur.

Idem. Diversis temporibus eadem re duobus iure pignoris obligata eum qui prior mutua pecunia data pignus accepit potiorem haberi etiam ac manifesti iuris esse et eas actiones secundum creditorem distrahendi potestatem huiusmodi pignoris consequi nisi priori creditori debita soluta quantitas fuerit.

Idem. Eos qui acceperunt pignora cum in rem habeant actionem privilegiis omnibus que personalibus actionibus competunt preferri constitit.

Idem. Cum tibi pro dote quam accepat res maritus obligavit eo mortuo his quibus eadem pignora dedat non offerentes debitum nulla possunt persequi ratione nam chyrographarios creditores nec in rem nec in personam eos qui debitori non probantur successisse ulla ratione posse con[venire].

Cum tibi acceperat [illegible]

Iubemus manifestum est.

Idem. Assiduis aditionibus
mulierum inquietati sumus
per quas suas dotes deperditas esse
lugebant et ab antiquioribus
creditoribus substantias maritorum
detentas. Nos itaque ad an
tiquas leges prospeximus in perso
nalibus actionibus rei uxorie actionem
quam in presenti ex stipulatu fecimus in
agnam prerogativam prestan
tes ut contra omnes pene persona
les actiones habeat privilegia et
creditores alios antecedant licet
fuerant antiquiores. Sed hoc cum in
personalibus statuissent actionibus
in hypothecaria respiciebant
iuris vigorem iustitie rationem ab
ante et senioribus hypothecis no
vas mulieris hypothecas et
habebant actiones expellebant et
nec ad fragilitatem mulierbrem
respicientes neque quod et corpore
et substantia sua marito
fungitur cum pene mulieris
tota substantia in dotem constituta
est. Oportebat enim dispositionem
antiquos creditoribus suis ex sua
substantia satisfacere non dotem mul
ierem quam ad suos victus su
aspia alimentis mulier possi
det vel a semet ipsa datam vel
prestitam ab alio. Ad hec omnia resp
icientes et ... scientes quod et
alias duas constitutiones fecimus
pro dotibus mulieribus subvenien
tes et omnia in unum colligen
tes sancimus ex stipulatu actionem
quam mulieribus pro dote instituen
da dedimus, cum qua etiam dona
vimus tacitam in rebus hypothe
cam potiora iura contra omnes ha

bere mariti creditores licet antio
res sint temporis privilegio
vallati. Cum enim in personali
bus actionibus secundum quod et curiam
tali privilegio utebatur rei
uxoria, quare non et in hypotheca
hoc mulieri indulgemus ben
ficium, licet res dotales vel ex
alio compatre non extent, sed
quoquo modo vel dissipate vel
consumpte fuerint ...
pia mariti ... quis ei
non misereatur ... sequi
que mariti ... pro ... p
iculum et ipsam uxorum pere
actionem per quam multa nostris legibus
inventa sunt privilegia, ideo
quod antiquitas dare incepit
ad effectum autem non perdu
xit. Nos pleno legis articulo con
summavimus et sive liberos
habeat mulier sive ab initio non
habuit sive progenitos amisit ei
hoc privilegium indulgemus.
Exceptis videlicet antiquioribus an
terioris ... quibus pro do
te mariti sue iam dedimus hypo
thecas et primas res vel eius credi
tores. In presenti autem similem
prerogativam servamus ne quod
postiori uxori datum est hoc an
tiori denegetur, sed sic maneat
eis ius incorruptum. Quando ...
vivente marito eorum duabus
enim dotibus ab eadem substantia deb
itis ex tempore prerogativam
manere volumus. Hoc enim ad
dotem tantum non ad antenuptias
donationem sancimus quam suo te
pore fuerit dispositum ...
in creditores suo temporis or
dine. Non enim plurimo fo

…invenimus mulieres, et ne dampnum patiantur suisque rebus defraudentur cavemus, quam legem ex presenti tempore locum habere sancimus et non retro similiter referimus.

Idem. Scripturas que sepe assolent a quibusdam secrete fieri intervenientibus amicis nec ne transigendi vel paciscendi seu fenerandi vel societatis coeunde gratia seu de aliis quibuscumque causis vel contractibus confici, que idiocheira grece appellantur, sive tota series earum manu contrahentium vel notarii aut alterius cuiuslibet scripta fuerit, ipsorum contrahentium tamen habeant subscriptiones, sive testibus adhibitis sive non, licet condicionales sint quos vulgo tabularios appellant, sive non, quasi publice subscriptas, si personalis actio exerceatur, suum robur habere decernimus. Sin autem ius pignoris vel ypothece ex his instrumentis vindicare quis contenderit, eum qui instrumentis publice confectis nititur preponi decernimus, etiam si posterior is contineatur, nisi forte probate atque integre opinionis trium vel amplius virorum subscriptionem eisdem idiochiris contineantur: tunc enim quasi publice confecta accipiuntur.

De his qui in priorum creditorum locum succedunt.

Idem. Non omnium modo succedunt in locum ypothecarii creditoris hi quorum pecunia ad creditorem transit. Hoc enim tunc observatur, cum is qui pecuniam postea dat sub hoc pacto credat ut idem pignus ei obligetur et in locum eius succedat. Quod cum in tua persona factum non sit (iudicatum enim est te pignora non accepisse), frustra putas tibi auxilio opus esse constitutionis nostre ad eam rem pertinentis.

Idem. Cum pro patre in cuius potestate non eras pecuniam fisco intulens et iure privilegio eius successisti, et eius loco pecuniam numerasti consecutus es, nec hii creditores patris tui qui personalem habuerint actionem vel cum eo postea sub pignoribus contraxerunt pignora tua te ignorante distrahendo iure tuo aliquid derogaverunt. Unde intelligis quod si quid tuo nomine te absente ab actoribus tuis solutum est, ut indebitum numeratum repetitum pignora que tenent a persequi te posse.

Idem. Si potiores creditores pecunia tua dimissi sunt quibus obligata fuit possessio quam emisse te dicis, ita ut pretium perveniret ad eosdem priores creditores, in ius eorum successisti, et contra eos qui inferiores illis fuerunt iusta defensione te tueri potes.

Idem. Si prior res publica contraxit fundusque ei est obligatus tibi secundo creditori offerenti pecuniam potestas est ut succedas etiam in ius rei publice.

Si antiquior creditor pignus vendiderit. Rubrica.

Si vendiderit quidam creditor quia ante pignus acceperat, posteriori tibi ypothecaria superesse non potest. Cum autem debitor ipse priori creditori eadem pignora in solutum dedit, vel vendidit, non magis tibi posteriori adempta est, quam si alii easdem res debitor vendidisset. Sed ita posterioris res obligatas audiens, si quod eidem possessori precedentis creditoris ante tem debitum est optulerit.

Idem. Obligata pignoris iure creditore recte distrahente, post debitor emptori precium offerens vel creditori quod debuit evincere non potest.

Idem. Quominus creditor qui antea pignus accepit distrahat, non offerendo secundus priori debitum impellare non potest.

Si communis res pignorata sit. Rubrica.

Frater vester vobis sic invitis portionem competentem obligare non potuit, ita suam dando obligandam creditori quesitum fuit. Unde intelligis nullum preiudicium dominio vestro creditum eius facere.

De prætorio pignore et posse ut in actionibus etiam debitorum, promissio prætorii pignoris excedat. Rubrica.

Si prætorium pignus quicumque iudices dant, non solum alicui prefectere, nunc non solum super rebus mobilibus et immobilibus et semoventibus, sed etiam super actionibus que debitori competunt, prætorius hoc eis licere decernit.

Idem. Veteris iuris dubitacionem decidentes, ad duplex genus ypothecarum respeximus: unum quidem quod ex conventionibus et pactis hominum nascitur, aliud quod a iudicibus datur et prætorium nuncupatur. Et cum invenimus in conventionalibus pignoribus vel ypothecis non solum tenentem creditorem adiuvari, sed etiam si ab ea possessione cadat, sive sua culpa sive non, sive fortuito casu, humanius esse perspeximus et in prætorio pignore dare recuperacionem creditori quocumque modo possessionem amittat, sive culpa sua sive non, sive fortuito casu. Licet enim debuerat incuria de suo pignore neaquaquam paciatur iacturam, tamen ne quid amarum in creditoribus consequatur, benignius eam inprestamus et ei recuperacionem damus.

Si in causa iudicati pignus captum sit. Rubrica.

Res ob causam iudicati eius iussu cuius iurisdicendi fuit pignoris iure teneri ac distrahi posse, se perceptum est, nam invicem iuste obligationis succedit ex causa contractus auctoritas iubentis.

Idem. Cum in causa iudicati aliqua res pignori capitur, possessionem eius qui ita decreverit vendi non solet, non peremptorie qui iudicatum si postulabit et si alio emptore non existente, vel existente quidem, sed non digni...

[illegible marginal gloss]

ex sola conventione citra ex quasi ... missio ... Et dicemus ... facto legato ... litto... ut in da[m]p[n]o ... sub condicione ... in diez ... precessit sententia aliqui ... iudiciale vel

[illegible interlinear gloss]

pretium offerente. Tu si eius iudicatus sat non fecit ad licitationem secundum constituta fuerit admissus cuius sub altius
luce ex officio emere debet.

Idem. In causa iudicati pignora ex auctoritate presidis capta potius distrahi quam iure dominii possideri consueverunt. Si tamen pro quantitate condempnati emptor inveniri non potest, tunc auctoritate principis dominium creditori attribui solet.

Si pignus datum sit pignori. Rubrica.

Imperator. Etiam id quod pignori obligatum est a creditore pignori obstringi posse iam dudum placuit. Scilicet ut sequenti creditori utilis actio detur, et tamdiu quod eum qui iuris rei prioris tueatur, quamdiu causa pignoris manet eius qui dedit. Si vos tamen usumfructum possessionis pignori dedistis et is qui accepit alii eam possessionem cuius usumfructum nexum habebat sine vestra voluntate pignoravit, creditor eius in id quod in fra pignoris vinculum non constitit detinens domino vos privare nequivit. Quod si non fuit vestro creditori ususfructus sed ipsa possessio pignorata et ante exsolutam a domino pecuniam creditor secundus pignus acceptum vendidit, non posse venditionem post solutam pecuniam rescindi duorum principum placitis continetur.

Idem. Si creditor possessionem quam a parentibus tuis pignoris iure ... fuit obligata non vendidit, sed alii creditori pignori dedit, ex animata fide venire potuisset eam et soluto eo quod ex hac causa creditori debetur in intercessu presidis provincie recuperare.

De partu pignoris et omni causa. Rubrica.

Imperator. Partus pignoratarum ancille in pari causa qua matres esse olim placuit.

Idem. Cum pignoris titulo mancipia vos obligasse pro mutua quam accepistis pecunia proponatis, eorum mancipiorum operis quas creditor accepit vel eas quas percipere potuit in usuras computatis, et post in sortem extenuato debito residuum offerentibus vel si non accipiat consignatum deponentibus, mancipia vobis preses provincie restitui iubebit.

De remissione pignoris. Rubrica.

Imperator. Si te manumissum in libertate moratum sciente ea cui pignori nomine obligatus dicens, presidi probaveris ex consensu creditricis remissam pignoris obligationem apparebit, pro hoc iure te manumissum nec ab herede creditricis in servitutem peti posse certum est.

Idem. Si probaveris te fundum [comparatum] inculcatum possessionemque eius tibi traditam sciente et consentiente ea que se eum a venditore obligatum dicit, exceptione eam removebis. Si autem obligatio pignoris consensu debiti et dissolvitur.

Idem. Si ignorante vel invito te debitor tuus qui universa bo...

na sua ob pecuniam debitam tibi obligauit, et si cum re publica postea contraxit ius tuum non lesit.

Idem. Cum tea debitore meo eatum proponas eam rem que alii pignorata erat, si sciente creditore ac pignus suum remittente eam mercatus es, cum eius consensu nexus pignoris seu obligatio euanuerit, si non noua uoluntas intercessit que denuo obligationem pignoris constituit, et eas res ut uelut obligatas non potest inuendicare.

Idem. Debitum cuius mentionem fecisti quod per pacti conuentionem minime remisisti etiam nunc petere non uetaris, et usitato more pignora uendicare.

Idem. Si eo tempore quo predium distrahebatur programmate admoniti creditores cum presentes essent ius suum executi non sunt, possunt uideri obligationem pignoris amisisse.

Idem. Creditricem patruum tuum sub obligatione fundi qui per cyrographum nexus pignori fuerat iubentem eam cautionem reddi, pignoris etiam ius remisisse uideri manifestum est.

Idem. Si ypothecis fisco distrahente creditores silentio tradiderunt neque palam eam actionem remisisse eos quam in rem habebant, fiscalis haste fides facile conuelli non debet.

Idem. Cum ex causa mandati pro socero tuo te feneratricem pecuniam exsoluisse proponas, cum arbitrium presides prouincie in restituenda pecunia quam pro eo exsoluisti nec non etiam usuris eius indempnitati tue prospiciet. Nam si accepta a creditore mancipia que pignori fuerant data hac in re socero tuo tradidisti ut pignoris uinculum tuum dissoluatur, obligatio semel extincta instaurari non potest.

Idem. Res pignoris ypothece ue iure creditoribus obnoxias citra consensum eorum debitores alienantes precedentem non dissoluunt obligationem.

Idem. Solita prudentia uitam etiam de pignoribus uel ypothecis rerum que quibusdam creditoribus supposite postea a debitoribus uenduntur uel alio modo transferuntur creditore suum consensum accommodante et quodam legittimo postea modo res ad priorem dominum reuertuntur. In hoc enim casu diuisse sine legum prudentibus uisum fuerit, quibusdam dicentibus ius pignoris creditori renouari per uerbum futurarum rerum quod in generalibus ypothecis ponitur, solutum esse aliis penitus extingui. Nobis autem uisum est eum qui semel consensit alienationi ypothece uel alio modo suum ius respuit, indignum esse eandem rem uel postea ab initio suppositam uendicare uel tenentem inquietare.

Etiam ob cyrographariam pecuniam pignus teneri posse. Imp.

Pignus intercidit non te... si nouatione facta malum

ius obligationis transtulisti nec ut ea res pignoris nomine teneretur cautum est. Quod si pactum inter te eumque qui postea dominus fundi constitutus novam obligationem suscepit intercessit ut idem fundus pignoris nomine teneatur quamvis personali actione ex personis condempnationem pignoris tamen heres persecutionem facti in possessione fuisse constitutus nisi ea quoque pecunia tibi a debitore reddatur vel offeratur que sine pignore debetur eam restituere per exceptionem doli mali non cogeris. Iure enim contendis debitores eam solam pecuniam cuius nomine pignora obligaverunt offerentes audiri non oportere nisi pro illa etiam satisfecerint quam mutuam simpliciter acceperunt. Quod in secundo creditore locum non habet nec enim necessitas imponitur ei chirographarium etiam debitum priori creditori offerre.

De distractione pignorum. Rubrica.

Imperator. Fundum pignori obligatum sicuti ex fructibus debitum persecutus es cum ipso iure pignus obligatione liberatum sit distrahere minime potes.

Idem. Creditor qui ypothece seu pignori rem sibi nexam vendidit rem litigiosam non videtur vendere quia petitio debitor possidet.

Idem. Ypothecis vel pignoribus a creditore venundatis in id quod deest adversus reum vel fideiussorem actio competit.

Idem. Creditor ypothecas sive pignus cum proscribit notum debitori facere et bona fide rem gerere quamvis testatio ne deest. Si quid itaque per fraudem in pignore vile venditum commissum probare potes ut inferatur actio que eo nomine competit adi eum cuius de ea re notio est.

Idem. Si residuum debiti paratus es solvere presens provincie dabit arbitrum apud quem quantum sit quod superest ex debito examinabitur sive ad iudicem venire cunctatus processerit sine oblato superfluo ad venditionem prosiluit, improba alienatio proprietatis tue ius non aufert.

Idem. Quamdiu non est integra pecunia creditori numerata etsi pro parte maiore eam consecutus sit distrahendi obligatam rem non amittit facultatem.

Idem. Si cessante solutione creditor non reluctante lege contractus ea que sibi pignori nexa erant distraxit revocari factam venditionem iniquum est. Cum si quid e contra fraudulenter fecit non emptor ante sed creditor conveniendus sit.

Idem. Si priusquam distraherentur pignorata possessio pecuniam creditori optulisti eoque non accipiente contestatione facta eam deposuisti et hodie in eadem causa permanet pignoris distractio non valet. Quod si usquam offerentes legem venditionis excutit quod iure subsistit

Iure revocare non debes.

Idem. Que specialiter vobis obligata sunt debitoribus detrectantibus solutionem bona fide debetis et sollempniter vendere. ita enim apparebit an ex pretio pignoris debito satisfieri possit. quod si quid deerit non prohibemini etiam cetera iure bona more conventionis consequi.

Idem. Et qui sub ymagine alterius persone quam supposuerat vigiliter tenet. cum enim neque ingenerata alienasse non videtur. iure enim pignoris obligatum predium neque si super subiectam personam creditor comparavit neque si adversus debitori auferri preiudicium. sed in eadem causa permanet in qua fuit ante huiusmodi collusionem. Sane si debitore distrahente comparavit consensu emptionem perfectam sine quo dolus adversarii neque metus causa gesta arguentur. revocari exemplo quereris. Igitur potius evidentibus probationibus monstrare creditorem per suppositam ymaginariam emptoris personam se per possessionem retinuisse. nec venditam bona fide predia postea sincere comparasse potius oblata pecunia cum usuris ad restitutionem creditorem compellere.

Idem. Mulier licet res specialiter pignori dedit. pacto creditore eam distrahendi non habet facultatem nisi si dissimulatione marito obligante velut per ignoranciam creditoris ignoranciam causam specifice.

Idem. Si debitor rem iure pignoris obligatam te non consentiente distraxit dominium iam suum causa transtulit ad emptorem.

Idem. Qui predium obligatum a creditore comparavit si in vacuam possessionem inductus non est in nullam in rem actionem habet.

Idem. Sin hoc quod iure debetur creditori satisfactum non fuit et debitoribus res obligatas tenentibus adversus possessores persecutio et distrahendi ius debitores si facultatem

Idem. Obligatis pignoribus in annua pensione a creditore distractis ac traditis si post debitor quondam hoc sollicitavit non debitori sed emptori et possidentem in rem competit actio.

Idem. Unus ex multis debitoribus qui pignora tradiderat heredibus cedo ab eo persona actione peti potuit. solvendo res obligatas distrahendi creditori facultatem non adimit.

Idem. Rei creditor obligate generali sine speciali conventione per creditorem alium non fuerat nexa vel mandata non admittit persecutionem.

Idem. Qui a creditore fundum pignori obligatum iure emit de proprietate litigari non potest.

Idem. Si maritus tuus mutuam licet tuam pecuniam dedit eorum que pignoris titulo accepit heres non successisti distrahendi nomine tuo nullam habes facultatem.

Idem. Secundum placitum fidem si initio convenit specialiter pignoribus a creditore maiore quam ei debebatur pretio distractis licet ex eo fundus comparatus sit non sup-

hoc in rem sed in personam id est pigneraticia de superfluo competit actio.

Debitorem pignorum venditionem non posse impedire. Imperator.

Si sunt qui mere procurator obligata velint non impediuntur si septima testamenti quae complexus est debitor a se nulla persona venundari et precium adicit ut fusa fient si necem minime potuisse eum hac lege ius creditoris facere deterius manifestum est.

Idem. Debitoris denuntiatio qui creditori suo ne rem sibi pignori obligatam distrahat vel his qui ab eo volunt comparare denuntiat ita demum efficax est si summam universam tam sortis quam usurarum offerat debitam creditori eo quod non accipiente deponat fide probis ita ut omne debitum ostendat nam sive modicum de sorte vel usuris in debito perseveret distractio rei obligatae non potest impediri neque ea ratione emptor tamen et si sciat interpositam a debitore creditori denuntiationem malae fidei sit possessor.

Si vendito pignore agatur. Imperator. Rubrica.

Praeses provinciae aditus si probatum fuerit tuum creditorem cum ius distrahendi pignora fuit dolo malo fundum vendidisse quanti tua interest restitui tibi eundem creditorem iubebit. Quod si de bonis creditoris condempnati solvi pecuniam non potuit et probatum fuerit emptorem mala fide emisse offerente pecuniam cum usuris quanti fundus venit restituere tibi fundum cum fructibus malae fidei emptorem iubebit.

Idem. Servos quos nullo iure a creditore venisse dicis pretium vel tu si hereditas eius ad te pertinet a possessoribus petere potes quod si usucapti sunt petat pretium eorum a creditore qui non iure hos suos vendidit.

Idem. Si uxor tua pro fide probaverit cum aureos xxx deberet suos fundos amplioris pretii pro quantitate aureorum xx creditorem vendidisse eumque solvendo non fuisse iubebit emptores recepto pretio restituere cum operibus suos.

Idem. Cum contra bonam fidem venditionem obligatae possessionis a creditore factam alleges non observatis quae in distrahendis pignoribus celebrari consueverunt adito praeside provinciae experire actione competenti non tantum adversus creditorem verum etiam adversus possessorem si fraudem eum participasse cum creditore potius doceas ut revocentur quae mala fide gesta constiterit et fructuum ratio et dampni quod irrogatum apparuit haberi possit.

Idem. Si creditore priusquam ei satisfieret pignus distrahente non pro solutione emptor comparavit successor eius de superfluo non emptoris heres qui rem possidet conveniendus est.

De luitione pignoris. Imperator. Rubrica.

Cum pro parte heres extitit nisi totum debitum exsolvat suam portionem ex pignoribus recipere non potest.

Idem. Intellige certus uincula pignoris durare personali actione submota.

Idem. Si reliqua debita quantitate uel rebus in solutum datis siue custitis compensatione probatis ei contra quem supplicas satis factum esse, aditus praeses prouinciae probaueris, uel si quod residuum debetur obtuleris, ac si non acceperit deposueris consignatum, restitui tibi res pacto pignoris obligatas prouidebit, cum etiam edicto perpetuo actione proposita pecunia soluta creditori uel si per eum factum sit quominus solueretur, ad reddenda ea que pignoris accepit inuitum satis euidenter urgeri manifestum est.

Si unus ex pluribus heredibus creditoris uel debitoris partem debiti soluerit uel acceperit. Rubrica.

Imperator. Manifesti et indubitati iuris est defuncto creditore multis relictis heredibus actionem quidem personalem inter eos ex lege xii tabularum diuidi, pignus uero in solidum unumquemque tenere.

Idem. Actio quidem personalis inter heredes pro singulis portionibus quesita scinditur. Pignoris autem iure multis obligatis rebus quas diuersi possident, cum eius uendicatio non personam obliget sed rem sequatur, qui possident tenentes non pro modo singularum rerum substantie conueniuntur, sed in solidum, ut uel totum debitum reddant uel eo quod detinent cedant.

Si pignoris conuentionem numeratio pecunie secuta non sit. Rubrica.

Imperator. Si pecuniam asseris non esse numeratam atque ideo frustra cautionem emissam et pignus datum probaturus es, etenim expediri potest: nam intentio dati pignoris neque reddite pecunie non aliter tenebit quam si de fide debiti constiterit. Eadem ratione siue tu actor fueris siue possidente pignus aduersarius tuus agere ceperit.

Idem. Sicut nunc asseueras, nil creditor numerauit uxori tue que pignus dedit, sed manente creditore sit cautionem mendacii, scriptura contra fidem ueritatis obligari non potest.

De iure dominii impetrando. Rubrica.

Imperator. Dominii iure pignora possidere desiderans et nomina debitorum quos in solutione cessare dicis exprimere et an sollempnia peregisti significare debuisti, cum non ignores omnia bona debitoris que pignori dedit ut in uniuersa dominio tuo generaliter addicantur te impetrare non posse.

Idem. Si creditor pignus iure dominii a nostra serenitate possidere petierit et post formam rescripti aliquo anno usuras a uobis acceperit, beneficio impetrato recessisse uidetur.

Idem. Vetustissimam obseruationem que nullatenus in ipsis rerum claruit documentis penitus esse decreuimus amputan-

dam nimis magis creditoribus remedium corrigendam esse censemus. In pignoribus quae iure dominii possidere antiquitas creditoribus concedebat, scriptio publica et annus luctuosus antiquus introductus fuerat; pignus autem publice proscribi neque luctuosus neque infinitum modo ex verborum recitatione audivimus. Sancimus itaque, si quidem creditor suo pignori ... si quidem in pactione cautum est quemadmodum debeat pignus distrahi, sive in tempore sive in aliis conventionibus, ea observari pro quibus inter debitorem et creditorem conventum est. Cum autem nulla pactio intercesserit, licentia dabitur feneratori ex denuntiatione vel sententia iudiciali post biennium ex quo attestatio missa vel sententia prolata est numerandum eam vendere. Cum vero nemo est qui comparare eam maluerit, et necessarium fuerit creditori saltem eam iure dominii possidere, in hoc casu hanc esse observandam censemus, ut sive sit praesens debitor, denuntiatio ei scilicet post biennium mittatur, sive ... abfuerit, tribunal praesidale creditor petat et iudicem festinet certiorare, quatenus ille eum requirens certo tempore super hoc ab eo statuendo fiat debitori manifestum per apparitionem iudicis quod a creditore petitum est, et certum tempus statuatur, intra quod si fuerit inventus debitor qui pecunias debitas creditas accepit, debet debitum offerre et pignus recuperare. Sin autem nullatenus fuerit inventus vel ... tempus diffinitum, licentia ei dabitur se manifestare et offerre pecunias, et pignus a pigneraticia liberare. Sin autem in tempore statuto vel minime fuerit inventus vel creditam pecuniam totam offerre noluerit, tunc creditor adeat culmen principale et precibus porrectis iure dominii habere eandem rem petat, habeatque ex divino oraculo eam in suo dominio. Et postquam hoc fuerit subsecutum, pietatis intuitu habeat debitor intra biennium tempus in suam rem humanum regressum ex die sacri oraculi numerandum, et liceat ei creditori qui iam dominus factus est offerre debitum cum usuris et damnis quae creditori illatis; quorum tamen quantitatem creditor debet suo iuramento manifestare, et suum pignus recuperare. Sin autem biennium fuerit elapsum, plenissime habeat rem creditor, idemque dominus iam irrevocabilem factam. Sed si quidem minus in pignore, plus in debito inveniatur, in hoc quod noscitur abundare sit creditori omnis ratio integra. Sin autem ex contrario parte quantitas equa inveniatur, sine omni dubitatione totam rem ante pigneratam retineat. Sin autem minus quidem in debito, amplius autem fiat in pignore, tunc in hoc quod debitum excedit debitori omnia iura nostra lege integra servabuntur, creditoribus quidem feneratoris non suppositum, aliis autem

De exceptionibus sive praescriptionibus. Rubrica.

Debitores ...

[illegible]

debitoris creditoribus vel ipsi debitori servatum, et ne ex hoc difficultas aliqua fiat, licentia datur creditori seu domino existimationem superflui debiti creditori debitoris tantum competenti cautela in eum exponenda offerre. Sin vero creditor per quem dominium hoc possideat vendere hoc maluerit, liceat hoc ei quidem facere. Si quid autem superfluum sit, debitori servare. Cum autem dubitatio exorta fuerit pro venditione utpote viliori pretio facta, sacramenti religione creditor praestare compellatur, quod nulla machinatione nullaque circumscriptione usus est, sed tanti vendidit rem quanti potuit venire, et hoc tantummodo reddi quod ex iureiurando superfluum fuerit visum. Sin autem ex iureiurando minus habuisse creditor inveniatur, in residuo habeat integram actionem. Existimatione autem pignoris donec apud creditorem eius eiusque dominium permaneat, sive amplioris sive minoris quantum ad debitum quantitatis est, iudicialis esse volumus disceptationis, ut quod videtur super hoc statuat. Hoc in existimatione pignoris obtineat.

De pactis pignorum et de commissoria lege in pignoribus rescindenda.

Imperator. Cum pactus es ut si intra certum tempus pecuniam quam mutuo accepit solvisset, cessurus sit creditoribus hypothecae venditionem non exercet, sed id comprehendit quod iure suo creditor in adipiscendo pignore habiturus erat communi. Itaque iure creditor hypothecam vendere.

Idem. Si fundum non minus quam vendidisti emptori ab alio mota proprietatis quaestione alterum fundum per eius evictionem et pignoris hypothecae vel titulo emptionis instrumentis ea lege dedistis, ut quem secundo loco tradidisti suis, quem vendidisti evictus non fuerit, obtineas. De hoc contra eum qui moverat quaestionem lata sententia emptori parata securitate, contra eum quod obligaverat restituendum conventionis fidem implere sine negotio integrum esse praeses iubebit.

Idem. Quoniam inter alias captiones praecipue commissoriae pignorum legis crescit asperitas, placet infirmari eam et in posterum omnem eius memoriam aboleri. Si quis igitur tali contractu laborat, hac sanctione respiret, quae cum praeteritis praesentia quoque depellit et futura prohibet. Creditores enim re amissa iubemus recuperare quod dederunt.

De exceptionibus seu praescriptionibus. R[ubrica].

Imperator. Debitores quidem hereditarii iure civili pro portione hereditaria antiqua lege obligati sunt, sed si heres creditoribus omnem pecuniam exsolvisti, quibus nomine praestitum testator in divisione adscripserat, doli mali exceptione adversus alios agentes tueri te potes.

[illegible]

Si quidem [illegible]

Idem. Pro portione dubitans a qua dominium ad te pertinere dicis si iudicatum non est, accedens dirigere potes. nam exceptio rei iudicate ei demum obstat, qui eius vel successoribus eius inter quos egit iudicium super ea pronuntiatum est.

Idem. Adversus fratrem tuum qui dum tutorem legitimum tutele iudicio si expertus non es, proposita actione consistere nec timens exceptione pacti si eo fraudem dolumque admissum probare potes. nam replicatio doli opposita huic bone fidei iudicium facit et communem fraudem repellit.

Idem. Cum non dum sententiam finalem sed delatam allegatis, non est dubium omnes integras defensiones esse vobis.

Idem. Licet unde vi interdictum intra annum locum habeat, tamen exceptione perpetua ei subvenitur qui per vim expulsus post tempus possessionem auctoris eius manifestatur.

Idem. Si pactum intercessit, exceptione sine temporis prefinitione de dolo replicare potes.

Idem. Si ex maiore debiti quantitate minorem tibi solutam esse nec liberationem debitori tuo prestitisti, petere quod non probatur redditum, exceptionem pacti replicationem tuam adiuvans intentionem minime prohibens.

Idem. Prescriptionem peremptoriam quam ante litem contestatam sufficit opposuisse, in prius quam sententia proferatur, opponi licet.

Idem. Si quidem intentionem actoris per bone fidei conscientie nulla tibi defensio necessaria est. Sin vero de hac confitendo exceptione te munitum asseveres, de hac tibi agi convenit. Nam si etiam de intentione dubitas, hinc contestatione exceptionis tunc demum cum suam intentionem secundum asseverationem suam petitor probaverit, huic esse locum monstrari convenit.

Idem. Non exceptionibus actorem quibus reis auxilium tribuitur, sed ex causis replicationibus suam intentionem si quam habent muniunt.

Idem. Defensiones sive exceptiones ad intercessores extendi, quibus reus principalis integro manente statu munitus est, constat.

Idem. Si quis advocatus in exordio litis pretermissam dilatoriam exceptionem postea noluerit excipere, ad hoc opitulationem summotus in eo per severat, atque post steriter defensioni institit, unius libre auri condemnatione multetur.

Idem. Prescriptiones fori in principio a litigatoribus opponende esse legum decrevit auctoritas.

De litigiosis. Rubrica.

Imperator. Cum creditor pignus vendidit, non potest litigiose rei emptio fieri a creditori hoc debito iudicat ne venditio perficiatur.

Idem. Lite pendente actiones quem iudicium deducte sunt vel res pro quibus actor a reo detentis intendit in coniunctam

[illegible]

Non. Defensiones [illegible]

In aut. e. t. in coll. vij. § et hoc.

Litigiosa res est de cuius dominio causa movetur inter petitorem et possessorem iudiciaria conventione vel sacro principi oblatis et iudici insinuatis ac petitum fuisse reo cognitis. In aut. e. t. § et hoc.

Nunc si heres in litem victor extiterit rem ipsam cuius dominus esse apparet legatario praestet qui nichil consequetur si victus fuerit heres cum litis eventus videatur ei [illegible]

personam vel ex ea in aliam donationibus vel emptionibus vel quibuslibet aliis contractibus minime transferri ab eo actore liceat tamquam si in fraudem fuerit lite inchoata committitur peragenda.

Idem. Quicumque rem litigiosam vel ambiguum cyrographum quodlibet denique mobile vel immobile fisco nostro vel potentiori sive aliis personis mutuo tamen sive tacito sive collusione legaverit vel fidei vel commiserit aut pro hereditate reliquerit: nullam fiscus noster vel alia persona licentiam habeat iurgiorum. nec iudicium subeat. sed estimatio litis inferatur praestanda his quibus actiones vel res litigiose relicte sunt. eisdem litem ipsi heredes peragant suarum actionum periculo ea que litigiosa relicta fuerint vendicantes quod et de cyrographis placet ut heredes relictorum fisco vel aliis personis presentem pecuniam numerent et in iudicio eos quos obnoxios existimant persequantur.

Idem. Censemus ut si quis lite pendente vel actiones vel res quas possidet ad alium transtulit sive scientem sive ignorantem vitio litigiosi contractus subiaceat districtione quadam inter contrahentes observanda. ut si quidem sciens vel ad donationis vel ad venditionis seu alios contractus accesserit cognoscat se compellendum non tantum rem reddere sed etiam pretio eius privari. non ut lucrum cedat ei qui rem alienavit. sed ut etiam alia tanta quantitas ab eo fisci viribus inferatur. Si autem ignorans rem litigiosam emit vel per aliam speciem contractus eam accepit. tunc irrita rei alienatione facta pretium cum alia tertia parte recipiat. iustum est enim propter dolosam mentem et absconditam machinationem cum non emptori manifestaverit rem in iudicium deductam fuisse tertia parte pretii sicut iam disposuimus eum puniri. talis videlicet pena non solum in aliis contractibus sed verum etiam in donationibus porrigenda. ut vera estimatione facta cum pretii datio non est rem ad alium transferendam mulcetur. omnibus in istis que super hoc constituuntur nullam vim obtinentibus. Exceptis videlicet huiusmodi scilicet dispositionibus his qui nomine dotis vel ante nuptias donationis transactionum aut divisionis rerum hereditariarum fiunt vel pro legati vel pro fideicommissi causa tales res vel actiones declinaverit.

De contrahenda et committenda stipulatione.

Imperator. acceperunt. Licet epistulam quam libello inseruisti actitum non sit stipulatum esse cum caveatur tamen si res inter presentes gesta est credendum est precedentem stipulationem acceptam vocem spondentis secutam esse.

Idem. Si filie tue quam in potestate habebas pecuniam dari stipulatus es patiam obligationem excedere non prohiberis.

VII.

Nuda pollicitatio.

Item. Si cum tuam pecuniam
crederes, accommodato nomine
tuam stipulo in personam eius
absentis directa est cum indubi
sit actum, ex verborum concepti
one intelligis superfuisset rei
et obligationem, ac per ea si pecu
niam a debitore tuo Julianus
exegit, eam quoque solutionem rat
am habuisti, habes actionem ex eum
negotiorum gestorum actionem.

Idem. Secundum sensum domini
Ulpiani prefecti annone iuris
consulti amici mei ea que sti
pulata est cum moretur partem
dimidiam dotis cuiuslibet rel
inquere rectius est cum morere
tur eam partem dotis stipula
ta videtur.

Idem. Nuda pollicitatione et
ea que sepe constituta sunt
ad prandia que promissa fuerint ur
geri quamquam non semper iura
permittunt. Unum quoniam postea si tecum
pactum fecit quando ea res esset
dari stipulanti ad usuarum
tuarum promisisse personas hus
etiam obligationis post mort
am item extitisse condicionem
eius summe quem hac quoque sti
pulatione continetur peticionem
locum sanum convenit.

Idem. Scire debuisti que sub
transactione dari placita sunt cum
nec ista stipulatione subsecuta peti
posse.

Idem. Neque tutoris neque cur
atoris absencia quicquam stip
ulationi nocet cum et feminam
in minorem. xxv. annis absente
curatore stipulari posse non
ambigitur.

Idem. Non mortuum pra
refuum in possibilibus promiss
io est, post mortem autem eius
stipulatus recte solutionem
postulat.

Idem. Siquidem genere mortis stip
ulanti mortis vel cruciatus et
corporis et sinistris timore spop
ondisti, adversus expertem ex
cepcione proposita defendi potes.

Si vero nil tale perpetua acta actio
nis instituere vel futuri pretex
tu non ob turpem sed probabilem
causam huiusmodi stipulatione promissio
non infirmatur. Cum autem
ob non instituendam accusatio
nem criminis pecunia promis
sa sit, cum de huiusmodi causis pacisci non
liceat peticio denegatur.

Idem. Omnes stipulationes et si
non sollempnibus vel directis
sed quibuscumque verbis consensu
contrahentium composite legibus
cognite fuerint habent firmitatem.

Idem. Scrupulosam inquisic
ionem utrum post mortem
an cum morietur vel pridie quam
morietur stipulatus sit aliquis
vel in testamento legati vel fidei
commissi nomine aliquid de
relinquerit penitus amputan
tes omnia que vel in quocum
que contractu stipulati vel pacti sunt
contrahentes vel testator in suo tes
tamento disposuit etiam si post
mortem vel pridie quam morie
tur scripta esse noscuntur ind
omnibus per tenorem contractus vel tes
tamenti valere precipimus.

Idem. Magnam legum vete
rum obscuritatem que per ta
bendarum litium maxime et

occasionem usque adhuc praebebat amputantes, sancimus ut si quis certo tempore facturum vel daturum se aliquid stipuletur vel quod stipulator voluit promiserit et addiderit quod si statuto tempore minime haec perfecta fuerint certam poenam dabit, sciat se minime posse ad evitandam poenam adicere quod nullus eum admonuit, sed etiam citra ullam admonitionem eidem poenae pro tenore stipulationis fiet obnoxius, cum ea quae promisit ipse in memoria sua servare non ab aliis sibi manifestari poscere debeat.

Idem. Veteris iuris altercationem decidentes, sancimus generaliter omnem stipulationem sive in dando sive in faciendo sive mixta ex dando et faciendo inveniatur et ad heredes et contra heredes transmitti, sive specialis heredum fiat mentio sive non. Cur enim quod in principalibus personis iustum est non ad heredes et adversus eos transmittatur? Et sic excutiantur huiusmodi stipulationes quae tantummodo in dando fuerant conceptae, cum et omnimodo heredes factum possint adimplere, subtili et supervacua scrupulositate explosa per quam putabant non esse possibile factum ab alio compleri quod alii impositum est, cum et paene similis omnium natura est, et facti omnes vel plus vel minus adimplere possunt, ne huiusmodi subtilitate cadat omnium voluntas.

Idem. Optimam rationem etenim frequenter in iudiciis versatam

satis humanum est saltem in praesenti dirimere, ne diutius rem nostram publicam molestare concedatur. In multis enim contractibus et maxime in feneraticiis cautionibus solitum est ascribi stipulationes per certos servos celebrari, sed quidam in devotione tenti ex hoc materiam altercationis acceperunt, et alii quidem non esse servum et adhibitum contendebant, alii vero non esse eius servum ad quem pertinere scriptura protestatur; et si non per servum sed inter praesentes celebratam esse fuerit scriptum, et hoc nimium dubitabatur, debere ostendi partes esse praesentes. Sancimus itaque satis esse utile in contractibus et servos adhiberi et praesentes esse personas dignitate excelsa vel mulieres quas naturalis pudor non in omnibus propria se manifestare concedit.

Censemus tales scripturas omnimodo sanam esse credendam, et sive ascriptus fuerat servus et ad quandam personam dicatur pertinere, credi omnimodo et servum adesse et fecisse stipulationem et eam esse scripto domino acquisitam, et non dubitari si servus praedicto fuerit vel eius domini fuerit pro quo scriptus est fecisse stipulationem, et si fuerint praesentes partes res acta esse dicatur, et hoc esse credendum, si tamen in eadem civitate utraque persona in eodem die manet in quo huiusmodi instrumentum scriptum est, nisi is qui dicit sese vel adversarium suum abesse liquidis ac manifestissimis probationibus et melius quod

VII. Ex stipulatione in pupillus si habet tu obligari eius non potest sine eo ... extraneo civiliter ... [illegible] ... naturaliter tamen ut ff. de nova. l. ... [illegible]

[illegible]

... sive per scripturam vel saltem per testes idoneos quinque dominos eius ex adverso minores ostenderit se vel actuarium suum eodem die civitate abfuisse, huiusmodi scripturas propter utilitatem contrahentium esse credendas.

Idem. Si quis spoponderit insulam cum moriebatur edificare stipulatori, impossibilis veteribus videbatur huiusmodi stipulatio. Sed nobis sensum contrahentium discutientibus iusta huiusmodi esse videtur, ut hoc videantur eos egisse, ut in capite quidem eum moriente obligatio immineat, aut heredibus eius donec ad effectum perducatur. Nemo enim ita stultus invenitur, ut tali animo faceret stipulationem, ut putaret posse tam edificium in uno hore momento extollere, vel eum qui moritur talem habere sensum quod ipse sufficiat ad huiusmodi operis complementum. Censemus itaque si quid tale evenerit heredes teneri ut faciant quod mortis tempore facere repromisit, hoc heredes eius adimpleant, cum spirans heredis mentione habita licet minime fuerit expressum. Quemadmodum enim si in dando fuit concepta stipulatio et ad heredes tamen transmittebatur, ita et in faciendo licet in mortis tempus colligatur, attamen ad similitudinem in dando concepte stipulationis et heredes obligantur ut non discrepet, sed in actiones suas fit lex nostra per omnia consecuta, nec aliquid in legatis similimodo relictis observare censemus.

De inutilibus stipulationibus. Rubrica.

Ex stipulatione in qua impubes sine tutore auctore spopondisti non es obligatus.

Idem. Licet antiquitus placuerit dotalia pacta ne liceret dotem non valere et stipulationes quibus pene irrogarentur ei qui divortium fecisset rata non haberi constat.

Idem. Ut inter absentes verborum obligatio contrahi non potest, ita alteri cuius iuri subiectus non est aliquid dari vel restitui nisi sua intersit nemo stipulari potest. Cum igitur defuncta in matrimonio filia tua superstitis filii nomine partem dimidiam dotis a marito dari, alteram vero partem nepoti tuo vel si in rebus humanis non esset Iuliano restitui per pactum convenisse proponas, pervenit autem morte nepote etiam stipulationem ad Iulianum factam ob absentiam non valuisse significes, ac propterea ex persona ac stipulatione tua, quod restitui cuncta iuxta pactorum tenorem providens rectius tu desideres super stipulatu tuo adire presidem provincie, ut examinatis ipsum allegationibus quantum constitit inter te tua iuxta placiti fidem dotis portionem Iuliano restitutam fuisse, omnimodo actionis effectum concludat contemplatione exacte equitatis.

Idem. Ex eo instrumento nullas vos habere actiones, quod contra bonos mores de successione futura interposita fuit stipulatio manifestum ...

[illegible]

... moriebatur promis ... Si quis insulam ... [illegible]

ut ... ff. de ob. l. stipulatio ista ... [illegible]

In auth. e. t. § si quis. t. coll. vj.

Hoc ita si pactum fuit specialiter unumquemque teneri in solidum et alter sit inops in solidum vel in partem vel ut id saltem ab alio petatur vel absens. Cum enim ambo adsunt per iudicem producuntur negocium quod commune examinatur in summa communiter instruitur quod fiet per administratorem si iudex sit delegatus. Certe si id non convenerit specialiter ex equo sustinebunt honus. Certe et si convenerint si tamen presentes ambo sint et ydonei simul cogendi sunt ad solucionem.

[illegible]

... eorum omnia que contra bonos mores vel in pacto vel in stipulatione deducuntur nullius momenti sunt.

Idem. Dolo vel metu adhibito actio quidem nascitur si subdita stipulatio sit per doli tamen vel metus exceptionem submoveri petitio debet.

Idem. Si avia vestra sibi et Eustochio quondam mutuam dedit pecuniam dari fuit stipulata nec ei actionis utilis subiecta non fuit inquieti potuit plane si ipse quod ei soli placeat in stipulationem suo nomine deduxit obligationem in eius etiam personam constitisse non ambigitur.

De duobus reis stipulandi vel promittendi

Imperator. Creditor prohiberi non potest exigere debitum cum sint duo rei promittendi eiusdem pecunie a quo velit et ideo si probaveris te conventum in solidum exsolvisse rector provincie iuvare te adversus eum cum quo communiter pecuniam mutuam accepisti non cunctabitur.

Idem. Ex pacto [illegible] debitas tuus pro dimidia neminem partem an in solidum singuli vos obligaveritis actio duo rei promittendi extitistis cum siquidem ab initio unusquisque pro parte sit obligatus egredi actus fidem non possit. Si vero in solidum electo suscepto actum non debeat.

Idem. Propter mutuam unam datam pecuniam alios reis promittendi factis ob non numeratam enim pecuniam obligationem remitti defectio postulas [illegible]

... iura refragantur.

Idem. Cum quidam rei stipulandi certos haberent reos promittendi vel unus forte creditor duos vel plures debitores haberet vel e contrario multi creditores unum debitorem et alii ex reis promittendi ad certos creditores debitum agnoverunt et persolutionem vel per alios modos quos in antiquioribus sanctionibus invenimus positos et nos ampliavimus vel forte ad unum creditorem quidam ex debitoribus devotionem ostenderunt vel cum plures essent creditores debitor qui solus existeret ad unum ex his vel quosdam debitum agnovit et querebatur si eis vel ei datur lima ad usus alios in devotionem suam exercere et quasi tempore emenso exactionem suam recusare vel quibusdam ex debitoribus debitum agnoscentibus vel in iudicio pulsari debent et alii ab omni contestatione repelluntur ob pietate suggerente videtur esse humanum semel in uno eodemque contractu qualicumque interruptione vel agnitione adita omnes simul compelli ad debitum persolvendum sive unus sive plures creditores sive non amplius quam unus. Sancimus quod in omnibus casibus quos noster sermo complexus est aliorum devotionem vel agnitionem vel ex libello admonitionem alios debitoribus preiudicare et alios prodesse creditoribus sic etiam quod devotio generalis et nemini liceat alienam in devotionem sequi [illegible]

Presente tamen utroque non permittitur intercessorem convenire priusquam reus inventus est minus ydoneus in totum sive in partem; absente autem reo presens intercessor iure quidem convenitur. Ipso tamen desiderante iudex diffiniat tempus intra quod debeat reum primo convenienduum si ipso in subsidium reservando; nam tamen sacro tempore compellitur fideiussor satisfacere cessis sibi actionibus a creditore, absque distinctione contractus et sine intercessione.

Non in casu v. ff. mandati e. si vero non oret e. si post creditam sac. constitutor tamen sequitur ut ff. de constituta pecunia l. i. et in constitutionem [illegible] accursius.

ex una stirpe unoque fonte unus effluxit contractus vel debiti causa ex eadem re apparuit actione.

De fideiussoribus et mandatoribus. Rubrica.

Imperator. Usuras ademptas propter bonorum [illegible] fisus est non enim propter debitorum quam retinuit creditoribus obligatus est, cum qui pro eo fidem suam astrinxerint iure pristino conveniri possunt.

Idem. Creditor qui pro eodem debito et pignora et fideiussorem accepit, licet si mallet fideiussorem convenire in eam pecuniam in qua se obligavit, quod et facit, deinde ius pignorum in eum transferre. Sed cum in aliam quantitatem eadem pignora vel ypothecas habet obligatas, non prius compellendus est transferre pignora quam omne debitum exsolvatur.

Idem. Non recte procuratores nostri fisci allegationes tue fides ab eis audire te noluerunt ex bonis fideiussoris que ad fiscum pervenerunt pecuniam repetentem, sed reum principalem convenire iusserunt, cum electio potius permittatur creditori. Sed cum tu duos fideiussores acceperis ydoneos et bonos, si alter ydoneus esse intelligis, te dividi actionem a quantitate partem competentem a procuratore petere debere, et actionum alium fideiussorem experiri. Nam licet significes adiectum in obligatione ut singuli in solidum teneantur, tamen nichil hoc rescriptum mutat condicionem iuris et constitutionem. Nam et cum hoc non adiciatur, singuli tamen in solidum tenentur, sed ubi non omnes sunt ydonei, in portione obligationis conveniuntur.

Idem. Novatione legitime perfecta debiti in alium translata personis, contractus fideiussores vel mandatores liberatos esse non ambigitur, si modo in sequenti se non obligaverunt.

Idem. Iure nostro est potestas creditori relicto reo eligendi fideiussores, nisi inter contrahentes aliud placitum doceatur.

Idem. Si pater tuus pro Cornelio cum pecuniam mutuam acciperet se non obligavit, frustra ex eo quod tabulas obligationis ut testis signavit conveniris.

Idem. Si creditor condicionem mandato adscriptam cum pecuniam in mutuum daret in accipiendis ypothecis non paruit, frustra te iudicio mandati convenit, cum non aliter te obligasse mihi significas quam si pignoribus contineretur obligatio.

Idem. Filius familias qui pro precio minus in venditione fundi fideiussit tenetur.

Idem. Etiam fideiussore obligationis pignoris actum fuerit, fideiussoribus hac actio non stringitur.

Idem. Si fideiussor seu mandator in usuras quoque obligatus est, iustam causam recusandi solutionem eas non habet. Et autem is qui cum alio fideiussit non solus conveniatur, sed dividatur actio inter eos qui solvendo sunt ante condempnationem ex or-

itidem postulari solet.

Idem. Cum alter ex fideiussoribus in solidum debito satisfaciat, actio ei adversus eum qui una fideiussit non competit. Potuisti sane cum fisco solveres desiderare ut ius pignoris quod fiscus habuit in te transferretur: et si hoc ita factum est, cessis actionibus uti poteris. Quod in privatis debitis observandum est.

Idem. Blanditus tibi est qui in tempore persuasit quod cum patro intervenientes hypothecae dixisti et hys vobis obligationem vobis creditori iam pridem receptum me

Pars rescripti Gordiani. Si Barsatonam latronem insignitas deductio inventurum se spopondisset aut exhibere compellendus est aut ad praefectum praetorio vel ad praesidem provinciae transmittendus est.

Idem. Mandati actio personalis est, quae sive nomine fideiussoris vel adversus debitorem seu heredes eius competit, praeses provinciae quae deberi competere perspexerit iubebit. Pignora enim quae stipulanti reo interea fuerint, ita demum ad vos transeunt, si sub nomine suo redemptione solutio celebrata est, vobisque mandatae sunt actiones. Quod si factum est, ita eas quoque vobis prosequentibus adversus possessores ex ordinaria iurisdictione idem vir clarissimus impertiet.

Idem. Liberum fuit antequam adversus omnes fideiussores lis contestaretur unum eorum eligere creditori, si modo ceteros minus idoneos existimaret et ac nunc post litis contestationem divisa

petitionem redintegrari iuris ratio non patitur.

Idem. Si indebitam pecuniam quasi ex causa fideiussionis obstrictus in cautionem per errorem deduxisti, tam doli mali exceptione uti quam condicere ut obligatio tibi accepto feratur potes. Non est autem dubium fideiussorem rei principaliter debitoris ad fiscum devotis fidem fiscus ob debitum restituendum fuit conveniri et solventi ...

Idem. Omissis quoque pignoribus fideiussorem a creditoribus utiliter conveniri, nisi in id quod ex hypothecis refici non potuit acceptum sit, explorati iuris est.

Idem. Si vitio pignus ob debitum obligatum non iusto pretio vendidisti, residuam quantitatem quam ex pretio eiusdem obtinere potuisses refundi tibi a fideiussore non iure reposcis.

Idem. Si alienam reo principaliter constituto obligationem suscepisti vel fideiussorio vel mandatorio vel quocumque alio nomine pro debitore intercessisti, non posse urgeri creditorem eum qui mutuam pecuniam accepit magis quam te convenire scire debueras, cum si hoc in contractu specialiter non placuit habet liberam electionem.

Idem. Sententia bonorum omnium ademptionem continente et rei damnati principalis intercessores eligendi creditori potestas non adimitur.

Idem. Sicut eligendi fideiussores creditor habet potestatem, ita

intercessorem postulantem cedi hypothece sive pignori obligata iure non prius ad solutionem nisi mandata super hac re fuerit persecutione conveniri urgentur.

Idem. Si ultra hoc quod accepit ea pecunia te mandatorem nomine intercessisse commemoras, datur te scripsisti presumptione ex hoc quod ultra mandatum tuum nummatum ea te nichil exigi patietur.

Idem. Reos principales vel mandatores simpliciter acceptos eligere vel pro parte convenire vel eum satis non facientem contra quem egeras primum post alium reum, cum nullus de his electione liberetur.

Idem. Fideiussoris quidem heres exemplo rei principalis tenetur, sed fidem utrisque succedat intercessionis obligatione finita velut principalis tantummodo debitoris heres conveniri potest.

Idem. Pignoribus datis a reo principali distractis nec per longi temporis intervallum nec residuum a fideiussore creditor petere prohibetur.

Idem. Sancimus si quis pro alio sponponderit quatenus eum intra certum tempus tradat vel certam quantitatem pecuniariam pro eo inferret et tempore statuto iam effluente non potuerit eum representare, non statim pecunias pro stipulatas inferre, sed competere quidem post temporis lapsum omnimodo penalem actionem, non autem statim summam pro qua fideiussor ... missus est persolvere, sed siquidem usque ad sex mensium spacium tempus statutum sit, aliud tamen ei indulgeri sancimus intra quod si possit personam exhibere et eam tradere, de pena sit liberatus. Sin autem amplius quam in sex mensium tempus ab initio constitutum est, tunc quantacumque temporis curricula data sunt, post tamen lapsum eorum semestres tamen has indutias, intra quas sit ei licencia personam et non pecunias reddere. Sin autem et secunda adiectio temporis excedat, tunc omnimodo penam pecuniariam persolvat.

Sed siquidem post statutum ab initio tempus completum invenerit reum pro quo convenitur, defendere liceat ei hoc facere, nisi pacti tenor ad hoc reclamaverit, si forsitan sine defensione facienda pro eo fideiussit. Sed si defensionem subierit, eam usque ad finem adimplere, nulla ei licencia concedenda in medio personam tradere et pecuniariam dacionem effugere.

Sin autem secundum effluxerit, nullo ei medio licencia concedatur nec ad defensionis venire presidium, sed omnimodo penam consequatur, nisi intra primum tempus quod statutum est reus principalis ab hac luce fuerit subtractus. Tunc enim penitus ab exactione pene liberum eum custodiri oportet. Quod si secundo tempore instante mortuus fuerit, nichilominus pena iam commissa a fideiussore exigatur.

Omnibus quam in fideiussores antiqua pena fuerunt obligati statuimus et in heredes pro utilitate eorum ...

obtinentibus.

Idem. Si fideiussor nullam cautionem faciat ostendens se fideiussorem exstitisse, presentibus autem tabulariis hoc confessus est quod in fide sua eum suscepit, dubitabatur a palestina advocatione utrum ne post duos menses liberetur quasi sine scriptis fideiussione facta secundum generalem edictalem subiunctionem pretoriane sedis, an utpote scriptura interveniente teneatur, et divisio alia introducebatur fideiussionis esse debere tam in publicis causis quam in privatis. Sancimus itaque nisi confessio talis exposita a fideiussoribus ex representatione personarum, licet attestatio super hoc processit, attamen adhuc sine scriptis esse fideiussionem videri, et in causis privatis estimari, et duobus mensibus effluentibus ab huius nexu fideiussores liberari, nisi inter certum tempus data est fideiussio: tunc enim in tantum ea extendi in quantum etiam attestatio fuerit expressa. Sin autem in publicis causis intervenerit, tunc omnimodo attestationem pro scriptura haberi, multis rerum privilegiis propter publicas necessitates publico iuri prestitis non abrogatis, et nos huius prerogativam ei condonare.

Idem. Generaliter sancimus quemadmodum in mandatoribus statutum est ut contestatione contra unum ex his facta alter non liberetur, ita et in fideiussoribus observari. Invenimus enim et in fideiussorum cautionibus plerumque ex pacto huius causam esse prospectum, et ideo generali lege sancimus nullo modo electione unius ex fideiussoribus vel ipsius rei alterum liberari vel ipsum reum fideiussoribus vel uno ex his electo liberationem mereri, nisi satisfactum fiat creditori, sed manere ius integrum donec in solidum ei pecunie persolvantur vel alio modo ei satisfiat. Idemque in duobus reis promittendi statuimus, ex unius rei electione preiudicium creditori adversus alium non concedentes, sed remanere et ipsi creditori actiones integras et personales et ypothecarias donec per omnia ei satisfiat. Si enim pactis conventis hoc fieri conceditur, et in usu cottidiano semper hoc versari aspicimus, quare non ipsa legis auctoritate permittatur, ut nec simplicitas supplicantium decipiatur, ex qua iam quippe posset ius creditoris minui?

De novationibus et delegationibus

Imperator. Delegatio debiti nisi consentiente et stipulanti promittente debitore iure perfici non potest. Nominis autem venditio et ignorante vel invito eo adversus quem actiones mandantur contrahi solet.

Idem. Ex certa pecunie credite actio inefficax dirigitur si delegatione persone rite facta iure novationis vetustior creditus evanuit.

Idem. Si delegatio non est interposita debitoris tui, ac propterea actiones apud te remanserunt, quamvis creditori tuo adversus eum solutionis causa mandaveris actiones

...nes. Tamen antequam lis contestetur vel aliquid ex debito accipiat vel debitori tuo denunciaverit, exigere a debitore tuo debitam quantitatem non vetaris, et eo modo tui creditoris exactionem contra eum inhibere.

C. Sed si delegatione facta iure novationis tu liberatus es, frustra vereris ne eo quod quasi cliente suo non faciat actionem ad te periculum redundet, cum per verborum obligationem voluntate novationis interposita debito liberatus sis.

Idem. Non abstulit tibi procurator tuus actionem suam, ei mandasses ad exactionem pecuniae quam hi tibi debebant contra quos supplicas, parte accepta de reliquo eos liberavit, cum neque contra voluntatem tuam novationem facere neque in eo quod non solvebatur eos liberare potuit.

Idem. Si pater tuus, cui te successisse proponis, creditori Alexandro suscepto nomine etiam pecuniam dari postulanti spopondit, licet per improbitatem Alexandri satis ei non fecit, tamen summe repromisse minus improbe solutio denegatur.

Idem. Nec creditoris creditori quisquam invitus delegari potest.

Idem. Si solvere tibi pecuniam delegatus Eucarpus dare spopondit vel debitum constituit, tuo nomine convenire potes; alioquin adversus eum experiri per chirographarium debitorem tuum et frustra conaris.

Idem. Novationum nocentia corrigentes volumina et veteris iuris ambiguitates resecantes sancimus: si quis vel aliam personam adhibuerit vel mutaverit vel pignus vel quantitatem augendam vel minuendam esse crediderit vel condicionem vel tempus addiderit vel detraxerit vel cautionem minorem acceperit vel aliquid fecerit ex quo veteris iuris conditores introducebant novationes, nihil penitus prioris cautelae innovari, sed anteriora stare et posteriora incrementum eis accedere, nisi ipsi specialiter remiserint quidem priorem obligationem et hoc expresserint, quod secundam magis pro anterioribus elegerint. Et generaliter diffinimus voluntate solum esse, non lege novandum, et si non verbis exprimatur, ut sine novatione, quod solito vocabulo anovatheτos dicunt, causa procedat: hoc enim naturalibus inesse rebus volumus et non verbis extrinsecus supervenire.

De solutionibus et liberationibus. R[ubrica].

Imperator. In potestate eius fuit qui ex pluribus contractibus pecuniam debet tempore solutionis exprimere in quam causam dedit (al. reddit).

C. Sed si debitor id non fecit, id convertitur electio ad eum qui accepit.

C. Si neutrius voluntatem specialiter expressit, prius in usuras id quod solvit, deinde in sortem accepto feretur.

Idem. Liberari fideiussores quotiens fiscus tam creditori quam debitori vel ex diversis stationibus succedit, certum est, quod in tua persona procuratores mei custodiant.

Idem. Si cum filius vobis in peculii administrationem haberet in uitiam pecuniam ab eo accepisti, eique eandem pecuniam ante peculium vel pretium quam ademptum cognosceres solvisti, ea solutione liberatus es.

Idem. Nichil interest utrum tu creditori pecuniam mutuam solvas, an eius voluntate fuerit numerata. Fiat enim ex eo quod creditor in statum cessit per talem ... vita redderetur: evacuate obligationis iure separatur quiete.

Idem. Nulla tibi actio sub creditorem alienum nec actio superest eo quod debitam quantitatem ei offerens vos obligationis iure exsolvi desideras cum ab eo te nomen comparasse non suggeras. Licet solutione ab alio nomine debitoris facta evanescere soleat obligatio.

Idem. Si in te preter tuum eos quos debitores esse dicebas, non de dubia lite transactio facta est, sed pretio non recuperata universum se recepisse cavit, nec de superfluo eos quos tibi obligavit per acceptilationem liberavit, nec donationis causa id factum est, exuberantis debiti integra ei repeticio competit.

Idem. Eius quantitatis cuius petitionem racio compensacionis excludit usuras non posse repeti manifestum est.

Idem. Usuras que quotannis in urbe numerande sunt, promittere alio loco dependi, nisi ex iusta causa exemplo, minime sunt.

Idem. Obsignacione totius pecunie debite sollemniter facta liberacionem contingere manifestum est. Sed ita demum oblacio debiti liberacionem parit, si eo loco quo debetur solucio fuerit celebrata.

Idem. Successores eius qui maior xxv annis in solutionem pro debito iure mancipia dedit, habere revocare non posse constat.

Idem. Cum maritum tuum creditoribus tuis minor xxv annis constituta velut ex causa debiti aliquas accepisse quantitates, nec tamen te consensum prebere modo asse significes, nullum tibi potuit preiudicium fieri, nisi factam solutionem post maiorem etatem ratam feceris.

Idem. Invito vel ignorante creditore qui solvit alium non se liberat obligatione. Quod si hoc vel mandante vel ratum habente eo fecerit, non minus liberationem consequetur quam si eidem creditori solvisset.

Idem. Si obligatum ex causa mandati non per stipulationem factam novacione per acceptilacionem liberasti, eo tamen receptam ex eadem causa debitam quantitatem falso scripsisti, figmento veritatis extingui non potuit obligacio.

Idem. Pecunie solute professio collata instrumento maiorem rei geste probationem continet quam si cyrographum accepte mutue pecunie fuerit redditum.

Idem. Quod debitori tuo cyrographum redditum contra voluntatem tuam asseveras, michi deinde tuo ... argumentum ...

In aut. de fideius. § quod autem coll. i.

Hoc si debitor in pecunia vel alia re mobili solvere nequeat, tunc enim res immobiles meliores quas debitor habet solvi potest facta per iudicem subtili eius rei examinatione, ut rem probatam et debitori solvere et creditori liceat petere praestanda creditori cautela que debitori sit possibilis, quod est in dicta actione. Ac si creditor paratus sit emptorem rei praestare, contra debitorem cautela arbitrio iudicis praestita rem distrahere ut satisfaciat creditori.

...tis iure perditis hanc obligationem tibi probanti eum pro his fideiussoris actionem minime consecutus iudex absolutionem iure debiti compellet.

Idem. Cum actio sumptis ... a mutuam pecuniam in solutum nolentem suscipere nomen debitoris tui compelli iuris ratio non permittit.

Idem. Manifesti iuris est tam alio pro debitore solvente quam rebus pro numerata pecunia consentiente creditore datis tolli praestatam obligationem.

Idem. Inquisitio veritatis tolli non potuit, quod chirographa que fecit procurator tuus recepta vel que restituta ab ipsius herede proponas cum subscriptione procuratoris significante quod mihi creditoribus debeatur, cum mihi probaveris creditoribus satisfactum et non iure pecunie ex ipsius contingentium negotium mandavit, ac proposuisse solutionem.

Idem. Si actore suo tam in mutuis dandis pecuniis quam debitis recipiendis preposito mihi quod suscepas eiusdem domino pro eo fecisti satis, instrumentum manente solutione celebrata nihil tibi nocere potest. alioquin enim solventem suo de actione dominum liberare se minime possunt.

Idem. Si, ut proponis, certa fuit pro pecunia sumpta creditoris sui indebitum compensare placuit, hoc secundum conventionis fidem praestitis de mancipio restituendo pacti tenor servandus.

Idem. Interest multum utrum ne spe future numerationis suscepisse te quam in instrumento continetur scripsisti, an acceptam minore quantitate tantum quantum leccio probat in scriptura conferri placuit. nam superiori quidem casu residui petitio debiti manet integra, posteriori vero consensu tuo transactionis firmitas stare convenit.

Idem. Incinctum, id est cancellatum, necne sit chirographum, veram solutionem semel debiti factam ei qui exigendi potestatem habet probatum nihil interest.

Idem. Si litterarum a Xenone missarum contemplatione quas ad Aristonem de numeranda tibi pecunia dederat recepisse scripsisti debitum ab Aristone mandato non impleto, cum petitio debiti maneat integra, nihil exactionem legitimam impedire potest.

Idem. Cum pro pecunia quam accepas secundum placitum Evandro te fundum dedisse profitearis, eius industriam vel eventum meliorem non ipsi proderit, nummum non postulatum sine minoris non distraxisti non iuste petis.

Idem. Solutionem asseveranti probationis onus incumbit. quo facto chirographum condere potest.

De acceptilationibus.

Imperator. Rubrica.

Nam tibi rescripsi posse apud iudicem queri an sollemnibus verbis tutoris auctoritate interveniente soror tua acceptilatione debitorem suum liberavit, quia etsi in repetenda pecunia quam exsolvit dum...

[illegible]

sa pars persecutionis ut ei uteris defensionibus competentibus.

Idem. Si donationis gratia novatione facta per acceptilationem praestitis liberationem omnis agendi via perempta est.

Idem. Per acquilianam stipulationem pacto subditam obligatione praecedente sublata et acceptilatione quae fuit inducta, perempta ei qui ex nulla causa tenetur postea omnis agendi via praecluditur.

De evictionibus. Rubrica.

Imperator.

Emptor hereditatis rerum a possessoribus sumptu ac periculo suo persequi debet. Evictio quoque non praestatur in rebus singulis cum hereditatem iure venisse constet, nisi aliud nominatim inter contrahentes convenit.

Idem. Quoniam si avus tuus cum filia donavit, de evictione eorum cavit, te posse adversus coheredes tuos ex causa stipulationis consistere ob evictionem pro portione sua hereditaria. Si nudo autem pacto interveniente minime donatorem hac actione teneri constat.

Idem. Qui rem emit et post possidet quamdiu evicta non est actorem suum propterea quod aliena vel obligata res dicatur convenire non potest.

Idem. Si praedium tibi pro soluto datum aliis creditoribus fuerat obligatum causa pignoris non est mutata. Igitur si hac ratione fuerit evictum utilis tibi actio contra debitorem competit. Nam huiusmodi contractus vicem venditionis obtinet.

Idem. Ex praediis quae mercatus es si aliqua a venditore obligata et necdum tibi tradita sunt ex empto actione consequeris ut ea a creditore liberentur. Id enim fiet si ad eum suis creditorem ex vendito actione pretium petentem doli exceptionem opposueris.

Idem. Non dubitatur et si speciali venditor evictionem non promisit re evicta ex empto competere actionem.

Idem. Auctore laudato si evicta est res fideiussorem et si agi causam ignoraverit conveniri posse evictionis nomine non ambigitur.

Idem. Emptor fundi nisi auctori aut heredi eius denuntiaverit evicto praedio neque ex stipulatu neque ex dupla neque ex empto actionem contra venditorem vel fideiussorem eius habet.

Cum si iudicio emptor non affuit aut praesens per iniuriam iudicis victus absente auctore vel fideiussore ad eius ex non habet regressum.

Idem. Si contra dominationem tibi possessionis quam bona fide emisse te allegas ab alieno movetur auctor heresve eius denuntiatione si quidem obtinueris heredis ad emissionem autem evictionem enim a venditore successoreve eius consequens est tua interest si in quo continentur praediorum eorum quae in rem emptam a te ut melior fieret erogata sunt.

[illegible]

Idem. Si fines agri venditor demonstravit et legem dixit ut eos neminem ingressurum, siquidem inde evincatur periculo sit actoris. quod si finibus suis quos demonstravit intra agrum vendidit lis finalis ad venditorem non pertinet.

Idem. Exceptione doli mali recte submovebis eum qui emptorem ab actore tuo fideiussorem acceperit si eius nomine controversiam refert qui proauctorem suam antequam tu emeres comparavit qui venditioni adeo consensum dedit ut se etiam pro evictione obligaverit.

Idem. Si in libertate evictus es fuus quem mercatus es sive cum comparares convenit ut si quod eius nomine relatum esset et si nec cum evictus esset praestares, partes presidis provincie quod tibi prestandum animadvertent restitui iubebit.

Idem. Si ob causam iudicati pignora capta sunt ex his auctoritate percipiendum ius fuit eaque de quibus complectimur mercatus es frustra ab ea que condemnata est vel que in eius locum successit eorum restitutionem quod eum quidem et si evictio eorum ab alio subsecuta fuisset adversus eos debuisse dari actionem precii solutione sufficiat proficiat meritissime rescriptum est.

Idem. Si vice possessoris venditori fuit filius eius idemque heres patris frustra quem movet fundi non patris sed suum eius possessor fuit ut de quo iure hereditario actori laudari potest controversiam movere non potest.

Idem. Si non iniuria iudicantis sed iuris ratione superatus es et pignus ob evictionem acceptum sollempniter persequi potes.

Idem. Super empti agri questione disceptabit preses provincie et si portionem alienam esse probatis et recognoverit expensas ad meliorandam rem vos erogasse constiterit habita fructuum ratione restitui vobis iubebit. nam super pro evictione portionis non eum qui dominium evicerit sed venditricem conveniri consequens est.

Idem. Si tantum quod tibi super eum quem comparasti movetur auctorem tuum certum fecisti nec aliam iudicis disceptationem eum quem emeras tradidisti, preses provincie in dampnum quod te tolerasse meministi medelam iuris adhibebit.

Idem. Si status super homine tibi venundato mota quod est sollempnibus que iuris admittit ratio impositis secundum libertatem fuit lata sententia potes de evictione eius si nesciens condicionem eius comparasti sine aliqua dubitatione auctorem vel eius fideiussorem heredes ve eorum convenire. quod si fuisse liberum sententia declaravit intelligis adversus venditorem evicti non posse.

Idem. Si obligata pignora vendidisti et longi temporis prescriptione solutum emptores tueri se possunt evictionis periculum timere non potes.

Idem. Si parentes vestri man

cipia, quae vendiderunt, quod dominium mota emptoribus adesse ac defendere eam non prohibemini. quod si eis hanc evictas instauratione litis ex persona vestra stipulationem non interposuistis, eius defendatur: empti sane iudicio pro evictione si conveniri ceperitis, nec vobis ut defendatis neque quam pro denunciatum proderit, intelligitis quatenus vosmet ipsos tueri debeatis.

Idem. Empti actio longi temporis praescriptione non submovetur, licet post multa spacia rem evictam emptori fuerit comprobatum. Si vis itaque quem te comparasse commemoras nunc in libertatem proclamat, interpellare venditorem sive successores eius debes ut tibi assistant, causamque instruant: quem si liberum esse fuerit pronunciatum, nec te conventionem remisisse periculum evictionis fuerit comprobatum, praeses provinciae si res integra est quanti tua interest restitui tibi providebit.

Idem. Cum tibi vim fundum venumdatum ab actore tuo proponas, si ex antecedenti obligatione quod debebatur iure solvisti stipulationem, quoniam subiectam emptionem de indemnitate propositae ipsius stipulationis conceptio esse commissa manifeste declarat.

Idem. Cum successores etiam venditoris pro evictione teneri possint, si velut obligata rei publicae Thesalicensium pignoris instituat iure pignoris quae comparasti ab auctoris heredibus quocumque gradu constitutis assistere negotio denunciatione sive praesentibus heredibus functus quae emisti fuerit evictus sive absentibus quanti tua interest rem evictam non esse tenentem non quantum pretii nomine dedisti, si aliud non placuit publice notum est.

Idem. Si post perfectam venditionem ante numeratum pretium rei venumdatae mota fuerit quaestio vel mancipia vendita proclament in libertatem, cum ipso litis tenetus immineat evictio, emptorem si satis ei non offeratur ad totius vel residui pretii solutionem non compelli iuris auctoritate monstratur. Unde cum pro parte pretii numerata domus quam emisti tibi velut pignoris iure obligatae, ne ad emptorem accederes denunciatum ab aliquo proponas, videtur tibi quae ex emptione veniunt praeses provinciae providebit.

Idem. Si tibi liberam sciens conditionem eius ignorans distraxit, ac nunc eam defecit in libertatem ac libera pronunciatur, adversus venditorem vel ex stipulatione duplae quantum in hanc deductum est, vel empti actione quanti interest convenire potes.

Idem. Si quis filium tuum vendidit postquam in rebus humanis exemptus est, cum evictionis periculum furtum sit ad te convenire non potest.

Idem. Si fundum sciens alienum vel obligatum comparavit Athenocles nec quicquam de evictione convenit, quod eo nomine dedit contra iuris repetit rationem. Nam si ignorans

deficio tuo iuris forma negligentis hoc rectum refingatur.

Idem. Emptori etiam uenditoris uim pacti non ambigitur, siquidem uobis pro rei proprietatem mota fuerit quod tamen prius quam uenditoris defensionibus uti potueris.

Idem. Si permutationis gratia per curatores quondam fratris tui mater tua dedit his que in eorum uicem accepit, postea quam ad defensionem fuerat denunciatum, uel tamen eorum non habet facultatem euictis questi insteteris eos conuenire posse ratio nis est.

Idem. Non ex eo quod duplo quia amne etiam mancipium comparauit euictionis nomine stipulatus est aliene rei scientia conuincitur, sine eo primo eius ex hoc lecturus ut male fidei emptor estimetur. Aliis itaque iudiciis si uis probare debes.

Idem. Heredem fideiussoris rerum pro quibus defunctus apud emptorem intercesserat pro uenditore scientem eius cui successit ex sua persona dominium uendicare non impedit. s. e

Iurisdictionis causa durante actione

Creditorem euictionem imperator non debere. R.

Cum iure creditori pignus sibi debitum producit obligatum, procurator eius uendidit, euictio non debetur, quia et priuato creditori eodem iure utitur nisi nominatim hoc repromiserit. a priuato fuit creditores si tamen fiscus in ius alterius creditoris successit et emptori non iusta fisci nomine mouetur controuersia, siue quia potior fuit cum uenundedit, siue quia infirmior, quam utique hoc pretaredem qui pignus iure uendit procurem secretis esse creditoribus.

Idem. Si a creditrice iure pignoris fundos obligatos pretium comparauit, euictis praediis ita demum petitionem aduersus creditricem iure habere potes, siue cum uendidit de euictione rei promisit, uel etiam dolo malo cum sciens prudensque esset res sine eius non esse eam patri tuo cui successisti uenumdedit. Nam sicut generis hoc creditus in solum creditorem uinculo euictionis non astringit, ita eum qui fraudem admisit uel decepit non excusat.

De patria potestate. R. ca. imperator

Si filium tuum in potestate tua esse dicis preses prouincie existimabit an audire te debeat. Cum diu passus sis ut pater familias res eius agi per eos qui testamento matris tutores nominati fuerint.

Idem. Eius quod in potestate patris agens hi uis ti dominium ad patrem tuum pertinuit ex ea que non acquiruntur.

Idem. Si filius tuus in potestate tua est res acquisitas tibi alienare non potuit, quem si pietatem patri debitam non agnoscit castigare iure patrie potestatis non prohiberis acriore remedio usurus si in pari contumaci

a preseuerauit eum neque presidi pro
uincie oblaturus dicturo sen
tenciam quam tu quoque dicta uolu
eris.

Idem. Congruencius quidem
uidetur intra domum inter
te ac filios tuos si que contro
uersie oriuntur terminari. Sed si
ita res fuit ut iniuriis eorum
ad iuris experimentum et ad iu
dicium prouocaueris, aditus preses pro
uincie sub disceptacione modo quo
pecuniariis consuetum exce
rnuit debebit ordinem iuris. Reu
erenciam autem debitam exhib
ere tibi filios coget. Si ita puer
tam ad inclemenciores iniu
rias improbitatem deprehende
rit lesam pietatem seuerius
uindicabit.

Idem. Filia tua non solum
reuerenciam, set et subsidium
uite ut exhibeat tibi rectoris pro
uincie auctoritate compellatur.

Idem. Abdicacio que greco mo
re ad alienandos liberos u
surpabatur et apokeryxis di
cebatur romanis legibus non
comprobatur.

Idem. Si maritus tuus licet
militans in patria potestate con
stitutus filium legitimis
suscepit nuptiis, eum in po
testate aui perseuerasse non ambigitur.

Idem. Liberos exemplo ing
enuorum filios suos post lib
ertatem ex legittimis nuptiis
natos in potestate habere non est
prohibitum.

Idem. Nec filium cuiquam neg
are ce[...] senatus consultum de partu
agnoscendo ac denunciat[...]

na. Item publicum edicto pre
torio propositum et remedium al
imentorum ad presidem maiori
tuenimo petendi non minore eius
monstratum iura manifeste
declarant.

Idem. Libertati a maioribus tantum i
pensum est ut patribus quibus ius
uite in liberos necisque potestas o
lim erat permissa eripere libertatem non licere.

De adopcionibus. Rubrica.

Imperator.

Hii qui in aliena sunt po
testate, uel is cum eo non
[...] nisi apud eum apud quem
plena legis actio est adoptari
possunt.

Idem. Impuberem quem ad ui
cem naturalis sobolis arroga
re desideras, suis qui sanguinis
necessitudine ei iunguntur
idem expedire apud presidem pro
uincie confirmauerint filium
habebis. Ita ut bonorum tuorum
quarta pars tam in postremo iu
dicio tuo quam si a te emancipatus
fuerit ei prestetur et super patrimonio
eius ydoneis fideiussoribus da
tis suo publico caueatur. Ne sub
copulande adopcionis optentu
in facultates eius que ei d[...]
enti permissione fuerant destin[...]
ruas. Et arrogacio ex in
dulgencia principis facta pro[...]
ualeat apud pretorem uel presidem
intimata ac si per ipsum uiteant
si quo facta esset.

Idem. Cum eum quem arro
gaueris habitum tantum e prestite
ris nec ullam ydoneam cautionem
prius indicis. i. quod non liberos

bes intelligis iuris auctem de iudicio tuo refragari.

Item. Adoptio non tabulis uel per tabellionem conficiendis sollemnium iuris ordine apud presidem solet copulari.

Item. Mulierem quidem que nec suos filios habet in potestate arrogare non posse certum est. Sed quoniam in solacium amissorum tuorum filiorum eorum privilegium tuum mulierem legitime eo iure obtinere animus uolis tuis sollemniter ea que annotamus et eum perinde atque si ex te progenitum ad fidem naturalis legitimi quod filii habere permittimus.

Item. Arrogationes eorum qui sui iuris sunt nec in regia urbe nec in provinciis nisi ex rescripto principali fieri possunt.

Item. In adoptionem quidem a bene emancipatis recte dato aditur non mutatur patria ac per hoc ius originis in honorum ac munerum obsequio pro adoptionem non minus prospicis.

Item. Adoptatum uice exheredatio modo emancipatione sollempni separare familia pater adoptiuus minime prohibetur.

Item. In adoptionem per emancipationem potestate filiam libere dante minus proximus adoptare non prohibetur. Nam sui iuris arrogatio feminae nisi ex nostro rescripto nunquam procedit.

Item. Cum in adoptiuis filios qui filii familias constituti a patre naturali dantur antiquo sapientie incidit quedam dubitatio si oportet talem filium si patris a naturali preferatur ... testamentum de inofficioso accommodare. Papinianus quidem negat, Paulus autem sine effectu delinquit, Marcianus uero distinguit, ne ex hac causa utriusque parentis perderet successionem naturalis quidem uoluntate ei cum uenitis adoptiui propter egestatem quam forte habebat ... aliud uicium erat exceptum si enim post patris naturalis obitum pater adoptiuus per emancipationis modum intra adoptionis tempus dissoluit nulla spes ei remanebat neque ex patris uoluntatem quia mortis eius tempore in aliena familia fuit constitutus, neque ex adoptiuum patrem quia per emancipationem eius familie exemptus est. Hoc talem dubitationem decidentes et tale uicium sentimus per adoptionem quidem ad extraneam personam factam iura naturalis patris minime dissolui sed ita eum permanere quasi non fuisset in alienam familiam translatus. Sed enim tanta fragilitas est adoptionis ut possit in ipso die et filius fieri et extraneus per emancipationem inueniri quis patiatur iura patris naturalis nexu diuino copulata ludibrio defraudari, cum in hoc casu et ... filio ex iure ueteri datur ... cia ... in alienam familiam non cogitur ...

quod iam disposuimus. cum ad extraneam personam filius per adoptionem transfertur, maneant integra iura sive ad inofficiosi querelam sive ad omnes alias successiones sive ab intestato sive ex testamento, que tibi defuncte ut et ipse possit petere patri naturali et ab eo naturalia debita percipere.

Sin vero pater naturalis avo materno filii sui vel si ipse fuerit emancipatus et avo paterno vel proavo simili modo paterno vel materno filium suum dederit in adoptionem, in hoc casu quia in unam personam concurrunt et naturalia et adoptiva iura, maneat stabile ius patris adoptivi et naturali vinculo copulatum et legitimo adoptionis modo constrictum, et ad eum solum respiciat filius cui eum et natura aggregavit et lex per adoptionem assignavit, et paternam suam in hac specie procedat, et ad eum tantummodo filius adoptivus spes totas extendat et non patris naturalis successione molestare concedatur, sed tantum ita per avita tantummodo successione protegatur, eique acquirat que possunt acquiri et per eum ei soli patri intelligatur quem lex fecit et natura non reliquid. neque enim [illegible] civilis (?) locum esse in hoc casu invenimus, ubi nullus deminutionis suspicio potest aliquam sibi vendicare licentiam, sancita et paterna affectione hec omnia resecantes, sed hec maneant integra nisi av[us]

[ado]ptivus emancipatum fecerint filium adoptivum. sic enim necesse est tantum ad patrem naturalem eum redire, cum emancipationis interveniente adoptio in quacumque persona facta solvatur.

Sed ne articulum adoptionis in extraneam personam facte sine lege relinquamus, sancimus tantum adoptivo, id est extraneo, si voluerit nichil ex testamento suo relinquere, sed quicquid ei relinquentis hoc liberalitatis sit non legittimo vinculo astrictus. Cum enim post omnia nature sue filium aggregavimus, manifestissimum est quod et acquisitiones omnium rerum que ad filium familias pervenerint secundum leges nostras non adoptivo extraneo patri sed naturali usque ad modum ususfructus pervenient et remaneant in sacris patris naturalis. cui per imaginariam quandam ei nova affectio acquisita non pristine cognationis diminutione introducta est, siquidem rem remaneat in talia adoptione nulla interveniente emancipatione in his tantummodo per eum volumus adoptionem ut non successione ab intestato patris extranei adoptivi defraudetur, sed habeat accessionem fortune ex patris naturalis vel voluntate acquisitam. neque enim ex veteri iure cognationis nexus naturalis patris filio per adoptionem dissolvebatur, sed accedebant iura adoptiva ceteris reliquis ex iure naturali remanentibus sicut legittimus

erat familie adoptive, is naturalis fuerat cognatus. Quod enim natura iura possit abolere? cum videbatur ex antiquo iure patrem quidem habere adoptivum, matrem autem eam quam natura cognoscit. et ideo sancimus, et si habet huiusmodi filius iura integra nature, attamen iure status pater extraneus adoptivus decesserit intestato, habere eum etiam sui heredis ius in eius tantummodo successionem; unde etiam legitima iura ad familiam extranei patris adoptivi habeat, nec ipsa ad eum condicionem aliquam habeat, quam extraneus ita ad suam familiam invenitur.

Cum autem per emancipationem iura adoptiva fuerint dissoluta, tunc nullus ei penitus regressus ad adoptivum extraneum patrem, et si moriatur intestatus relinquatur, sed maneat tantummodo patrem naturalem cognoscens, tanquam non fuisset ab initio in adoptionem translatus. Que autem de adoptivis diximus, hec sancimus etiam de his qui ex Sabiniano senatus consulto ex tribus maribus fuerant ab extraneo adoptivi: nulla penitus in contrarium adoptivos et eos introducenda. Que in filio diximus in adoptionem a patre dato, hec et in filia et in nepote et in nepte et deinceps personis utriusque sexus in sacris constitutis extendimus, si tamen tempore mortis avi sui parentes eos vel eas non antecedant: si enim patres eos antecedant, nec imponitur necessitas avo aliquid nepoti vel nepti relinquere, manente omnia iura adoptiva eis intacta. Hec enim omnia et sicut de filio et filia et nepote et nepte et deinceps personis in sacris constitutis introducta sunt, ubi dubitabatur quid statuendum esset, cum duobus patribus, et uno ex natura, altero ex lege impositis. Ubi autem homo sui iuris constitutus per arrogationem ex augusta liberalitate sese dedit in adoptionem, tunc omnia iura patris adoptivi habeat intacta, cum ei nullum inter patres inducatur discrimen: sic suus heres adoptivus patri arrogatori familie eius aggregetur, et omnia que patri arrogatori ad filium arrogatum veteres legum latores induxerunt, intacta illibataque in eorum personis reserventur.

Item. Veteres circuitus in adoptionibus, que per tres emancipationes et duas manumissiones in filios aut per unam emancipationem in ceteris liberis fieri solebant, corrigentes sive tollentes, censemus licere parenti qui liberos in potestate sua constitutos in adoptionem dare desiderat, sine vetere observatione emancipationum et manumissionum hoc ipsum actis intervenientibus apud competentem iudicem manifestare, presente eo qui adoptatur et non contradicente, nec non eo qui eum adoptat.

De emancipationibus

Imperator. Rubrica.

Si lex municipii in quo ... pater emancipavit po...

litatem dedit cuivis iuris ut et alieni generis liberos suos emancipare possint. id quod a praefectum est suam obtinet firmitatem.

Idem. In emancipationibus liberorum necnon in donationibus non tam scriptura quam veritas considerari solet.

Idem. Non nudo consensu patria liberi potestate sed actu sollempni vel casu liberantur. nec causae quibus motus pater emancipavit filium sed actus sollempnitas queritur.

Idem. Nec avus neptem suam liberare a potestate cogitur: nec in cuiusquam iniuriam beneficia tribuere moris est enim.

Idem. Iubemus licere parentibus id est patri avo proavo seu proavo ceterisque ulterius per masculum sexum personas continua generis serie coniunctis filios vel filias quos habent in potestate propria id est filium filiam nepotem neptem vel ex filio pronepotem seu proneptem ceterosque itidem per masculum sexus personas continua generis linea sibi coniunctos per emancipationem vel absentes et peregre degentes vel in hisdem locis seu regionibus et civitatibus commorantes in iudicio vero non praesentes iuris sui constitui maluerint supplicationibus porrectis mereri super hoc divinum oraculum. hocque apud competentem iudicem ad cuius iurisdictionem actus emancipationis pertinet insinuare. super quae precibus a semet oblatis apud eum deponere ut hoc secuto et auctoritate precedente principali plenissimum robur emancipatio sortiatur. et persone in quas talis liberalitas collata est de aliena potestate quasi a parentibus ex emancipatione manumissi liberentur: ita tamen ut ipse indubitanter sub gestorum testificatione vel apud eundem iudicem vel apud alium quemlibet propositum parentum suam et voluntatem consonare vel ante preces oblatas et sacros apices promulgatos vel postea deposuerint. nisi infantes sint. qui et sine consensu etiam hoc modo sui iuris efficiuntur.

Idem. Cum inspexerimus in emancipationibus vanam observationem custodiri et venditiones in liberas personas figuratas et circumductiones inextricabiles et iniuriosa rapisinata quorum nullus rationabilis invenitur exitus: iubemus huiusmodi circuitu in posterum quiescente licentiam esse ei qui emancipare vult vel ex lege Anastasiana hoc facere vel sine sacro rescripto intrare competentis iudicis tribunal vel eos adire magistratus quibus hoc facere vel ex legibus vel ex longa consuetudine permissum est et filios suos vel filias vel nepotes vel neptes vel deinceps vel progeniem in potestate sua constitutam a sua manu dimittere et legitima iura omnimodo habere et si non specialiter hoc sibi servaverint et peculium donare vel alias res liberalitatis titulo in eos transferre et eas res quas acquirunt indignantur per usum

fructum sui iuris constitutionis modum detinere et omnia salva tantummodo quod damnum est observatione sublata.

De ingratis liberis. Rubrica.

Imperator. Filios et filias ceterosque liberos contumaces qui parentes vel acerbitate convicii vel cuiuscumque atrocis iniurie dolore pulsassent leges emancipatione rescissa damno libertatis immerite multare voluerunt.

De postliminio reversis et ab hostibus redemptis.

Imperator. Ex duobus captivis Sarmatiana nata patris originem ita secuta videbitur: si ambo parentes in civitatem nostram redissent. Quoniam enim iure proprio postliminium habere non possit que capta non est, tamen parentum restitutio reddet patri filiam. Quod si cum ab hostibus infectus fuerit, matris duntaxat condicionem que secum filiam duxit videtur necessario secuta. Nam fictio legis Cornelie que legittimos apud hostes defuncto constituit heredes ad eam que illic suscepta est non pertinet, cum eo tempore quo captus est civem fuisse probavisse existimatur.

Idem. Ab hostibus redempti quoad exsolvatur pretium magis in causa pignoris constituti quam in servilem condicionem videntur esse detrusi. Et ideo si nummi eo nomine expensi donatio intercedat, pristine condicioni eos redintegrari manifestum est. Proinde si ab hostibus redemptam post dissolutum veluti naturalis pignoris vinculum in matrimonium habere cepisti, manifestum est quod de statu eius seu liberorum communium debeas pertimescere.

Idem. Cum cognatos tuos necdum postliminio regressos affirmes, sed adhuc in rebus esse humanis, et bona eorum fraudibus diversis dissipari, interpellatus rector provincie providebit, cum sub observatione constitutionis qua stipulante servo publico satisdationem dederint.

Idem. Nec prohibet vos hereditatem eius quamvis incognitum erat ab hostibus interfectam an captam esse a filio adiri non potuisse, quoniam eorum bona qui in hostium potestate rediguntur eo demum tempore successionis iure acquiri possunt, cum captos apud hostes mortuos esse cognoscitur. Nec super facultatibus eius cuius incerta vita ac fortuna fuerit tamen fingi vel iudicium potuit. Et unde postea quam apud hostes matrem vestram fati munus implesse innotuit, tunc ei licentia permittitur agnoscendi bonorum possessionem successionis, non officientibus enim que perperam gesta sunt si priorem gradum obtinentis successionis compendium ad vos pertinet.

Idem. Cum non redemptum ab hostibus filium suum sed nullo precio ereptum a barbaris prefecto legionis dicas, postliminii ius locum habet et illico

e. si. ra. l. eo cor. ad multa capitula porrigitur quorum primum est an possit institui captus ab hostibus dum est captus. ut ff. de her. insti. illa institutio. et i. e. de h. erat questio nulla a. l. ista.

Ab hostibus capti in potestate hostium constituti an eis manet civis nec sit servus. ut ff. e. postliminium recipiunt. ut insti. quibus mo. ius pa. po. solvitur. et si quis captus ...

ingenuitati fuere reddita, cum praeses provinciae iubebit.

Idem. Cum et postliminii iure et communis utilitatis ratio exigat, ut si qui capti ab hostibus redemerunt, accepto pretio redemptos suae ingenuitati restituant, et proponas quod redemptorem tuum nomine esse oblatum pretium ante ullum ab alio recipere, praeses provinciae efficaci instantia compellet eum legibus obtemperare, et recepto eo quod pretii nomine dependitur, status securitate non inquietare.

Idem. Foedissimae mulieris negotia promovemur: cum igitur filiam tuam ab hostibus captam ac prostitutam ab ea quae eam redemerat ob retinendae pudicitiae cultum ac tuendam natalium honestatem ad te confugisse proponas, praeses provinciae, si filiae tuae adductam invitam ab ea quae sciebat ingenuam esse infectam cognoverit, cum huius persona indigna sit pretium recipere propter odium detestabilis quaestus, etiam si pretium compensatum non est, ex necessitate inexorabilis custodita ingenuitate natae tuae adversus flagitiosae mulieris turpitudinem tuam ea defensam esse praestabit.

Idem. Praeses provinciae ne ulterius in servitutis iugo detinearis curabit, qui pro sollertia sua parum ignorat magis suorum statum tueri, quos postea quam redemptores eorum pecuniam te esse significas, cum eos qui post redemptionem nascuntur nec pignoris quidem vinculo ob pretium quod pro eis datum non est teneri nullis auctoribus iustum est.

Idem. Captum ab hostibus filium praemortuo medio tempore lex Cornelia reversum simul postliminii tempore pristinis tempore quo capiebatur fuit suum facit heredem. unde si vice ex testamento ad te sive ab intestato successionem pristini patrimonii capto praesidem provinciae probaveris, restitui tibi res hereditarias iubebit, si non tamen postquam in eius es tempus effluxit quod tutum intentionem tuam temporis prolixitate conquiescere facit.

Idem. Sicut liberis captis ab hostibus et postliminio reversis status pristinus restituitur, sic servus domino. unde si haec cum in eius ministeriis ancilla pristinum fuit, nec commercio redempta est, reversa dominum vel eius successorem sequitur, qui per captivitatem hanc amiserit.

Idem. Si ubi in captum te ab hostibus commercio redemit Gabinus et eum vinculum pignoris superstitem remisisse probetur, non libertus effectus sed ingenuitati quam amiseras restitutus nullum filiis eius obsequium debes.

Idem. Ab hostibus capti et non commercio redempti sed virtute militum nostrorum liberati illico statum quem captivitatis casu amiserant recipiunt. Filii autem dominis suis restituentur. receptos enim eos non captos iudicare debemus, et militem ... enim defensorem eorum decet.

enim redimit precio auditur de precium offerendo sic igno ... intentis ... ut ff. e. in bello. et si quis servum. filius ... pro parte agi ... de lib. hoie. ex. l. ut ff. de lib. ho. ex. hi. l. ...

Si liberum nullum liber ... de lib. ... acc. sius ...

ut s. e. l. ij. sed intelligetur tunc demum sustibatur ... sino fuisset obligatus ... ut s. e. fodi dissimen l. sui ... statum pristinum per omnia ... eius cum ... gatur ut pretium reddere ut ff. de lib. ho. ex. l. ... lib ut dicta excusetur. s. filius non ... prefuit eum

tonasse nisi contrarium fuerit protestata. ut ff. de neg. g. ... g. nescimus. i. s. de neg. g. alimenta. concesso. in qn̄ti facere potest. ut ff. so. ma. l. et filios. accursius ...

se dedit hostibus. ut ff. de postliminio. si tibi boni viles fuit an ea soli affirmatio ei creditur. alioquin non. ut ff. de re mi. l. non omnis. § a barbaris. accursius.

Item non communicatur.

Idem. Si is qui ingenuam ab hostibus captam commercio redemerit eam matrimonio coniunxerit, dignitate nuptiarum et voto futurae iustae sobolis videtur pignoris titulo remisso reductos et natales pristinos naturales esse.

Idem. Ius postliminii filiam rebus humanis exemptam in aetate dum a servitutis necessitate per captivitatis casum fuit, eventu purgato rigore ad eius legitimam invitam hereditatem nisi tibi medii temporis fortuna quominus res maternas successione quesitas persequi possis iu|nam persequi patimur.

Idem. Si quis liber constitutus captus ab hostibus commercio redimitur, antequam restituatur, pro data pecunia successionis iure vendicare favore ingenuitatis potuit et ex ea possit pretium pro se datum exsolvere.

Idem. Commercio redemptae feminae filios licet ex suo medio susceptos tempore originem ingenuitatis iuxta ea quae benigne placuerunt recti pervenit.

Idem. Liber captus ab hostibus et commercio redemptus tunc demum cum pretium solverit vel hoc ei quicumque remittatur iudicio statum pristinum recipit. Quo genere munere futurum redimente, cum hoc actus non dei mercedes et iustitia repudianda cogitatur: voti recipiendi futurum cogitatio cum optabili condicione futurum illico muneratur restituit ita ut et cum libertis obsequium mutuum pro casu praestitum non excusetur, si pretii ratio itaque ratione ab hostibus redempto filio fieri repente ac de pretio quicquam tractare non convenit, dotem tamen ab eo debitam iure concesso recte postulas.

Idem. Ab hostibus captis et postliminio reversis pro his casu amissa quae in eadem causa quidem durant omnino directa, quae vero per usucapionem vel liberationem ex bonis subtracta vel finita actione non utendo esse videntur, intra annum utilem experientibus actione rescissoria restituuntur.

Idem. Si quos forte necessitas captivitatis abduxit, sciant, si non transierunt sponte, sed hostilis incursionis necessitate traducti sunt, ad proprias terras festinare debere, recepturos iure postliminii et ea quae in agris vel mancipiis seu aliis rebus ante tenuerunt, sive a fisco nostro possideantur, nec timeat quisquam alicuius accusationis moram, cum hoc solum requirendum sit, utrum aliquis cum barbaris voluntate fuerit forsitan an coactus.

Idem. Diversarum homines provinciarum cuiuslibet sexus condicionis aetatis, quos barbarica feritas captiva necessitate transduxerat, invitos nemo retineat, sed ad propria redire cupientibus libera sit facultas. Quibus si quicquam in usum vestium vel alimoniae impensum est, humanitati sit praestitum, nec maneat victualis sumptus repetitio, exceptis his quos bar...

a. di. r. i. l. si. in ff. ad de cri. l. iij. § ibidem. ac. solum. immo et aliud. ... advenerit tempus indutiarum quo casu non habet postliminium. ut ff. de postliminio. § indutiae. et l. non dubito. ... voluntate quia transfuge ut dixi non datur postliminium. ut dicta l. postliminium. § transfuge nec ei qui victus dedit.

in his quae ab eo adimi non possunt. ut arg. ff. de ret. ... restituetur. sic ergo indistincte redeuntur bo. fi. possessori sic dicta lex ff. de rei vend. ... et sequentibus ubi dicit sine repetitione expensas factas ... habuerat operas eius quod poterant et aliquid bene potuit hoc

bans vendentibus emptores esse docebuntur a quibus status sui pretium pro utilitate publica emptoribus equum est reddi. Neque enim damni consideratio in tali necessitate positis negari faciat emptionem. Decet redemptos aut datum pro se pretium emptoribus restituere aut labore obsequio vel opera quinquennii vicem referre beneficii, habituros incolumem si in ea nati sunt libertatem. Reddantur igitur ex his preiudiciis sub modo rationis nec fi... sumus quibus ut re postliminii etiam veterum responsis in quo cuncta servanda sunt. Si quis itaque huic precepto fuerit contumax obstitisse, auctor conductor procurator quidam se metallis cum pena deportationis non ambigat. Si vero possessionis dominus rem suam fisco noverit vendicandam, seque deportandum. Et ut facilis persecutio pervenire ad christianos proximorum locorum volumus his rei sollicitudinem gerere, curiales quoque proximarum civitatum placuit admoneri ut emergentibus talibus causis sciant legis nostre auxilium defendendum, ita ut moneant rectores unius si decem libras auri a se et tantundem a suis apparitoribus exigendas si preceptum neglexerint.

de spe de raptore de ancilla mo uia. c. [...] ac fami ei putredine seuicia a sic cautelis ut de barbarico fieret et faciat. ff. de iniur. item ap. §. ad ictum ut. i. de male. tra. a. l. si excepta. De emenda cione pxim.

Sit moribus in corrigendis patrio. nota reuerenda senectus que potius in pietate quam in atrocitate consistit. ut ff. de parricidiis. l. diuus. et Atrocitas. l. si grauiter. sic debet intelligi quod non sufficit ad penam correctio propinquorum quos puniunt inter uiuos.

qua permittit placari quo casu dicitur sufficit dignum quod ante et cum ea placatione sufficiat sola suspicio ne fuga [...] casu habetur pro deprehenso [...] sola fuga [...] leges [...] allegata et dicta l. locorum [...] expressum non [...] alia prius allegata [...]

quererem bene ex sola fuga [...] sit damp[...] post [...] tinas placatio [...] non debet [...] argumentum fortissimum [...] iure. ff. de [...] si [...] l. i. [...] ff. de sus. tuto. l. in pubertate [...] aliam sponse fuga [...] casu habetur pro deprehenso [...] l. [...] ff. de re [...] sponte ei fug.

[illegible marginal notes]

eorum etiam sodalium vel sequacium vel comitum eorum qui eis auxilium prebuerint ad dominium raptarum mulierum liberarum transferantur. prudentia videlicet et cura parentum earum vel maritorum vel tutorum seu curatorum. Et si non nupte mulieres alii cuiquam preter raptorem legittime coniungentur: in dotem mulierum liberarum easdem res vel quantitates ex his volumus procedere. sive maritum volentes accipere in sua pudicicia remanere voluerint: pleno dominio eis sancimus applicari. nemine iudice vel alia quacumque persona hoc audente contempnere. Nec sit facultas rapte virgini vel vidue vel cuilibet mulieri raptorem suum sibi maritum exposcere. sed cui parentes voluerint excepto reo legittimo copulentur. Quoniam nullo modo nullo tempore datur a nostra serenitate licencia eis consentire qui hostili more in nostra re publica matrimonia student sibi coniungere. Oportet enim ut quicumque uxorem ducere voluerit sive ingenuam sive libertinam secundum nostras leges et antiquam consuetudinem parentes vel alios quos decet petat et cum eorum voluntate fiat legittimum coniugium. Penas autem quas prediximus id est mortis et amissionis bonorum non tantum adversus raptores sed etiam contra eos qui comitati in ipsa invasione et in rapina fuerint constituimus. Ceteros autem omnes qui conscii vel ministri huius criminis reperti et convicti fuerint vel eos qui susceperint vel quamcumque opem eis intulerint sive masculi sive femine sint cuiuscumque condicionis vel gradus vel dignitatis pene tantummodo capitali subiciamus. Et ut huic pene omnes subiaceant sive volentibus virginibus seu aliis mulieribus tale facinus fuerit perpetratum. Si enim raptores metu atrocitate pene ab huiusmodi facinore se temperaverint nulli mulieri sive volenti sive nolenti peccandi locus relinquetur: quia hoc ipsum velle mulierum ab insidiis nequissimi hominis qui meditatur rapinam inducitur. nisi etenim eam sollicitaverit nisi odiosis artibus circumvenerit non faciet eam velle in tantum dedecus sese prodere. Sed parentibus quorum maxime ex vindicta interat si pacientiam prebuerint ac dolorem remiserint et deportatione plectendis. Sed si quis inter hec ministeria servilis condicionis fuerit deprehensus citra sexus discrepationem eum concremari iubemus. cum hoc etiam Constantiniana lege recte fuerat prospectum. Omnibus legis ... capitulis de raptu virginum vel viduarum vel sanctimonialium sive antiquis legum libris sive in sacris constitutionibus posita sunt de cetero abolitis: ut hec tantummodo lex in hoc capitulo pro omnibus sufficiat. Quam de sanctimonialibus et virginibus et viduis locum

ab imperatore noluit venire postea venit et probavit se non esse homicidam et transferavit. azo. sed qualiter ... habere scimus.

De emendatione servorum. Imperator. iiiim. Rubrica.

Si virgis aut loris servum dominus afflixerit aut custodie causa in vincula coniecerit, dierum distinctione sive interpretatione depulsa nullum criminis metum mortuo servo sustineat. Nec vero immoderate suo iure utatur, sed tunc reus homicidii sit, si voluntate eum ictu fustis aut lapidibus occiderit, vel certe telo usus letale vulnus inflixerit aut suspendi laqueo preceperit, vel iussione tetra precipitandum esse mandaverit aut veneni virus infuderit vel dilaniaverit penis publicis corpus, ferarum unguibus latera persecando vel exurendo oblatis ignibus membra, aut tabescentes artus atro sanguine permixta sanie defluentes prope in ipsis adegerit cruciatibus vitam relinquere sevitia immanium barbarorum.

De emendatione propinquorum. Imperator. Rubrica.

In corrigendis minoribus pro qualitate delicti senioribus propinquis tribuimus potestatem, ut quos ad vite decora domestice laudis exempla non provocant, saltem correctionis medicina compellat. Neque nos in puniendis morum vitiis potestatem in immensum extendi volumus, sed iure patrio auctoritas corrigat propinqui iuvenis erratum et privata animadversione compescat. Quod si atrocitas facti ius domestice emendationis excedit, placet enormis delicti reos dedi iudicum notioni.

Si quis pa. aut omnino affectione affectate persone eius qui parricidii etc. quales sunt

Ad legem Corneliam de sicariis. Imperator. Rubrica.

Frater vester rectius fecerit, si se presidi provincie obtulerit. Qui si probaverit non occidendi animo hominem a se percussum esse, remissa homicidii pena secundum disciplinam militarem sententiam proferet. Crimen enim contrahitur, si et voluntas nocendi intercedat. Ceterum ea que ex improviso casu potius quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxe imputantur.

Idem. Is qui aggressorem vel quemcumque alium in dubio vite discrimine constitutus occiderit, nullam ob id factum calumpniam metuere debet.

Idem. Si ut allegas latronem interemisti, dubium non est eum qui inferende cedis voluntatem precesserat iure cesum videri.

Idem. Eum qui asseverat homicidium se non voluntate, sed casu fortuito fecisse, cum calcis ictu mortis occasio prebita videatur, si hoc ita est neque super hoc ambigi poterit, omni metu ac suspicione quam ex admisse rei discrimine sustinet, secundum quod adnotatione comprehensum est, volumus liberari.

... ubi specialis est servos torqueri ... quibus parentes ... occiderunt ... de speciali ... credo dicit

...gnare cum serpente sicut dicit gallinaceo quia gallinas amat ut uni uxoribus qui feias diligit ut movis

oraculi ac in amphitheatrum. si neutrum est. subiacatur.
bestiis. ut ff. e. l. post elementorum. si non eueniatur.

Nemo ariolum .i. aris in altaribus et serviuntis
demonum deseruientem accusat. accursius.

Idem. Si quis te reum cornelie legis de sicariis fecerit innocentia purgari crimen non ad uilitate etatis defendi queunt.

Idem. Is qui cum telo ambulauit hominis necandi causa sicut is qui hominem occidit. uel cuius dolo malo factum erit commissum. legis cornelie de sicariis pena coercetur.

Idem. Si quis necandi infantis piaculum aggressus aggressaue sit. sciat se capitali supplicio esse puniendum.

Idem. Si forte mihi et manu mortis parasse insidias. uel quolibet alio genere uoluntatem occidendi habuisse inueniatur. uel forte maritus eo modo insectetur uxorem. in eadem questione ab omni familia non solum mariti sed etiam uxoris que tunc temporis domi fuit querendum sine cuiquam defensione.

De his qui parentes occiderunt aut liberos. R.

Imperator. Si quis parentis aut filii aut omnino affectionis eius que nuncupatione parricidii continetur fata properauerit siue clam siue palam id fuerit enisus pena parricidii punietur. et neque gladio neque ignibus neque alii sollempni pena subiugetur. sed insutus culeo cum cane et gallo gallinaceo et uipera et simia et intea ferales angustias comprehensus serpentium contuberniis misceatur. et ut regionis qualitas tulerit uel in uicinum mare uel in amnem proiciatur. ut omnium elementorum usu uiuus carere incipiat et ei celum superstiti terra mortuo auferatur.

De mathematicis et maleficis et similibus. R.

Imperator. Plus est hominem ueneno extinguere quam occidere gladio.

Idem. Artem geometrie discere atque exerceri publice interest. ars autem mathematica dampnabilis et interdicta est omnibus.

Idem. Nullus aruspex uel sacerdos nullus eorum qui huic ritui assolet ministrare limen alterius accedat nec ob alteram causam. sed huiusmodi hominum amicicia quamuis uetus repellatur. concremando illo aruspice qui ad domum alienam accesserit. et illo in insulam deportando post ademptionem bonorum qui eum euocauerit suasionibus uel premiis. accusatorem autem huius criminis non delatorem esse sed dignum magis premio arbitramur.

Idem. Eorum est scientia punienda et seuerissimis merito legibus uindicanda. qui magicis accincti artibus aut contra salutem hominum moliti. aut pudicos animos ad libidinem deflexisse detegentur. nullis uero criminationibus implicanda sunt remedia humanis quesita corporibus. aut in agrestibus locis innocenter adhibita suffragia. ne maturis uindemiis metuerentur imbres. aut ue...

...accursius. si ceterum de penis si quis aliquid. et qui pudicos. aborcionis ac ceteri a contra. ac t... culpa. sic ergo est pena. ut e. si ... tibus testibus. accursius.
de penis etc. si quem quis. sed contra. s. de his .l. ...

De sepulcro violato. rubrica.

tis genere diversis que lapidacione conterentur. quibus non cuiusquam salus aut estimatio lederetur. sed quorum proficerent actus ne diutina munera laboresque hominum sternilerentur.

Idem. Nemo aruspicem consulat aut mathematicum. nemo ariolum. augurum et vatum prava confessio conticescat. Caldei ac magi et ceteri quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat. nec ad hanc partem aliquid moliantur. sileat omnibus perpetuo divinandi curiositas. etenim supplicium capitis feret gladio ultore prostratus quicumque iussis nostris obsequium denegaverit.

Idem. Multi magicis artibus ausi elementa turbare vitam insontium labefactare non dubitant et manibus accitis audeant ventilare ut quisque suos conficiat malis artibus inimicos. hos quoniam nature peregrini sunt feralis pestis absumat.

Idem. Et si excepta tormentis sunt corpora honoribus predito rum per illa videlicet crimina que legibus demonstrantur. et si omnes magi in quacumque sint parte terrarum humani generis inimici credendi sunt. tamen quoniam qui in comitatu nostro sunt ipsam pulsant prope modum maiestatem. si quis magus vel magicis contaminibus assuetus qui maleficus vulgi consuetudine nuncupatur aut aruspex aut ariolus aut certe augur vel etiam mathematicus aut narrandis somniis occultans artem aliquam divinandi aut certe aliquid horum simile exercens in comitatu meo vel cesaris fuerit deprehensus presidio dignitatis cruciatus et tormenta non fugiat. si convictus ad proprium facinus detegentibus repugnaverit negando sit eculeo deditus ungulisque sulcantibus latera perferat penas proprio dignas facinore.

Idem. Culpa similis est tam prohibita discere quam docere.

Idem. Quicumque maleficorum labe pollutum audierit deprehenderit occupaverit illico ad publicum pertrahat et iudiciorum oculis communis hostem salutis ostendat. quod si quis ex agitatoribus seu ex quolibet alio genere hominum contra hoc interdictum venire temptaverit aut clandestinis supplicijs etiam manifestum reum malefice artis oppresserit ultimum supplicium non evadat gemine suspicioni obnoxius. quod aut publicum reum ne facinoris noxios publicaret severitati legum et debite subtraxerit animadversioni: quod non aut proprium fortassis inimicum sub huius vindicte nomine consilio atrocitate confecerit.

De sepulcro violato. rubrica.

Imperator.

Res religioni destinatas quin immo iam religi

est .x. pondo non minus etc. | illud sepulcra cor. domus cor.
Qui sepulcra. domus .vii. | in ceterum destruendo sepu

Q[u]erum. fa
bricando .i. fa
ciendo alibi
fabricari de
materia in
supra. ul' dic
artifices quo
rd' uident do
mini sepelir
ad reedifi
candum .x.
pondo. ee. s. l.
pr. so. ut ubi
quicumque
cum is. adq
ea res pertin
ea gerere nol
let. ut. ff. e. l.
iii. accursi
officium. al'
officio. al' of
ficium. ut q
sit notorium.
ut. s. de acc.
l. ea quidem
videtur impo
situm q. s'm
diuisitatem
psonarum
et factor ipoit
ut. ff. e. l. iii. s.
adiusus et. l.
si. et l. sepul
cro. pecunia
ria quoque in
ponitur quia
e qui que. ee. au.
ut. diui. s. e.
l. i. s. qualis
pena. hinc l.
ut illa. c. au.
imponitur.
si ponas eum
deportari uel
decapitari e
omnia eius
bona publi
cantur. ar. ca
no publica
ri. sic s. d.
mulieribus
que ser. s.
ipsius se. l. i. a.
s. de iap. vii.
ut al'. sic con
ueniant cum
liter subit
hanc penam
que sucedo
in locum illius
que olim er
at statuta
tacite sicum
mali tam sibi
it. eam que

omis effectas. scientes qui co
tingerunt. et emere et distrahere
non dubitauerunt. tam et si uen
dicationis non subsistit le
ge tamen religionis incrimen i
ciderunt.

Idem. Si fuius in demolien
dis sepulcris fuerit apprehensus
si non domino sciente faciat me
tallo addicetur. si uero domini
auctoritate ul' iussione urgetur re
legatione plectetur. et si forte de
tectum aliquid de sepulcris ad
domum eius uillam que pro
uectum reperiatur. uilla siue do
mus aut edificium quodcumque
erit fisci iuribus uendicetur.

Idem. Si quis sepulcrum lesu
rus attigerit. locorum iudices si
hoc uindicare neglexerint non
minus quam .xx. librarum auri
ut sepulcrorum uiolatores sta
tuta pena mulctentur. ut eorum
largitionibus nostris inferre cogantur.

Idem. Qui sepulcra uiolant
domus ut ita dixerim defunc
torum geminum (.i. duplex) uidentur
facinus perpetrare. nam et sepul
tos spoliant destruendo et ui
uos polluunt fabricando. si
quis igitur de sepulcro abstulerit
saxa uel marmora uel colum
nas aliamue quamcumque m
ateriam fabricandi gratia. siue id
facit uenditurus. .x. pondo
cogantur fisco inferre auri. si
ue quis propria sepulcra defen
dens hanc in iudicium que
relam detulerit. siue quicumque
tum accusauerit. ul' officio nunci
auerit que pena (.i. antiqua) prisce seueritatis
accedit. sine dispendio enim derogata

e illi supplicio quod sepulcra ui
olantibus uidetur impositum.
huic autem pene subiacebit
et qui corpora sepulta. aut re
liquias contrectauerint.

Idem. Tergit (.i. ...) audacia abus
ta defunctorum et aggeres
consectos. et cum lapide hinc
mouere etiam euertere et cespitem
euellere. proximum sacrilegio m
aiores semper habuerunt. sed et
ornamenta quedam tricliniis
atque porticibus auferre de se
pulcris. quibus primo consu
lentes ne in piaculum incedat
contaminata religio defunc
torum. hoc fieri prohibemus pena
sacrilegii cohibentes.

Idem. Cum indignum sit
et nostris alienum temporibus
iniuriam fieri reliquiis defunc
torum. ab his qui debitores
esse mortuum dicendo. debi
tumque exigendo sepulturam
eius impediunt. ne in posterum
eadem iniuria procedat cogen
dis his ad quos funus mor
tui pertinet sua uitam probare. ea quod
que mortuo posito ante sepulturam
eius facta fuerint ul' exigendo quod
debitum esse dicatur: ul' confess
iones aliquas aut fideiussores
aut pignora capiendo penitus
amputamus. precipimus. s[ed] redditis
tis uero pignoribus ul' pecuniis
que solute sunt. ul' absolutis
fideiussoribus. et generaliter omnibus
sine ulla innouatione in pristi
num statum deducendis. et
principale negotium ex inte
gro disceptationem uero qui i
bi fuit deprehensus flagitio .i.

.i. prista. corpora et in cinerem redacta. quia cinis marcula.
aliqua reponebatur et idem si ad sepulcrum hodie eatur:
agges .i. ualla
que causa mu
nitionis sepul
cri. fiebant. et
sepulcra circu
dabant. cum.
proquamuis.
habuerunt s[ed]
quo cum sacri
legio imponat
pena capitis.
ut subiciatur
bestiis aut de
portatur aut
in metallum
datur secundum quali
tatem persone
et delicti. ut ff.
de cri. sacri. l. sa
crilegii penam.
capite. hic aut
relegantur. ut
deportantur. .i.
quando ciuique ossa
mouentur. ut
e. l. fi. ibi non dic
dicat eandem
penam. s[ed] quando
ut in deporta
tione et hic dic
primum. tu solu
s. subaudi p
et ornamen
tis sepulcri d.
si autem uest
tem mortui.
auferat. si quod
ui armata in
capite. s[ed] sine
armis metal
lo punitur. ut
ff. e. l. iii. s. aduer
sus. de sepulc.
supple proximum
sacrilegio ha
buerunt maio
res. quibus fac
ul' rebus piac
ulum. qualit
incidit in pia
culum .i. in crim
sanguine pian
dum. cum tantum
in eam imponat
pena sanguis
ut. ff. e. l. fi. ideo.
ideo dicit quod per
hec possit puniri
adeo quod esset sa
nguine pian
dum. ul' dic
piando ad pie
tatem mouere.

Cum si per
dere quia

statuitur. ut. ff. e. l. fi. ut illa pena corporalis hoc l. cum i
casu speciali s. quando corpus ipsum sit motum. accursius.
P Si igitur audacia .i. pergunt audaces et sic ponitur quantitas pro qualitate. uel contentum pro continenti. busta.

ne impedirent. sepe indebitam pecuniam soluebat. quod for
te postea recuperare non posset. uel sua ura a dic. s. hereditaria
quia ipsi impediti quominus sepelirent. non sepeliendo
hereditatem peterent. ac confessiones. puta cyrographum

In aut. ut cum de ap. cog. iudi. t. in coll. viii.

Set nec ante nouem dies ab obitu inuitandos nulla prius fiat molestia aduersus quemlibet ex persona defuncti. si qua enim cautio siquid simile fiat inutile erit. In aut. ut defuncti seu funa. defic. in coll. v. e.

Item qui domum morbundi ascendit ipsum a[...] scimus. hos uel qui eius sunt molestatis aut rebus eius non seruato legali officio signacula imponit actione illius cadat et altum tantum exigatur ab heredibus iniuriati. publicanda tertia parte bonorum ipso quod infamia notato eisdem penis subiacet. qui eo moriente circa funus peccat. quod exequias prohibeas.

In aut. ut cum de appellatione cognoscitur.

[...]ouas autem dependere uel sumitur p[er]doneus ad eam persoluendam sit suo corpore sub competenti iudice penas luere.

Ad legem Fauiam de plagiariis. Rubrica.

Imperator.

Seruum tuum adversus eum a quo sollicitatam ancillam plagio crimine ex portatam queritur apud suum iudicem ciuiliter in rem actionem institutam consistit. Cum si maior annum quod tenuit etiam legis fauie crimen persequi potest. Cum per uiolentiam mancipium abreptum est actionem tuis non prohibetur intendere.

Idem. Si a laboratio seruum tuum susceptum et aliquem occultatum moxque eo suadente fuge datum probare potes. legis fauie crimen parte uel actionem ad exhibendum propositum et seruum corrupti per procuratorem tuum persequi potes.

Idem. Ut legis fauie pena debeatur. initium subsequens [...] accusatio et stima necessaria est.

Idem. Non ualet procurator[...] stima si uicem presidis non tueatur. cum legi fauie locum esse pronunciauit. cum eius legis disceptatio ad presidis prouinciam pertineat notionem.

Idem. Si seruum tuum adversus [...] suppremo legis fauie aditio preside prouincie etiam debes postulare.

Idem. In fuga seruum constitutum neque uendere neque donare licet. unde intelligis te in legem incidisse que super his delictis etiam penam fisco inferenda statuit exceptis coheredibus et sociis quando in diuisione communium rerum licitacionem de fugitiuo suo inuicem facere permissum est. ita uero liceat fugitiuum seruum uendere. ut tunc uendicio ualeat quando ab emptore requisitus fuerit uel deprehensus.

Idem. Quoniam suos a plagiariis alienari ex urbe significas atque ita urbicum ingenuos homines asportare solere prescribis. uoluntatem delictorum licentie maiore seueritate ac pena siquem in huiusmodi facinore deprehenderis capite eum plecti non dubitat ut pene genere deterreri ceteri possint quo minus huiusmodi audacia uel suos uel liberos ab urbe distrahere atque alienare audeant.

Idem. Preses prouincie discreto patrus uire dominij inter [...]gatum audiendum. sicut crimen plagii nec ne [...] propter ea tua mancipium esse constituto. cessit sicut crimen [...] expressa dominum luce manifestari. si uero seruum alienum esse constituto post disceptationem proprietatis quidem et criminis causam ante audiet.

Idem. Eum qui mancipium alienum celat. legis fauie crimine teneri non est incerti iuris.

Idem. Comparantem ab eo qui abduxit plagio mancipia sciente socius non habetur. nullo crimine teneri conuenit.

Idem. A defuncti plagio serua [...]

dictio status non mutatur. Hic enim persone sollicitatione crimen committitur, non condicione preiudicatur.

Idem. Si quis servum fugitivum sciens cum rebus furtivis susceperit, eum harum nomine furti actione teneatur: licet ibi rector provincie eum solita pena restitui efficiet. Set si crimen plagii accusationem instituis, tibi audiam pro re non dubitabis.

Idem. Plagii criminis accusatio publici sit iudicii.

Idem. Plagii criminis accusatio cessat, si suos filios vel liberos asseverent hii qui supprimisse dicantur. Non commissi velandi, et hac opinione iusta duci ratione.

Idem. Liberum sciens condicionem eius mutari venundando plagii criminis pena teneatur.

Idem. Plagiarii qui viventium filiorum miserandas infligunt parentibus orbitates, metalli penam cum ceteris ante cognitis suppliciis tenebantur. Si quis tamen eiusmodi reus fuerit oblatus, posteaquam super crimine dampnatus fuerit, servus quidem vel libertate donatus bestiis subiciatur; ingenuus autem gladio consumatur.

Ad legem Iuliam miscellam. Rubrica.

Ex miscellia libere condicionis homines prosequuntur, sicut ea que ingenuorum sunt etiam honores et dignitates ausi fuerint attentare vel decurionatum aut per ius anulorum aureorum impetrato a principe sustineatur. Tunc enim quoad vivunt ymaginem non statutum ingenuitatis obtinet et sine periculo ingenuorum etiam officia peragunt publica. Qui autem libertinus se dicit ingenuum tam de operis civilibus quam etiam lege miscellia damnati potiuntur ingenui. Iniuria autem se in misso dampno quidem cum infamia afficiatur. Omnibus vero personalibus in patri ac patronum que congruunt eius in ceteris omnibus hominibus singulos per universis attributos esse non est dubium.

Ad legem Corneliam de falsis. Imperator. Rubrica.

Si subiecti partus crimen defuncte patri obiectis capitalis in tempus pubertatis pueri differri non debuit, sicut iam pridem divo Severo patri meo placuit. Neque enim ius simul et causa que arguitur non ex fide causam suam defensurum cum periculum capitis subeat.

Idem. Si acta a patre duorum parentum meorum reputis declarantium non esse cum morande solutionis gratia a debitore fisci crimen obicitur, nichilominus salva executione criminis debitorem ad solutionem compelli oportere.

Idem. Licet ex tabulis quas sub nomine patris tui ipo...

mo. l. debitoribus. et s. si ex fal. instru. l. ult. et de reg. iur. l. ij. criminis. si quod est falsum qui calumpniari presumitur ut ff. de accusat. l. ali... pro. ve. non est presumpto ... cum steterit omnino. et facit ff. de ... si quis liber. Explane

[illegible]

cuius. l. novercam tuam subre-
pto testamento falso scriptum esse all-
egas. cum tamen admissum
ignores legatum ascriptum tibi con-
secutus sis non impediens ac-
cusationem eum impletis sol-
lempnibus instituere.

Idem. Maiorem severitatem ex-
igit ut inter eorum qui falsum
scriptionibus utuntur digna et
pena coerceantur. Cum quis de-
ceptus est palam suam inno-
centiam probat reum a quo ac-
cepit exhibet se probat.

Idem. Falsi quidem crimen
vel aliud capitale movere vo-
biam(?) vestre secta non pa-
titur. sed ea res pecuniarum
compendium non aufert.
Si enim de fide scripture inde
eadem tantum vi fideicommissi
si vendicat dubitatio est quin
fides veritatis etiam sine me-
tu criminis potest.

Idem. Qui falsas tabulas dixe-
rit nec obtinuit ad defunc-
ti iudicium aspirare non potest.

Idem. Ipse significas cum primo
mo adversarii instrumenta pro-
tulerunt fidem eorum te ha-
buisse suspectam set tamen accusatione
difficile est ut is qui pronuncia-
re gitur(?) velut falsum cum semel ac-
quievisti accusare permittatur.

Idem. Si falsos codicillos ab
his quos supplicas factos
esse contendis. non ideo accusa-
tionem evadere possunt quod se eis
negent uti. Damnatur
post quod instrumenti usu abs-
tinere qui non ipsi machinato-
res falsi esse dicuntur et quos pe-
nitendo solus usus astringit.
Qui autem compositis per sce-
lus codicillis in severitatem
legis Cornelie inciderunt non
possunt eius defensione se re-
cusando crimen evitare.

Idem. Si doceris apud presidem
provincie ab intestato de hereditate
eius extitisse ei qui codicillos
scripsit ordinarium est ut in
hereditatis possessione constitutus
fideicommissa petentes que iu-
re relicta sunt non consultum est
codicillos falsos arguere crimi-
nali ceptum intuentu in-
dulgencie sopitum est restituen-
dam indagacionem et potes
de fide scripture queri.

Idem. Cum supposita prius
eum patrui tui uxorem mo-
veas apud rectorem provincie in-
stituta accusatione id proba.

Idem. Si litis pecuniaria apud
pedaneos iudices remissa
est etiam de fide instrumenti co-
gnitio apud eos iuxta sensum vi-
ri prudentissimi Pauli req-
uiretur.

Idem. Querimonia falsi tem-
poralibus prescriptionibus non ex-
cluditur nisi viginti anno-
rum exceptione sicut cetera quoque fe-
re crimina.

Idem. Qui velut presentem te
recepisse suas cum absens esset
conscripsit non ignoranti quod
quam aufert sed se criminis ob-
ligat periculo.

Idem. Eum qui celavit vel
amovit testamentum com-
mittere crimen falsi publice notum est.

Idem. Si creditor colludens cum

[illegible]

Qui falsas tabulas testi. dixit. l. accusando. nec tenuerit ...
Ipse suspectam fecens ut. s. de fide instru. ...
Si falsos ...
Cum suppositi ...
Si litis remissa ...
Querela ... quatuor modis ex fal ...

[illegible]

debitore suo tibi p(ro)latum ue
num dedit falsum commis
it et tibi michi offitiat. si se mag

Criminis accu(sati)onem fecit ob nox

imp(er)ator. C. uim.

De fide testamenti q(uo)d uenti du
plex uia litigandi tributa e(st).
(con)s(ti)t(u)imus itaq(ue) p(ro)curatorem i(n)
accu(sati)onem p(ro)sequi non potes.
disceptacio(n)e t(ame)n p(ri)uata de eius
fide queri non p(ro)hibens scium
reus ita conuentus non t(ame)n
ab aliquo iuste et etiam ab
eo qui uiulit egit sollempnit(er)
accusari possit.

Idem. Sicut falsi testamenti
uel codicillorum sc(ri)ptura tem
poris interuallo firmari n(on) pot(est)
ita non que uere subsit non
euanescit. si itaq(ue) de fide dicti
ul accu(sati)onem ul p(er) p(ri)uati
iudicium queriens rector p(ro)
uincie tunc demum eos ex
ben de quibus interrogacio fieri
potest iubebit si prius de certe
ris iudiciis sint commotis.

Idem. Ex inicio falsi co(m)mis
si iusta posso non patitur sum
ere eos quos de dominio fun
di tecum contende. p(ro)m(iss)a ac
cusacionem instituere potes.

Idem. Et si ad te negocium
p(er)tinuit et atq(ue) tecum deliba
re debueras ne impedam in
stitue agere accu(sati)onem hoc instru
mentum falsum in quo subsc(ri)p
seras argue contendens a te
mulieribus in aliena ca(usa) fil(ium) no(n)
sit p(er)missum accusare tu aut(em)
hec eadem p(er)sona te prius alii
donasse p(ro)ponas si tibi faculta
tem accusandi contra iuris

Postulas formam

Idem. Nec exemplum p(re)cib(us)
testi(m)o(n)is alt(er) p(er) errorem sc(ri)p
tum cum non nisi dolo fiat
committens crimini subiu
getur. cog(nitio)nem dati iudici
is moratur.

Idem. Si quis decurio testa
mentum ul codicillos aut ali
q(uo)d deficientis sc(ri)pserit uolu
ntatem ul conscribendis pu
blicis ul priuatis q(ue) instr(umen)tis
p(ro)uult offitium si fil(ius) q(uo)d moueat(ur)
decurionatus honore se posi
to q(uo)d(d)am si ita poposcerit ca(usa) sc(ilicet)
dabitur sed non statim desin
it esse decurio qui in h(oc) f(a)c(t)o fuit
q(ua)ntum enim ad municipal
es p(er)tinet necessitas decurio per
manet. q(ua)ntum ad rem gesta
m ueritatem restituandam. uti de
curionatus honore no(n) potit.
nec u(er)o is qui ante fuit tabell
io ad eludendam q(uesti)o(n)em super
his que ante consc(ri)psit. fruis
decurio defendi hac potit dig
nitate. q(uia) in sc(ri)pture u(er)itas respo

posuit p(ro) ip(s)m d(ebe)t p(ro)bari actore

Idem. Ubi fil(ius) examen incide
rit tunc acerrima fiat inda
go argumentis testib(us) sc(ri)ptur
arum collac(i)o(n)e aliisq(ue) uesti
giis u(er)itatis. Nec accu(sati)on
t(ame)n q(uo)d incumbat nec p(ro)bati(o)ne
ei tota necessitas inducat(ur). Sed
int(er) utrinq(ue) p(er)so(n)am sit iudex
medius nec ulla interlocuc(i)o(n)e
diuulget que senciat sed tanq(uam)
ad imitac(i)o(n)em relac(i)onis que
solum audiendi mandat of
ficium p(re)beat noc(i)onem. post
ma s(ente)n(t)ia quid s(ibi) liqueat p(ro)di

psonaliter alie acc(i)o(n)es...

Quindi... Quod p(ro)posuisti ap(u)d te ...

[illegible]

tunis, ultimum autem fi-
nis strepitus criminalis com-
pendioso spacio limitamus.
quem litigantem disceptati-
o que satis non sit excedere sancimus, et
exordium misceatur auspicio
testate accusationis apud iudicem
competentem, capitali post
probationem supplicio, si id exigat
magnitudo commissi, deportatione
ei qui falsum commisit
imminentem.

Idem. Damus licentiam liti-
gantibus si apud iudicem proferatur
scriptura de qua aliqua oritur
disputatio, utrum de falso criminaliter
statuat an, qui dubitet de
instrumenti fide exprimat, an civi-
liter quod si expetens iudicium, ci-
vilem falsi crimen intenderit,
tunc questione civili per sententiam ter-
minata criminis fiat indago,
ut si quis tabulas testamen-
ti, chirographa, testationesque, nec non
etiam rationes privatas vel pu-
blicas, pacta et epistulas vel ultimas
voluntates, donationes sive
si quid prolatum aliud institu-
ere habeat accusandi facultatem.
Civilis autem inquisitionis
intentatis per partes confligen-
tium, levior examinatio pro-
cedat cum iudex qui perceperit
quid intentiones actoris flagitent
et convicta crimina eorum
ex legibus penis competenti-
bus possit ulcisci.

Idem. Prebemus licentiam
ut sive civiliter sive criminali-
ter actor elegit super prolatis co-
dicillis vel aliis instrumentis requi-
ratur et incumbat probatio fidei
instrumenti ei primitus qui
scripturam obtulit, deinde eiusque
instructa instantia falsum instru-
mentum arguentium patuerit.

De his qui sibi ascribunt in testamento. Rubrica.

Quamquam in ita interpretentur iuris periti ut
etiam legem Corneliam videatur se scribere heredem si filius
emancipatus patre dictante testi-
cum et si testamentum non esset
scriptum in suis successor futurus
est accepta bonorum possessione.
filius patris proinde habitur atque
si sua manu patruus heredem
dem scripsisset functus civili
officio.

Idem. Si testator codicillis
quos scripsisti legatum quod
seu fideicommissum reliquisset
tibi sua manu ascripsit non
videri incidisse in penas se-
natus consulti. Quod
si testator testamentum dictans
se codicillis fingitur legato quod
vel fideicommisso abstinere
debes spe a vero falsi tibi princip-
ali beneficio remittetur.

Idem. Senatus consulto et
edicto divi Claudii prohibitum est
eos qui ad scribenda testamen-
ta adhibentur quamvis dictan-
te testatore aliquod emolumen-
tum ipsius futurum scribere
pena legis Cornelie facienti
irrogata, et cuius veniam de-
precantibus ob ignorantiam et
professionibus a relicto discedere
amplissimus ordo vel divi
principes veniam dederunt.

Idem. Que in testamento ux

[illegible]

oris maritus sua manu legata sibi asscripsit, pro non scripto habentur: et legis Cornelie pena si uenia impetrata non est locum habet.

Idem. Quod adhibitus ad testamentum commilitonis scribendum iussu eius fundum tibi asscripsisti, pro non scripto habetur, et ideo id legatum petere non potes. sed secutus tenorem indulgencie mee pena legis Cornelie tibi remittitur: in quo credo te magis errore quam malicia incidisse.

Idem. Si libertatem tibi manu tua imperante domino asscripsisti, cum proponas dominum non subscripsisse et suis litteris tuam libertatem expressim agnouisse, ad impetrandam libertatem senatus consulti auctoritas tibi obest, tamen pena senatus consulti tibi remittetur: quoniam non potuerat id contra domini uoluntatem uenire.

De falsa moneta. Rescriptum imperatoris.

Quoniam non nulli monetarii adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercent, cuncti cognoscant necessitatem sibi incumbere huiusmodi homines inquirendi, ut inuestigati tradantur iudicio, facti conscios per tormenta illico proditurum, ac sic dignis suppliciis subiciendi. accusatoribus quidem eorum immunitatem promittimus. cuius modi quem diximus premium a nobis per singulos statuitur. si quis autem inuitum habitatorem possessionem suscepta de custodia excire fecerit, capite puniatur, appellandi etiam priuato licencia denegatur. Si uero miles aut promotus in gradu huiusmodi crimen incurrerit, super nomine ad nos perentes petentes iudice referatur. Domus uero uel fundus in quo hec perpetrata sunt, si dominus in proximo constitutus sit, cuius iniuria uel negligencia puniendus est, si ignorauerit, fisco uendicetur: nisi dominus ante ignorans ut primum repperit scelus prodiderit perpetratum. tunc enim possessio uel domus ipsius proscriptionis iniuriae minime subiacebit. Sed si uero longissime ab ea domo uel possessione abfuerit, nullum sustineat detrimentum in actore uidelicet fundi uel eius uel incolis uel colonis qui hoc crimen sua fouerunt, cum eo qui fecit iudicio capitali plectendis. Viduas autem uel pupillos speciali dignas indulgencia credidimus, ut uidue nec in proximo constitute domui sua uel possessione careant, et nulla apud ipsas tamen huius conscientie resideat noxia. Impuberes uero etiam si conscii fuerint nullum sustineant detrimentum, quia etas eorum quid uideat ignorat, tutores tamen eorum si in proximo fuerint quoniam ignorare eos quod uiuere pupilli gitur non oportet, hanc penam expectabit ut de rebus eorum si ydonei fuerint tantum fisco inferatur quantum pupillo fuerat inferendum.

Idem. Si quis nummum falsa fusione formaverit, universas eius facultates fisco nostro addici praecipimus. In monetis tantum nostris cudendae pecuniae studium frequentari volumus. Cuius obnoxii maiestatis crimen committunt. Et praemio accusatoribus proposito quicumque solidorum adulter poterit reperiri, illa quoque domus in qua fuerit publicatus illico omni dilatione submota flammarum accensionibus immancipetur.

Idem. Si quis super cudendo aere vel rescripto aliquo vel etiam adnotatione nostra se [illegible] facultatem, non solum fructum propriae petitionis amittat, verum etiam poenam quam meretur accipiat.

De mutatione nominis. Imperator. Rubrica.

Sicut initio nominis cognominis praenominis recognoscendi singulos impositio privato libera est, ita horum mutatio innocentibus periculosa non est. Mutare itaque nomen vel praenomen sine aliqua fraude licito iure, si liber es, secundum ea quae statuta sunt minime prohiberis, nullo ex hoc praeiudicio futuro.

Ad legem Iuliam de ambitu. Imperator. Rubrica.

Nullus omnino principatum vel primiceratum seu commentariensis gradum vel certa officia repetere audeat, cum publice disciplinae semel gesta sufficiant. Ac si quispiam per motorum denuo ad munus per sacras litteras irrepserit quod ante docebitur gessisse, cassatis per hunc modum impetratis ad solutionem debiti primitus urgetur, et qui decesserit poenam deportationis ad instar legis Iuliae ambitus excipiant.

Ad legem Iuliam repetundarum. Imperator. Datum. Rubrica.

Ut unius poena possit esse metus multorum, iudicem qui male egit ad provinciam quam nudaverat cum custodia competenti remitti praecipimus, ut non solum quod eius non dicam domesticus vel manipularius et minister accepit, verum et quod ipse a provincialibus nostris rapuit et sustulit in quadruplum exsolvat.

Idem. [illegible]tus. Sciant iudices super admissis propriis aut a se aut ab heredibus poenam esse repetendam.

Idem. Omnes cognitores et iudices a pecuniis atque patrimoniis manus abstineant, neque alienum iurgium putent suam praedam. Etenim privatarum quoque litium cognitor idemque mercator statutis legibus cogetur subire iacturam.

Idem. Iubemus et hortamur si quis forte honoratorum decurionum possessorum postremo etiam colonorum et cuiuslibet ordinis a iudice fuerit aliqua ratione concussus, si quis scit venalem de iure fuisse

[illegible]

firmam. Siquis penam vel pro remissam vel vicio cupiditatis ingestam. Siquis postremo quamcumque decem unum probum iudicem potuit approbare. Is vel administratione eo per administrationem depositam in publicum prodeat crimen de furto delatum appetet. cum probaverit et victoriam reportaverit ius et gloriam.

Idem. Unusquisque procurator, propositus, gynecio, stabularius, susceptor, colonus, vel quicunque se a comite domorum inaluit esse concussum, cum ipse eius pecuniam numeravit, administratione decesserit intra anni spacium ad iudicium spectabilitatis tue quicquid dedit repetiturus occurrat, ut possit pensionibus quicquid ille dedit sibi vindicare. ex tempore deposite administrationis prestituti temporis curricula transfluxerint nulla vox advocationis eum gravat. sed ipsos procuratores, propositos, colonos, tabularios obnoxios suspectos ad solutionem volumus cohartari.

Imperator. Scimus eiusmodi viros ad provincias regendas accedere qui ad honoris insignia non ambitione vel precio, sed probate vite et amplitudinis tue solent testimonio provenire. ita sane ut quibus hii honores per sedis tue vel magis fuit electionem commissi vita iter gesta deprimant se pro administrationibus sortiendis quod neque dedisse quispiam neque daturos umquam postmodum fore sive per se sive per interpositam personam in fraudem legis sacramentique aut donationis vel venditionis vel titulo aut alio velamento cuiusque contractus et ob hoc exceptis salariis nihil penitus tam in administratione positos quam post depositum officium pro aliquo beneficio tempore administrationis consecuto meruerint accepturos. Licet neminem divini timoris contemplatione vel iurando arbitremur immemorem ut saluti propriae nullum commodum anteponat, tamen ut ad salutis timorem et necessitatem periculi subiugetur. Siquis ausus fuerit prohibita vel accepta negligere non modo adversus accipientem sed etiam adversus dantem accusandi tamquam crimen publicum cunctis concedimus facultatem, et quadrupli pena eo qui convictus fuerit modis omnibus feriendo.

De crimine peculatus.

Imperator. xxra.

Iudices qui tempore administrationis publicas pecunias subtraxerunt lege Iulia peculatus obnoxii sunt et capitali animadversione eos subdi iubemus. His quoque nichilominus qui ministerium eis ad hoc adhibuerit vel qui subtractas ab his scienter susceperint eadem pena percellendis.

De crimine sacrilegii. rx.

[illegible]

Qui diuine legis sanctitatem aut nesciendo omittunt uel negligendo uiolant et offendunt sacrilegium committunt.

Idem. Disputari de principali iudicio non oportet. sacrilegium enim instar est dubitare an is dignus sit quem elegerit imperator.

Idem. Nequis sine sacrilegii crimine desiderandum intelligat gerende ac suscipiende administrationis officium in eam prouinciam in qua prouincialis et ciuis habetur: nisi hoc cuidam ultronea liberalitate per diuinos affatus imperator indulgeat.

De seditiosis et hys qui plebem audentur contra publicam quietem colligere. Rubrica.

Imperator. Si quis contra euidentissimam iussionem nostram suscipere plebem et ad uersus publicam disciplinam defendere fortasse temptauerit penam grauissimam sustinebit.

Idem. In multis locis atque ciuitatibus tumultuosis clamoribus cuiusquam interpellacio contumeliosa procedat nec ad solam cuiusquam iniuriam petulancia uerba iactentur. Statuimus hys qui huiuscemodi uoces emiserunt mouerintque tumultus. sequidem fructum ex hys que postulant nullatenus habituros. subdendos autem penis hys quas de sedicionum et tumultuum auctoribus uetustissima decreta sanxerunt.

Quando ciuilis actio criminali preiudicet et an utraque in eodem tempore exerceri potest. Rubrica.

Deinceps prudencium generaliter diffinitum est quociens de re familiari et ciuilis et criminalis competit utraque licere experiri siue prius criminalis siue ciuilis actio moueatur: nec si ciuiliter fuit actum criminalem posse consumi et similiter e contrario. Sic denique et si per uim possessione eiectus sit de ea recuperanda interdicto unde ui erit usus non prohibetur tamen etiam lege iulia de ui publico iudicio instituere accusationem. Et suppresso testamento cum ex interdicto de tabulis exhibendis fuerit actum nichilominus ex lege cornelia testamentaria crimen poterit inferri. Et cum libertus se dicit ingenuum tam de operis ciuiliter quam etiam lege iuscellia criminaliter poterit purgari. Quo in genere habetur furti actio. Et legis fauie constitutio et plurima alia sunt que numerari non possunt ut sicut alia prius actio intentata sit per alteram que superest iudicatum liceat retractari. Quare iuris diffinitione non ambigitur etiam fiscum crimen de quo ciuiliter actum est criminaliter esse repetendum.

De crimine expilate hereditatis. Rubrica.

Imperator. Expilate quidem hereditatis crimen intentari non potest quam communis

vel si septimum intelligas dices secundum eum de furto de quo oportet publica accusatio vel ut testi non alterius iusti vt. ff. a ad l. cor. de fal. l. paulus. non possunt commode. sed de ex. in delictis ordi. et extraordi. in quibus civiliter actione inferri et criminaliter agitur. ut. s.

qui non prius una via quam alia. sed ambe si licet (?) tenetur ut. s. de ordi. iud. l. iii. sed ibi modo excepta opponebat crimen. Et crimine stellionatus expilate hereditatis extra ordinem est. ut. ff. e. l. i. accusatoris...

arce rebus inspectis claves signatas coheredi [p]rofiteatur (?), sed cum de his exhibendis ad iudicem quereretur: rationem compensationis iudici non oportuit [haberi]; exhibitis enim que desiderantur finis iudicibus directi quo relinquenda est.

Idem. Expilate hereditatis crimine adversus victricum adito preside provincie persequi non prohibens.

Idem. Si iam tibi hereditatem adisti expilate quidem hereditatis crimine adversus novercam quondam tuam experiri non prohibens.

Idem. Adversus uxorem que socia rei humane atque divine domus suscipitur mariti diem suum functi successores expilate hereditatis crimen intendere non possunt. et ideo res quas per eandem abesse querens competenti in rem actione vel si dolo malo fecerit quominus res mobiles possideant ad exhibendum persequens. fructus autem rerum quas mala fide tenuit licet expilate hereditatis non teneatur crimine suos non facit. sed extantes quidem vendicari, consumptos vero condici posse procul dubio est.

Idem. Obtentu expilate hereditatis emolumentum legatorum suspensa cognitione legatariis hisdem qui liberis defuncti auferri non oportet.

Idem. Expilate hereditatis crimen loco deficientis actionis intendi consuevisse non est iuris ambigui.

De vi bonorum raptorum. Rubrica.

Vi bonorum raptorum actionem que cum pena sua restitutoria (?) potius ad mobilia moventiaque quam ad fundos per iniuriam occupationis spectare explorati iuris est.

Idem. Si res mobiles quarum ante fuerat dominium perfecta donatione translatum violenter donatoris heredes arripuerunt, vi bonorum raptorum actionem intra annum quidem in quo experiundi potestas fuerit in quadruplum, post annum in simplum intendere non vetaris.

Idem. Obligatas res creditorem vi rapientem non rem licitam facere sed crimen committere convenit eum quoque etiam vi bonorum raptorum intra annum utilem in quadruplum, post simplici actione conveniri posse non ambigitur.

Idem. De eo quem servum alienum nesciente domino tuo rapuisse dicis intra annum in quadruplum vi bonorum raptorum et post in simplum dominum eius noxali actione apud competentem iudicem convenire potes.

Idem. Sive negotiorum gestorum contra novercam tuam sive actione vi bonorum raptorum quem in quadruplum intra annum utilem, post in simplum [...]

expectavit accusari. quod est in publico licet. ut. ff. ad l. iul. de adult. l. si adulterium. § idem pollicitatur. de crimine stell. l. i. quod privatim est delictum ut e. t. l. iii. Item pro eo. ff. de condic. ob. c. l. pl. sed ibi non agitur criminaliter. quia fecit servum eius qui duxit cum in periculo tantum pro facto vigilium. Item pro eo. ff. de iiii vir. pretor. et l. i. sed speciale in crimine in uxorem utique modo agitur ad vindictam. Item pro eo. ff. de fur. interdum. qui furem. sed ibi non fuit accusatus. sed civiliter modo ductus. fuit. non in ordinario iudicio. de iud. l. x. in privatis criminibus quod de public. et pro nobis ff. lex. vbi dicat quo in genere etc. l. p. p. se. ibi expo natum et notatum. Item pro nobis. s. de condic. ob c. c. preventandi ultimo op.

tate cum uxor sint agitur. ar. secus. ut. s. l. pr. et facit. s. de furt. quamvis et. ff. e. uxor. et. ff. de neg. ges. heres viri l. ff. de eo ramo. l. i. iii. actum. procul dubio. infra et. s. de condic. ex l. l. in alesitu (?) l. ac[...] cognitione criminis expilate hereditatis

Obtentu expilate ab alio non a legatario licet alii dicant. s. legatorum non oportet. ut. ff. de fideicomm. l. fidei commissaria in prima e posset etiam dici secundum quosdam a legatario expilate et tamen esset contra. s. de leg. non dubium sed ibi rem ipsam legatam subtraxit. hic alia vt ibi post apprehensionem. h. an. sed primo placet.

Expilate actionis furti secundum quosdam que non competit. ut. ff. e. l. sancti. vel dic actionis i. accusationis. nam actio in rem et ad exhibendum competit heredi. bene competunt cum hic accusatio ut. ff. e. l. divus. Item s. p. no. quod pro isto crimine non potest agi civiliter quod pro alio crimen invenit satis

[...] constituta est putaverit agendum, notione praesidali poteris experiri.

De crimine stellionatus. Rubrica.

Imperator. Improbum quidem et criminosum fateris easdem res pluribus pignorasse dissimulando in posteriore obligatione quod non eedem aliis pignori tenerentur; verum securitati tue consules si oblato omnibus debito criminis instituendi causam perimens.

Idem. Si pater tuus mutue quantitatem contulit et cum emancipatus esses creditoribus dominium corporum unde tibi transtulit, postea quam creditorem sortitus est quasdam earum rerum sine tua voluntate tamquam proprias suas obstrinxit, vestitum non lesit nec tamen iniuria stellionatus crimine peteretur, cum sciens alienam rem te non consentiente velut propriam suo nexuit debitori.

Idem. Stellionatus accusatio inter crimina publica non est.

Idem. Ignorantia creditoris cum res pridem apud alios obligate pignoris seu ypothece iure obligantur non sine periculo capi consuevit. Verum fraudes eiusmodi ad extraordinariam criminis executionem exspectare ac stellionatus crimen commissum severissime esse vindicandum sepe rescriptum est. Proinde sive ignorantiam tuam debitor circumveniente temptavit seu obligatione rite perfecta participato fraudis consilio per subiectam quantiorem personam dispendium ad occultandum compendium suum tibi habere temptavit, adire suum iudicem potes intuentem vim ac debite religionem sententiam relaturus.

De iniuriis. Rubrica.

Imperator. Nec servus quidem habens licet facere iniuriam.

Idem. Iniuriarum actio tibi duplici ex causa competit, cum et maritus in uxoris pudore et pater in existimatione filiarum propriam iniuriam pati intelliguntur.

Idem. Si non es nunciator, vereri non debes ne propterea quod minime faciendum est gratia quidam te veluti delatorem esse dixerunt opinio tua maculata sit, quin immo adversus eos quos minuendum opinionis tue causa aliquid confecisse comperientur more solito iniuriarum iudicio experiri potes.

Idem. [illegible] tes.

Atrocem sine dubio iniuriam esse factam manifestum est, si tibi illata est cum esses in sacerdotio et dignitatis habitum et ornamenta preferres, et ideo eo nomine exequi iniuriam potes.

Idem. Si non convicii consilio te aliquid iniuriosum dixisse probare potes, fides veri a calumpnia te defendit.

Si vero in rixa inconsulto calo[re] [...]

re p lapsus homicidii con
uictum obiecisti. et ex eo die
annus excessit iniuriarum
accio annuo tempore p̄scp
ta sit ob iniuriam admissum
conueniri non potes.

Idem. Cum nec p̄ ronobi
lium facere libertatis uiris
equitas permittat, p̄ persona sep
p̄one heredes eum qui liber
tate defunctam acceperat
iniuriis afficere curabit pre
ses prouincie contumeliam
eorum compescere.

Idem. Iniuriarum cā non
publici iudicii sed priuati
continet querelam.

Idem. Dominum patro
ni iniuria qm̄ filius eius pas
sus est edicti perpetui accōne p̄po
sita q̄ dampni etiam heredi ra
tōem uobis euidenter exprimi
turam agere posse conuenit.

Idem. Quibus uos infamari
di gratia dixerunt filios ini
uriarum actōne conueniri
posse non ambigitur.

Idem. Siquidem auiam
tuam infamandi cā rei p.
ciuitatis comanensium t
dixerit zenodorus hac re
cessit iniuriarum accōne et
statim conueniri pot. nam
si p̄seueret in eādem uoluntatem t
bonis agendi sup hac defi
querelam actione demum si nō
eēt sua fuit pronunciata po
stulari conuenit.

Idem. Si quidem iniuriarum ac
cio qm̄ int̄ priuata delicta
uetus iuris auctores cōnu
merant a quibuslibet illustri
bus uiris militantibus seu
sine cingulo constitutis l
uxoribus eorum ul liberis
masculini sexus ul filiabus
superstitibus uidelicet patribus
aut maritis illustribus. uel
si aduersus aliquem hīus p̄sonas
criminaliter forte mouetur
ipsos quidem qui sup iniu
ria queruntur inscribere al
ia q̄ omnia que in hīus cā
de more procedunt sollemp
niter obseruare decernimus. liceat
autem illustri accusatori ul reo
uxori uel liberis masculini t
sexus filie eidem illustris
superstitis cām iniuriarum
in quocumque iudicio com
petenti p procuratorem crimi
naliter suscipe ul mouere sinā
iudice eo eum qui procuratorē
dedit et suscipe non adeēt iudi
ciis nec cām p procuratorem
ducēt legibus placituro. ita tā
ut nullus alius idem sau
deat uendicare. ul a mō nu
mine postulare. sed in ceteris
mox iudiciorum qui hac
tenus obtinuit et in poste
rum fuerit intactus.

De famosis libellis. Rx Imperator.

Si quis famosum libel
lum siue domi siue
in publico ul in quo
cumque loco ignorans repe
rit aut corrumpat prius
qm̄ alter inueniat aut nu
lli confiteatur inuentum. Si u
ero non statim easdem car
tas ul corrupit ul igni con
sumpserit. sed uim earum ma

nifestaverit sciat se etiam aucto
rem huius delicti capitali sententia
subiugandum. Sane si quis
devotionis sue ac salutis et
publice custodiam gerentium
nomina sua professus fuerit et eam
que per famosum perscriptionem
putaverit ore proprio edicat et
ut absque ulla trepidatione acc
edat, sciens quod si assertionibus
veri fides fuerit, opitulaverit et
laudem maximam et premium
a nostra clementia conse
quetur. Sin vero minime hec
vera ostenderit capitali pena
plectetur. Huius autem libellus
